

NOVA LITERARIA  
MARIS BALTHICI

&

SEPTENTRIONIS,

edita

M DC XC IX.

---

LVBECAE,

*Apud Iohannem Wiedemeyer, Bibliopolam,*

Typis Christoph. Gothofr. Venatoris.

# NOVA LITERARIA

## MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

*Edita Mense Ianuario M DC XCIX.*

### ROSTOCHII

**A**ndreas Daniel Habichhorst, Phil. & Theol. D. hujusque P. P. Seren. Duc. Mekelb. Consiliarius Consistorialis, Collegiique Professorum Ducalium & Fac. Theol. Senior, Dissertatione Patriistico-Theologica *Papam Romanum non universalem Christi in terris Vicarium, neque omnium Ecclesiarum caput*, ex ipsius antiquitatis Jurisqve Canonici monumentis passim ibi latitantibus, & contra *Papatum proprio Canonum gladio jugulandum* fortiter militantibus, aliisque Canonistarum & Pontificiorum suffragiis paulò planius pleniusqve ostensum, d. 3. Decemb. superioris anni 1698. collationi Academicæ stitit, Respondente *Francisco Bredovr*, Berolinensi, (*B. Petri Bredovr*, Gymn. Berolin. Subrectoris, filio) continuaturus ità dissertationes, superiori an. p. 103. 153. & 226. sq. recensitas. (2½. pl. in 4.)

Die 6. Dec. *Cornelius Verdunck*, Hamburgensis, sub præsidio *Joh. Joachimi Schæpfferi*, I. V. D. & Cod. Prof. P. Com. Palat. Cæs. Consistorii Duc. Assess. ac Fac. suæ Decani, pro Licentia summus in utroque Jure honores & privilegia ritè capessendi, Disputationem inauguralem habuit, de *Necessitate consensus paterni in nuptiis Liberorum*. (4. plag. cum Progr. in 4.) Candidatus hic an. 1675. d. 17. Sept. Hamburgi natus, patre *Cornelio Verdunck*, Seren. Electoris Brandenb. Commissario Bellico, & Veredariorum Præfecto, literis primùm in Scholâ civicâ & Gymnasio Joachimico Berolinensi incubuit, deinde in Academiâ Francofurtensi Juris studia tractavit, eademqve Rostochii continuans, jam an. 1697 mense Nov. suum nomen inter Candidatos Facultatis Juridicæ professus est.

Eodem D. Schapffero Præside, 4. Juris Studiosi an. 1698. p. 173. laudati Disputationes suas super Theses maxime controversas ex Digestis continuârunt, dieque 3. Decemb. *Balthasar Schmaltz* ex Lib. XXIII. XXIV. & XXV. *Digestorum*; die 10. Decemb. verò *Jacobus Henricus Zerneke* de Titulis disputavit.

Die 8. Dec. *Bogislaus Ziebeherr* Colbergâ Pomeranus, in patriâ ad D. Georg. & Nicol. vocatus Pastor, (de quò an. super. mente Dec. p. 235.) sub præsidio *Ioh. Nicolai Quistorpii*, SS. Theol. D. & Prof. P. Pastoris Nicolaitani, & Rev. Min. Directoris, pro Licentiâ consequendi summos in Theologiâ honores, Disputationem inauguralem habuit, de *Propagatione fidei per ferrum & flammâs*. (10. plag. cum Progr. in 4.) Natus est hic Candidatus Colbergæ an. 1670. d. 4. Dec. patre adhuc superstite *Frid. Ziebeherr* / quem c. l. diximus, & primùm Stargardiæ, deinde verò in Patriâ literis imbutus, cum Academiæ maturus esset, Rostochium se contulit, ubi apud Patrum *Matthæum Ziebeherr* / Reip. Rostoch. Consulem, per triennium commoratus est. Hinc studiorum causâ Lipsiam petiit, nec non itinere per utrumque Belgium, Angliam, Germaniam & Hungariam, instituto, in patriam redux, *B. Danieli Crügero*, in munere ecclesiastico successit. Id verò meliùs ut ornet, solennia gradus Doctoralis præstare voluit, præsertim cum laudatus ejus patruus, Rostochiensis Consul, *vñ in æyiois* eximiam pecuniæ summam ipsi testamento legaverit, eâ lege, ut non tantùm Theologiâ studium prosequeretur, sed etiam occasione sic ferente Doctoris titulum assumeret.

Die 10. Decemb. *Johannes Fechtius*, SS. Theol. D. ejusdemque Prof. P. Consist. Duc. Assessor, & districtus Rostoch. Superintendens, Disputationem de *Dissensu doctrina inter Lutheranos & Pontificios in articulo de Missa*, *Jac. Ben. Bossueto* oppositam, (quæ Appendix est Dissertationum ejus de Missis in honorem Sanctorum celebratis, quas an. super. M. Sept. p. 149. recensuimus) proposuit, Respondente *Ioh. Friderico Fabricio*, Sedinensi, D. *Friderici Fabricii*, Ecclesiæ S. Nicol. apud Sedinenses Pastoris, filio. (5½. plag. in 4.)

Die 14. Dec. horâ octavâ vespertinâ, post 8. dierum decubitum, *Ioachimus Lindemann* / Phil. & Theol. D. Physices & Metaph. Professor Senatorius, suæque Facultatis h. t. Decanus, nec non primarii templi S. Mariæ Archidiaconus, febrî malignâ (quam ex vîsitatione ægrorum contraxerat) extinctus est. Is natus fuit Rostochii an. 1662. d. 7. Sept. patre *Joachimo Lindemanno*, primùm ad D. Petri apud Rostochiensis, per 18. annos Diacono, deinde autem ad D. Mariæ per septennium Archidiacono, avo verò *Thomâ Lindemanno*, Heryordiâ Westphalo, I. V. D. Com. Palat. Cæs. Seren. Ducis Meckelb. ADOLPHI FRIDERICI Consiliario, & Civitatis Rostoch. Syndico. An. 1679. studiorum gratia Wittebergam profectus, eodẽm anno sub præsidio *Georgii Schwarzen* / Fac. Phil. Adj. (deinde SS. Th. D. & Præpositi Stargard. in Pomeraniâ) de *Obligatione Conscientiæ* disputavit. Posthac in Academia patria literis incubuit, ac præside *D. Augusto Varenio* Disputationem habuit de *Proto-Canonich & Deutero-Canonich Scripturæ libris*. Gryphisvaldensemetjam invisit Academiam, & inde reversus an. 1684. Decano *M. Christiano Hiltibrando*, Log. Prof. P. summos honores Philosophicos ac *Magistri* titulum adeptus est. Quò factò mox sequenti anno duplici specimine, altero declamatorio de *Literaria artium venatione*, disputatorio altero de *Veritate imperante*, industriam suam probavit. Hinc denuò Wittebergam profectus, impetratâ ibidem docendi licentiâ, non tantùm Præsides *Christiano Röhrensee*, Phil. Pract. P. P. dodecadem *Thesum selectarum Moralium* publicè ventilavit, sed & ipse Præsides de *Fortuna sabro* disputavit, ac itinere per Germaniam, Belgiumque instituto, domum redux, novo iterum specimine disputatorio de *Præjudiciis Philosophicis* an. 1687. se exhibuit. Sequenti an. 1688. Archidiaconus templi D. Mariæ in patria fuit electus, simulque B. D. *Christiani Kortholzi* Theologi Kiloniensis gener factus, immò etiam à Senatu Rostoch. Professione Philosophicâ ornatus, quam an. 1692. adiit. Tandem, præviâ Disputatione Inaugurali de *Sanctorum cum Christo redivivorum resurrectione*, ex Matth. XXVII, 53. sq. sub præsidio *D. Andreæ Danielis Habichhorstii*, Fac. Theol. Sen. & t. t. Decani, habitâ, Gradum *Doctoris Theologi* impetravit, suoque muneri cum summâ facundia

fideiqve laude præfuit; unde factum, ut ipso ætatis flore, ejusdemqve anno 37. abreptus, tanto majus sui desiderium reliquerit. Funus die 29. Dec. paratum est, cui frequenter comitando, non tantum Rector Academiæ, sed etiam Decanus, Senior, cæteri qve Facultatis Philosophicæ Professores, duplici Programme exequias indixerunt.

Die 17. Decemb. Præside *Johanne Klein* / I. V. D. & Pandect. Prof. P. Consistoriiqve Duc. p. t. Directore, *Nicolaus Pütter*, Stralsund. Pomer. Auct. & Resp. ventilationi publicæ exposuit meditationem Academicam, quæ exhibet Examen Juridicum Judicialis *Lamiarum confessionis*, quâ prolem se humanam ex nefando cum Satana coitu suscepisse pretendunt. (6. plag. in 4.)

Die 21. Decemb. sub Præsidio *Johannis Schaperi*, Med. D. & Prof. P. Dissertationem de *Digitis manûs dextræ in quadam fœmina, per conqvassationem nodositate, spinâ ventosâ & atheromate, monstrosâ*, publico eruditorum examini submisit Auctor & Resp. *Carolus Fridericus Belovv*, Holmenfis Svecus. (7½. plag. cum tabulis 2. æri incis, in 4.)

Singularis hæc Disputatione Casus Fœminæ rusticæ 38. annorum proponitur, cui sexto ætatis anno irruens ostium annularem & auricularem dextræ manûs digitum conqvassasset. Accessit post biennium violenta pollicis cum indice contusio, in clausurâ jugi bonum facta, quæ posterior ipsi maximos dolores peperit. Vtrumqve malum, cui præter panem butyro illitum (ob inopiam parentum) nihil consilii adhibitum fuit, nodosos maxime ac deformes miseræ paravit digitos, qui, tumore indies aucto, quoties aliqua inclementior aëris tempestas imminuit, vel etiam ægra fortè iracundior extitit, admodum dolere cœperunt. Imprimis autem dolor iste singulis mensibus immensum crevit, cum recurrens luna solenne suum tributum ab hæc fœminâ poposcit: imò tandem eò res devenit, ut quoties ægra menstrua paterctur, simul ex auriculari ipsius digito toto menstruationis tempore sanguis proflueret. Fœtorem quoqve spargere cœperunt digiti, ac paulatim varia eorum ossicula, pisorum majorum minorumqve magnitudine, eximi cœ-

perunt, cum hæmorrhagiâ notabili, ac effluente materiâ purulentâ & serô copiosô, conjuncta. Hôc rerum statu deniqve ingravescente indies malô ægra D. *Schaperum*, Disputationis hujus Præsidem, adiit, ejusqve consilium & operam imploravit, qui ipsi quidem svasor fuit, ut totam manum amputari curaret; sed cùm id nollet, in pollicis demum & auricularis digiti amputationem consensit, cui operationi se interfuisse, & ab examine monstrorum istorum digitorum, difficilis hujus casus explicandi occasionem captasse, Respondens auctor asserit.

Eòdem D. *Schapero* Præsidente, sequentes hæctenus Disputationes, partim Inaugurales, partim exercitii gratia, Rostochii habitæ sunt:

Disp. de *Emeticis Antimonialibus*, Respond. *Gustavo Adolpho Sircio*, Gustrov. Mecklenb. 1693. (4. pl.)

Disp. de *Acidorum efficacità*, Resp. *Iacobo Bartholomæi*, Parchim. Mecklenb. 1693. (4½. pl.)

Disp. Inaug. de *Valvulis vasorum Lacteorum, Lymphaticorum, & Sangvi ferorum*, Resp. *Ioh. Iacobo Döbelio*, Rostoch. cum Programmate de *industria Anatomicorum singulari*. 1694. (4½. plag.)

Disp. Inaug. de *Morbo Arqvato*, Resp. supradictô *Iacobo Bartholomæi*, Parch. cum Programm. de *Morborum congerie* vel ex humorum vel vasorum labe oriundâ. 1694. (3½. plag.)

Disp. Inaug. de *Epilepsia*, Resp. *Hieronymo Matthæo Bartholomæi*, Arnstadio-Thuringo, cum Progr. de *Epilepsia*. 1695. (3½. pl.)

Disp. Inaug. de *Vucido, Sanitatis offendiculo*, Resp. *Ioh. Christophoro Gottwaldi*, Gedan. cum Progr. de *Vucido humorum salutari & nocivo*. 1695. (4½. plag.)

Disp. Inaug. de *Febre petechiali*, Resp. *Georgio Lofhagen*, Leon-tin. Marchico, cum Progr. de *frequentiori februm malignarum causa*. 1695. (4½. plag.) Vid. Nova nostra Liter. an. 1698. p. 126.

Disp. Inaug. de *Arthritide*, Resp. *Gerhardo Matthia Röhr*, Hamburg. cum Progr. de *Mucilage juncturis & salutari & nocivâ*. 1698. (5½. pl.) Vid. N. L. 1698. p. 52. & 126.

Disp. quâ *Medicina Curiose Specimen* quatuor quæstionum enodatione ostenditur, Resp. *Ernesto Henrico Fecht*, Durlaco-Marchico-

co-Badenſi. 1698. (8½. plag.) Vid. N. L. 1698. p. 85.

Porrò idem *D. Schaperus* edidit *Judicium de morte Seren. Marchionis Badenſis IACOBI*, quod infernum eſt Colloquio Emmendingenſi à *D. Joh. Fechtio* an. 1694. edito.

Denique evulgavit tria *Programmata*, quibus *Phyſicæ Experimentalis* amatores ad Experimenta tùm *Phyſica* tùm *Anatomica* invitavit.

Dic 24. Decemb. Præſide *Matthiâ Steini* I. V. D. & Prof. P. nec non h. t. *Academiæ* Rectore, Auſt. & Reſp. *Carolus Ernestus*, *L. B. à Schwan* (*Joh. Ernesti* filius) Saxo-Miſnicus, (cujus an. 1698. p. 127. & 153. mentionem fecimus) *Diſputationem Juridicam, fasciculum Concluſionum Theoretico-practicarum de Delictis* exhibentem, publice propoſuit. (2½. plag. in 4.)

Idem præcedentis *Diſputationis* Præſes *D. Matthias Stein* *Academiæ* Rector, d. 25. Dec. publicavit *Programma*, quò inter ſolennia *Natalium Chriſti*, *Civibus Academicis duplicem Vitæ arborẽ* devotâ mente conſiderandam exhibuit. (1. plag. in 4.)

Die 31. Decemb. Præſide paullo antè memorato *D. Johanne Fechtio*, P. P. Auſt. & Reſp. *Georgius Fridericus Diehenck* *Rosto-chienſis*, (qvi an. ſup. p. 154. nobis dictus eſt) de admirando *Generationis Proceſſionis & Miſſionis myſterio* diſputavit. (7. pl. in 4.)

Eòdem denique die ſub præſidio *D. Habichhorſtii*, *Fac. Theol. Senioris*, XII. illi *Reſpondentes*, quos an. præced. p. 174. ſq. laudavimus, *Diſputationes in ſelectiores univerſæ Theologiæ quaſtiones*, d. 21. *Septembris* inchoatas, abſolverunt.

#### GRYPHISWALDIAE

Superiori anno 1698. d. 2. *Sept. Johannes Wiranius*, *Gothoburgeniſis Svecis*, *Seren. Holſato-Gottörpienſem Ducem FRIDERICVM*, cum lectiſſimâ *Conjuge, HEDEVIGE SOPHIA*, ex *Sveciâ* reducem, ſolenni *Oratione* excepit; indicente hunc *Actum Oratorium M. Chriſtiano Saalbach*, *Poët. ac Orat. Prof. Ord.*

Eòdem invitante, die 30. *Sept. Chriſtianus Hoffmann*, *Witteberg.*

teberga Saxo, Orationem de *Pacis laudibus* habuit.

Succesit d. 14. Dec. *Franciscus Jade/ Pomeranus*, recitavit-  
que in Collegii Ernestini Auditorio majori Orationem de *Aurora*  
*Felicitatis*, in auspiciato per CAROLVM XII. Regno Svecico,  
ad celebrandam anniversariam Vnctionis Regiæ memoriam.

Idem paullo ante dictus *M. Christianus Saalbach* / Poëtes  
ac Oratoriæ Prof. P. typis exscribi curavit *Orationem funebrem*, quam  
in funere CAROLI XI. Svec. Regis; & *gratulatoriam*, quam in  
festo Vnctionis CAROLI XII. R. Academiæ Gryphisvaldensis no-  
mine & iussa habuit, ceu anno præced. mensè Ianuar. p. 9. &  
Apr. p. 54. memoravimus (Prior constat 19. plagulis, posterior. 10.  
plag. in fol.)

### REGIOMONTI

Denuò prodiit Dissertatio *D. Godofredi Wegneri*, SS. The-  
ol. Prof. Ord. & Aul. Eccles. Luther, de *Salvo Conductu*, *D. Mar-*  
*tino Luthero Wormatiam eunti*, ab Imp. Carolo V. impetrato  
& *servato*; priori (quæ superiori anno, d. 27. Maji fuit habita,  
& cujus an. isthoc præced. p. 109. mentionem fecimus) longè au-  
ctior, cum appendice salvorum Conductuum pro *Athanasio, Luthero*  
*à Principibus datorum*, *Bohemis Concilii Basileensis, Protestanti-*  
*bis Concilii Tridentini*, &c. (7. plag. in 4.)

Superiori anno 1698. mensè Octobr. p. 181. mentionem fecimus  
*M. Georgii Ihegen*, Philosophiæ Practicæ Prof. P. Hòc partim Au-  
ctore partim Præside (præter eas, quas d. l. recensuimus) sequentes  
hactenus Dissertationes lucem viderunt :

Dipp. 3. ad 1. *Ethic. Aristotel. ad Nicomachum*, c. 8. §. 28. sq. Præ-  
siede *M. Conr. Voigt*, Polit. Prof. Regiom. & Antecessore suo, habitæ;  
item de *Instrumentis & Ornamentis Felicitatis Practicæ*, 1672. & 73.

Disp. de *Auditore Philosophiæ acroamaticæ*, Resp. *Iusto Mohr*,  
Rostoch. 1676.

*Positiones Philosophicæ XXX.* pro receptione in Facult. Philosoph.  
Regiom. Resp. *Alberto Pomian Pesarovio*, R. P. 1676.

De *Reclâ Ratione in Negotiis Civilibus*, Resp. *Joh. VVilh. Din-*  
*gen*, 1677.

Theses de Numerò Planetarum, de Telluris figurâ & quantitate, de  
IV. *Problematum Dialect. generibus*, de V. *Sophistarum Scopis*, Resp.  
Daniele Erasmi, Reg. Pr. 1677.

De *Jure Primogenituræ*, Resp. Joh. Christoph. Endtemanno, Pil-  
lav. Pr. 1677.

De *Summo Malo*, Resp. Joh. Buntten, Reg. Pr. 1678.

*Theses Politicæ XIV. pro loco Professionis Politicæ*, Resp.  
Henr. Pusch, 1679.

De *Bonitate Naturæ*, Resp. Daniele Erasmi, Reg. Pr. 1680.

*Positiones XXX.* Resp. Petro Mich. Mollero, Reg. Pr. 1680.

De *Differentiâ Ethicæ, Politicæ & Oeconomices*, Resp. Ioh. Si-  
gism. Mollero, 1681.

De *Everfione Rerum publ.* Resp. & Auc̃. Christiano Sahmio, Reg. P. 1682

De *Judicis, utrum in benè constitutâ Rep. tolerandi?* Resp. & Auc̃.  
Christoph. Godofr. Tilefio, 1682.

De *Philosophiæ Practicæ Naturâ & Definitione*, Resp. Daniele  
Bruno, Pom. 1682.

De *Philos. Pract. Auditore & Divisione*, Resp. Gothofr. Bernh.  
Kanngiesser, Pom. 1682.

De *Curâ Reip. in genere*, Resp. Ioh. Adolph. à Kempen, Nob. Neq-  
Batav. Indò, 1683.

De *Majestate in genere*, Resp. & Auc̃. Christiano Mantey, R. P. 1683

De *Justitiâ Vniversali*, Resp. & Auc̃. Georgio Funcio, R. P. 1683.

De *Justitiâ Particulari*, Resp. & Auc̃. eodem. 1685.

*Problemaata Politica: An deterior sit dives improbus, quàm pauper  
talis? An vir honestus se ipsum laudare possit? An distinctio Imperantis &  
Parentis sit à naturâ?* Resp. Georg. Zimmermann, Olcc. Pr. 1683.

*Triga Positionum Politicarum*, Resp. & Auc̃. Ioh. Raben, Ra-  
gnet. Pr. 1685.

De *Prognostico Statûs Rerum.* Resp. Reinhold Heinv. à Derschau,  
R. P. 1686.

De *Aristocratiâ*, Resp. Adamo Frid. Hefs, Brandenb. Prof. 1686.

*Controversiæ Politicæ explicatæ: An omnes conjugium inire que-  
ant? An Polygamia sit licita? An autroxepla possit esse licita? Vtrum  
Tyrannum interficere liceat? Num omnia Duella censenda sint. illicita?*  
Resp.

Resp. & Auct. *Jacobo Röhfsa*, Welav. Prof. 1686.

*Vtrum Vir fortis in Bello Mortem, an verò Captivitatem eligere debeat?* Resp. *Georg. Joach. Borerio*, Seest. Prof. 1686.

Triga Positionum Politicarum, exhibens: 1. Principem absolutum à Jure dicundo. 2. Quæstionem, Num fortunâ vel Industriâ concilietur aulica gratia? 3. Modos effugiendæ in anlis Invidiæ, Resp. & Auct. *Ioh. Richardo Febr.* R. P. 1687.

Theses Politicæ: *Vtrum Silentium juramento Latroni id vi exisgenti promissum jurantem obliget? An juramentum æquivocè proferre licitum? Vtrum ab ἀτοχεςπίας crimine absolvendi sint Navarchi illi, qui jussu Superiorum expresso, aut ex genere belli rectè presumpso, ignem pulveri pyrio injiciunt potius, quam ut unâ cum navi in potestatem hostium perveniant? Vtrum Mari-fæminis si potestatem utrogve utendi sexu habeant, matrimonium concedi possit? Vtrum lac nutricum infantibus ad educationem sit conducibilis maternò? Vtrum duarum civitatum unus Civis propriè sic dictus fieri possit? An forma Imperii Rom. Germ. sit purè Monarchica? An Majestatis titulus soli Imperatori & Regibus sit proprius? Vtrum Tyrannus rectè vitâ privetur à subditis? An quis ad suscipiendum Magistratum cogi possit? An fœdus cum Infidelibus à Christianis Imp. injuri possit? An Consiliariè ad Regimen Civile necessarii?* Resp. & Auct. *Christoph. Reinh. VVeckero*, Pr. 1688.

*Vtrum sint facienda mala ut inde eveniant bona?* Resp. & Auct. *Dan. VValther*, R. P. 1688.

*De Iure Regio*, ex 1. Sam. VIII, 10. sqq. Resp. *Joh. Christiano Dietzelio*, 1688.

*De Ultimo fine Hominis*, Resp. *VVilh. Diet. à Budembrock*, Eqv. Prof. 1690.

*Quæstiones Politicæ*, Resp. *Georg. Reinholdo Lau*, 1690.

*Conclusiones Politicæ*, Resp. *Theod. Ludov. Lau*, 1690.

*De Nobilitate*, Resp. & Auct. *Frid. VVittich*. Reg. Pr. 1692.

*De Virtutib<sup>o</sup> Homileticis*, Resp. & Auct. *Reinh. Stürmer*, Reg. Pr. 1695

*Trifolium Politicum, Reservata mentalia, Indifferentissimum Moralem, & Polygamiam sistens*, Resp. & Auct. *Ioh. Reinh. Neumann*, Pr. 1695.

De *Ostracismo*, Resp. & Auct. *Dan. Hintz*, Reg. Pruf. 1696.

De *Statu Homini Naturali*, Resp. *Hieron. Voglero*, Reg. Pr. 1697.

De *Expositione Infantum*, Resp. & Auct. *Ioh. Frid. Günther*,  
Reg. P. 1697.

## RIGAE

Præfens *Gymnafi Rigensis* facies hæc est: Theologiam docet *M. David Caspari*, Regiom. Prussus, Ecclef. Cathedr. Pastor, Consistorii Assessor, Prof. in Gymnasio, & Scholæ Inspector. Jurisprudentiam & Mathesin profitetur *Iohannes Paulus Möller*, Erfurt. Thuringus, ad utramque professionem vocatus 1636. Eloquentiam & Historias, nec non Poësin & Græcæ Lingvæ præcepta tradit *Christophorus Zetgener*, Rigensis, antehac in Academiâ Equestri Guelpherbytanâ Eloqv. & Mathem. Professor, jam verò ab an. 1697. Gymnasio Patrio suis studiis inserviens. Logicam denique & Physicam, nec non Ethicam & Politicam proponit *M. Michaël Piusdörffer*, Regiom. Prussus, à Rectoratu Scholæ Rigensis ad hanc Spartam promotus an. 1698. ceu mense Octob. anni superioris p. 183. diximus.

## MARIAEBURGI in LIVONIA

*Ernestus Glück*, Præpositus Mariæburgensis, (de quo an. 1698. p. 94.) *Orbem pictum Comenii*, in gratiam vicinorum Russorum jam indies magis magisque literis incumbentium, *Græcè, Latine, Germanicè & Russicè* editurus est.

## DORPATI

Superiori anno, die 25. Septemb. obiit *Iohannes Rigemann*, Nobilis Livonus, Regiæque Dicafterii Assessor, cui muneri per 32. annos cum magna eruditionis, experientiæ, justitiæque laude præfuit.

Calendis Novembris sub adventum Illustrissimæ Academiæ Dorpatensis Cancellarii, Comitis *Erici Dahlberg*, Generalis Livoniæ Gubernatoris, *Franciscus Theodorus Kopf*, Rigensis, Orationem habuit de *Reformatione Lutheri*, ad quem Actum Oratorium

rium *Michael Dau*, Eloquentiæ Professor, omnium ordinum Auditores Programmate invitavit.

Sequenti die 2. Novemb. *Gabriel Stöberg*, Phil. Moral. & Civil. Prof. Ord. nec non h. t. Academiae Rector, Respondente *Andreas C. Kiemmer*, Ost. Bothnico, S. R. M. Alumno, Exercitium Academicum, de *Curâ Animi*, proposuit

## VPSALIAE

Superiori ann 1698. sequentes Dissertationes & Tractatus prodierunt :

De *antiquitate Monarchiæ Sveo-Gothicæ* Schediasma Historico-Philologico-Policum, auctore *Svenone Vahlberg*, sub præsidio *Iacobi Arrhenii*. (2½. plag. in 8.)

De *Fontibus Nili*, Exercitium Academicum auctore *Io. Sparman*, sub præsidio *Haraldi Wallerii*, Math. Prof. (2. plag. in 8.)

*Vita Caesaris Germanici*, per *Iohannem Steuchium*, (6. pl. in 8.)

*Babylon Orientalis stans & cadens*, Disputatio *Samuelis Petronii*, Præsidi *Iacobo Arrhenio*, (2½. plag. in 8.)

De *antiquis humandi ritibus*, Dissertatio *Iohannis Huf*, sub præsidio *Andree Göding*, (3. plag. in 8.)

De *Natalitiis veterum Romanorum*, Dissertatio *Olavi Bone*, sub præsidio *Hemmingi Forelii*, Poës. Prof. (2. plag. in 8.)

De *Tribunis Romanæ plebis*, Dissertatio Academica *Nicolai Brunell*, sub præsidio *Petri Lagerlöf*, Eloqv. Prof. (5½. pl. in 8.)

De *Luxu Persarum*, Dissertatio *Olai Aspmann*, præside eodem. (2½. plag. in 8.)

De *Hospitalitate Hebræorum*, Exercitatio *Nicolai Barchii*, sub præsidio *Iohannis Palmroth*, Lingg. Or. Prof. (6. plag. in 8.)

[De *Idololatriâ Hebræorum* tractatus *Iohannis Norlandri*, eodem Præsidi, (8. plag. in 8.)

Ejusdem Academiae Vpsaliensis Mathematicus, *Iohannes Spole*, haud ita pridem in Comitibus Regni exhibuit *Specimen Calendarii novi Juliani, sine periculo erroris per secula plura duraturi, quod ipsum*

an Evangelicæ Religioni addicti accepturi sint, tempus docebit.

*Biblia* etiam *Suecana* textu ferè invariato imprimi cœpère, cum Indice, qvi Concordantiarum iustar erit, ac præterea Chronologicis & id genus aliis observationibus, præstantior editio, quàm unquam antea visa est.

#### NIDROSIAE in NORVEGIA

*M. Simon Hoffius*, SS. Theol. Lector Nidrosiensis, superiori anno 1698. menſe Novembri, viventium numero ereptus est.

#### BERGIS in NORVEGIA

Celebris Poëtria & Skialdra, *Dorothea Engelbrechtia*, (*Borſchio* & *Morhofio* olim in de Poëſi & Ling. Germ. p. 409. laudata) crebris etiamnum Carminum vernaculorum ſpeciminibus, novâque, quam meditat, *Hymnorum ſuorum* editione, inſigni auctario locupletatâ, monſtrat, ne in illâ quidem effecâ ſenectute exaruiſſe feliciffimam, quâ hucusque polluit, venam Poëticam.

*M. Severinus Lintrupius*, Scholæ Bergenſis haſtenuſ Rector, jam verò designatus Phil. & Theol. Profeſſor Hafnienſis, præter *Opuscula & Schediaſmata Academica*, Hafniæ olim publicata, v. g. (α) *Vindicias Daniæ Orthodoxæ*, contra Theol. Marpurg. (β) *Specimen calumniæ Papæo-Calvinianæ in Aug. Conf. invariata*, cum Appendice de *Breviario Ubiquiſtiſico*. (γ) *Exercitationes 3. de Polymathiâ Scriptorum S. ſpeciati* D. Pauli Apoſt. (δ) *Specimen Angliæ Lutheranizantis*, ſeu de contempn Concilii Dordraceni in *Eccleſia Anglicana*. (ε) de *Ἰνπρωαχία Paulina*, 1. Cor. XV. (ς) de *Campis Elyſiis*, &c. in unum faſciculum colligenda, & cum aliis argumenti Critici Schediaſmatis, v. g. de *Panſophiâ Biblica*; de *Polymathiâ D. Lucæ*; de *Libertiniſi Stephani antagoniſti*, Act. VI; de *Plagio Gentilium è S. literis*; de *fame Danorum literaria*, contra obtreſtatores externos vindicata (ut pridem Anonymus *Vindicias nominis Germanici contra Gallos* dedit); de *felicitate Eccleſiæ Daniæ poſt Reformationem*, &c. edenda, affecta habet præloque matura opuscula ſeqventia:

*Harmoniam Eccleſiæ Anglicanæ & Auguſtanæ Confeſſionis in dogmatibus & ritibus.*

*Diſſert. de Rei Literariæ, cum prius Theologicæ, defectu moderno,*

ac de *Libris in Theologia & Historia Eccles. adhuc desideratis.*

Dissert. de *Orthodoxia Lutherana, inter duo extrema, excessum & defectum, in singulis Articulis media.*

*Historiam denique Religionum omnium Synopticam, in gratiam popularium suorum per certos Tomos σὺ Θεῶν edendam.*

Quod reliquum est, omnes Norvegiæ Literati auctoritate publicè pridem invitati fuerunt, ad colligendum *Lexicon Norvagicum*, quorum etiam plurimi specimina sua & pensa jam tum exhibuere Episcopis in Diocesis ac Provinciis singulis, Hafniam illicò transmissa, ut ex his symbolis plenum aliquando Dictionarium prodeat; Sicut in simili *Lingvæ Danicæ Lexico* dudum versatur industria Virorum aliquot in patriis antiquitatibus præcipuè exercitatorum, cujus aliquot Literas jam absolutas esse accepimus.

HAFNIAE.

Die 4. Decemb. superioris anni 1698. *Johannes Tralund*, Hafnienfis, Professor designatus, Lector Theologiæ urbis *Christianiæ* in Norvegiâ constitutus est.

Die 16. Decemb. *Gottbardus Braem*, Respondente *Johanne Thomæ Montagne*, in Collegio Medicò, Dissertationem Historico-Criticam II. de *Carpocratianorum Hæresi*, ventilavit. (2. plag. in 4.)

In memoriam Principis CHRISTIANI (primogeniti, at vix terris ostensi, Seren. FRIDERICI, Hereditarii Regni Dan. Norveg. &c. Principis, ex LVDOVICA Mecklenburgicâ, filii) qui sub exitum superioris anni 1698. vivis excessit, *Nummi aurei argenteive*, quadratâ formâ, cusi sunt, quorum altera facies figuras duas, muliebres aræ adstantes exhibet, cui vasculum lacrymatorium impositum est, recumbente ante eam infante, & Insignibus *Daniæ, Norvegiæque*, nec non *Mecklenburgicæ* Ducatûs additis, cum epigraphe: SEPTEM SPES LAPSA TRIONVM. Alterò latere extat hæc inscriptio: FRIDERICI. D. N. V. G. PRINC. HAEREDIT. ET. LVDOV. PRINCIP. PRIMOGEN. FIL. CHRISTIANVS. NAT. 28. IVN. 1697. DENAT. 1. OCT. 1698. Similes ferè Nummi in memoriam *Nativitatis* huius Principis signati sunt, eò sal-

saltem discrimine observatô, quod priores illi natalitii locô urnulæ lacrymalis *Thuribulum* aræ impositum ostenderint, cum epigraphæ: SEPTEM SPES AVCTA TRIONVM; omisô etiam in posticô latere anni lucisque emortalis numerô. Funerisejusmodi Nummi (è locuplete penu *Jacobi Pagendarmii*, Cantoris Lubecensis, amœnitatum istarum studiosissimi, deprointi) accuratam delineationem Tab. I. exhibet.

Tab. I.

Typis exscripta est Oratio *Iohannis Wandalini*, SS. Theol. D. & Prof. P. Primarii, quam habuit in funere *Marci Giøe*, (de cujus obitu an. præced. p. 80. egimus) hõc titulô: *Piam memoriam Illustrissimi Herois, Dn. Marci Giøe, Domini de Brahesborg, Equitis Aurati, S. R. M. Dan. & Norveg. Consilarii Intimi Status & Justitiæ, ac Supremi Regiæ Academiæ Equestri Præfecti, nunc indigetis beatissimi, perennitati temporum debito hoc encomio dedicat Iohannes Wandalinus, D. Hafniæ, literis Viduæ Ioh. Phil. Bockenhoffer, 1698. (23. plag. in fol.)*

Eidem Academiæ Equestri Præfecto Inscriptione Latinâ parentavit *Magnus Wijngardus*, (Rector olim Aarhufiensis, nunc Hafniæ degens), cui titulus; *Cæli Epinicum, Soli Epicedium, Tumbæ Epitaphium, in Illustris. Herõem, Marcum Giøe, &c. Hafniæ, 1698, (4. plag. in fol.)*

*Reinholdi Wagneri, Regiomontani, Med. D.*  
*Observatio de borrendo vulnere*  
*abdominis.*

A. 1698. d. 7. Octobr. Mulierem 40 annorum, Cholera quarto die defunctam, cultro anatomico subjeci. Hæc in Regia Hafniensi (vulgo in der Adlerstraß) ex graviore lapsu tantum vulnus abdominis transversale sibi inflixerat, ut intestina omnia prolapsa, ultra duarum horarum spatium aëris injuriæ exposita, demum à Chirurgo per Gasterorhaphiam reponerentur. Cadavere quarto mortis die dissecto, memorabile erat, quod intestinum Ileon, quoad externam tunicam læsum, non tantum futuræ jamjam agglutinatum, sed & tunicæ ipsæ intestinorum mediante glutinolo humose adeo

co-

cohererent, ut non nisi cum alterius & exterioris tunicæ dilaceratione divelli potuerint : qui sane casus meditationibus nostris de Ileo innoxie ulceribus perforato, per Generosum atque Excellentissimum Dn. D. de Frankenau Miscellaneis Naturæ Curiosorum inferendis, pro adstruenda *Vulnerum intestinorum consolidatione*, haud parum lucis foenerari poterit.

*Scholium Jo. Jacobi Stolterfohti D. P. P.*

Horrendi vulneris, huic fere analogi, mentionem facit D. *Gustavus Casimirus Gabriel* *Ephem. Nat. Curios. D. III. A. 1. obs. LXXXV. p. 132.* quod Nutrici 25. circiter annorum Berolini A. 1692. d. 18. Novemb. ex casu quoque contigit, felicem tamen curationem admisit. At gravius hoc, cum intestinorum plane denudatione accedente aëris injuria, cui per bihorii spatium expositæ fuerunt chordæ, facillime potuit Cholerae, cum subjecti interitu, præbere formitem; utpote quæ ex frigore nervis inimico haud rarum est contingens. Ne dicam de ejusmodi dejectionibus funestis, intestinorum labe aut vitio contractis, quarum præter *Sponium* in *Harderi* *Apiar. observ. LXII. p. 249.* infinita passim habent documenta Naturæ Curiosi pariter ac Practici. Notatu interim digna est observatio *Albucasis L. 2. c. 58. Meth. Med. in Viro*, cujus intestina ex vulnere ventris 24. horis propendentia, reposita sunt, ita ut vulnus ipsū quindecim dierū spatio sit curatum. *Conf. Schenk. Observ. L. 3. f. m. 367.*

Ipsa autem intestinorum vulnera non semper esse lethalia, evincunt *Nicol. Tulp. L. III. obs. XX. Carolus Patin. M. N. C. Dec. II. A. 1. obs. XX. p. 45. Luc. Schræck. in Schol. p. 47. sq. Joh. Petr. Albrecht. M. N. C. Dec. III. A. III. obs. CXXIX. p. 227. Godofr. Thomassius l. c. obs. 190. p. 319. Alard. Maurit. Eggerdes l. c. obs. X. p. m. 19. Joseph. Zambeccarius in Experim. diversorum viscerum à diversis animalibus dissectorum, latinis. donat. à Joseph. Lanzon. in App. M. N. C. D. III. A. IV. p. 106. Schenk. l. c. 367. sq. Harder. l. c. obs. LXVII. p. 263.* Ab intestini particula resecta alvum, non autem excretionem, nec ipsam vitam clausam refert *Jo. Christian. Mack. M. N. C. Dec. II. A. VIII. obs. CCXXIX. p. 552.* Hunc dum volvo casum, grata mente recolo brevem quidem at jucundam, cum Nobilissimo Dn. D. *Alberti*, Physico Hannovæ-tano Experientissimo, conversationem, cujus beneficio inter haud

paucas ex Praxi sua rariores observationes, quas candidè mecum communicabat, in Collectaneis nostris video Histeriam Rustici in Ducatu Cellensi adhuc forsan degentis, cui cultri ictu intestinum rectum discissum cum foramine in sinistro latere factò coaluit, ita ut absque ullo incommodo illuc faeces semper deponat. Ne dicam de intestinis innoxie à Lumbricis perforatis, ex communicatione D. Christiani Friderici Garmanni M. N. C. Dec. 1. A. 1. obs. CXLV. p. 283. D. Ernesti Sigmundi Grassii l. c. D. II. A. V. obs. XIV. p. 87. &c. Quinimo ipsius Ventriculi vulnera non semper esse lethalia, docent Corn. Stalp. v. der Viel Cent. 1. obs. XXXIX. p. 235. Georg. Sebastian Jungius M. N. C. Dec. I. A. 1. obs. CXV. p. 235. Christian. Menzel l. c. D. II. A. V. obs. I. p. 2. 3. Jo. Jac. Manger. Bibliothec. Medico-Practic. L. XVIII. f. m. 1130. Fallop. de Cap. vuln. c. 12. Schenk observ. L. III. f. m. 332. &c. Tragicus sane casus est Rustici propria intestina in delirio pro vermibus extrahentis, ex liter. Jac. Joann. Venceslai Dobrzensky de Negroponte ad D. Phil. Jacobum Sachs M. N. C. Dec. 1. A. 1. obs. LXVIII. p. 160.

*Ejusdem Reinholdi Wagneri, Med. D. Relatio Anatomies Embryi Humani foemini.*

Anno 1698. die 10. Novemb. Infanticidæ cujusdam Infans recens natus inquisitioni nostræ Anatomicae tradebatur, cum placenta integra & portione Chorij & Amnij. (1.) Cutis tenuis satis separabatur a pingvedine. (2.) Pingvedo erat quæ si ex meris glandulis aut acinulis composita, terque superabat crassitie cutem. (3.) Panniculus carnosus nil erat, nisi tendinum à Musculis abdominis prodeuntium membranosa expansio. (4.) Sequabantur Musculi abdominis cum suis propriis membranis, uti (a) Recti (c) oblique ascendentes, & (y) descendentes (d) transversi quoque à peritonæo separabantur facili negotio, pyramidalis denique appendix rectorum in sinistro latere unica etiam in hoc subjecto foemino d'eregebatur. Imprimis erat memorabile, quod musculus oblique descendens principio suo musculum pectoralem attingendo à quinta, sexta, septima, octava, nonaque costa serata quadam specie originem duceret,

seseque applicando ferato majori antico membranosus in transver-  
 sis processibus vertebrarum coccygis hinc in osse Ileo, denique in  
 in osse pubis lato tendine finiretur. Ut autem originem hujus  
 musculi clarè demonstraremus, separandus ab eo fuit latissimus dor-  
 si: obliquè ascendens substernebatur priori, sed oriebatur carno-  
 sus ab osse Ileo, & desinebat in ultimis costis spuriiis. (5) Perito-  
 naum non erat juxta Galenum simplicissima membrana, sed duplex  
 erat, seseque in linea alba super musculos rectos evidenter dividebat.  
 (6) Separato musculo recto dextri lateris, vasa mammaria cum hy-  
 pogastricis proximè & quasi per anastomofin coire videbantur, hoc  
 prope cartilagineam ensiformem abscisso & peritonæo inciso (7) Su-  
 spensorium Hepatis ostendebatur, cum vena umbilicali ingredien-  
 te Hepar. (7) Arteriæ duæ ad utrumque latus vesicæ descendebant  
 ad arterias iliacas. (9) Vesicâ urinariâ incisâ, flatus injectione at-  
 que setâ inquisivimus, an daretur via extra umbilicum, s. Ura-  
 chus, sed omni modo ligamentum hoc erat tenuissimum cum cæco  
 cacumine sive apice, in cartilagineam umbilici substantiam desi-  
 nens. (10) Intestintulo separato in conspectum veniebant vasa umbi-  
 licalia; nimirum vena umbilicalis simplex, quæ amplitudine bis  
 superabat arterias, ingrediebatur fissuram hepatis. Arteria ve-  
 rô bifida, ad utrumque vesicæ latus descendebat. Notatu autem  
 dignum, quod (contra sententiam *Diemerbroekii*) in vena nullas  
 invenerimus valvulas, quin potius stylum atque flatum versus pla-  
 centam, absque ullâ remora admitteret, nisi quod tortuosa in gyrum  
 provolveretur. In arteriis contra nodi s. aneurismata innumera,  
 quæ ob pelluciditatem suam varices mentiebantur, erant conspi-  
 cua. In unam harum arteriarum cum *Eccell. Dn. D. Franck de*  
*Franckenau junior*, (qui unâ cum *Dn. Licent. Wulsen*, aliisque  
 Fautoribus & *Machaonis* filiis inquisitioni huic Anatomicæ intererat)  
 rubicundam ceram injecisset, factum, ut non tantum nodi se ma-  
 gis manifestarent, sed & altera arteria per regurgitationem tota im-  
 pleretur, adeoque cum priori communicaret. Imprimis verò  
 erat memorabile, quod non tantum cera hæc minima quæque ca-  
 pillaria vasa arteriarum turgida fecerit, sed & quod vena ipsa in-  
 jectionem ceræ caruleæ facillè admiserit, ceramque multo profundi-

ora oscula capillaria ingredi nullis valvulis prohibuerit, adeò ut placenta in convexa parte multis glandulosis distinctis corporibus, quasi totidem cotyledonibus constare videretur. Remotis integumentis abdominis, Omenti vestigia erant exigua, quippe membrana erat instar telæ aranearum, nulla pingvedine notabilis. Ventriculus incisus mucum gelatinosum, sanguinemque coagulatum continebat, qualem in faucibusprehendimus. Intestinum cæcum meconio haud repletum, colon tamen eodem distentum erat. Hepar, Lien, Pancreas, cæteraque viscera omnia erant sana, Lienis tamen figura ex asse phaseolum representabat. Reines ex plurimarum glandularum collectione erant compositi, toti ferme latebant sub renibus succenturiatis magnitudine insignibus. Partes genitales, uterus, cum ligamentis & tubis, ovariiisque, maxime conspicuæ aderant, & notatu erat dignum, quod non tantum tubæ Fallopiianæ utrinque flatum facillimè admiserint, sed & ligamentum rotundum similis coloris & substantiæ penium quasi videretur. In pectore glandula Thymus eximie erat magnitudinis, pericardio dissecto Cordis bini corni parallelos duos mucrones representabant, Auriculæ solito erant ampliores. Pulmones, cum Corde, Thymo, diaphragmate, & lingua, simul exempti, atque aquæ injecti, minimè fundum petebant, sed semper in alto natabant. Cellulæ enim vesiculares aëre conspiciebantur turgidæ; quem admodum verò in dextra duobus, in sinistra autem tribus constabant lobis, ita in altera horum vasa ipsa lymphatica extremitates cellularum jucundo spectaculo ambiebant. Ut verò Vasorum in Corde uniones foramenque ovale detegeremus, flatum in arteriam aortam per tubulum intrusimus, atque factum, ut primò auricula sinistra, hinc dextra, flatu distenderetur, scilicet ob foramen ovale in septo superiori cordis infra auriculas situm, valvula tamen munitum. Canalis arteriosus, utrinque similiter pervius, arteriam pulmonalem & aortam combinabat. Cerebri vasa sanguinea admodum erant turgida, unde quoque suffocatum quocumque modo fuisse foetum vero videbatur simillimum, imprimis cum ipsa pars medullaris cerebri, præter fibrosa albicantia, plurima quoque sanguine tincta turgidaque ostenderit filamenta.

Cæteræ partes omnes sanæ, in tantâque perfectione, ut distinctè non tantum pericranium à perioftio, imprimis sub musculo temporali, à Naturâ & summo Motore divisa, sed & muscoli omnes à capite ad calcem demonstrati fuerint.

Die 10. Decemb. *Johannes Nôrholm* Disputatione Historicâ ventilavit quæstionem: *An Simon Magus primus fuerit Hæreticus?* Quæ quæstio (præmissis nonnullis de Judæorum Sectis ante natum Christum, ut Pharisæorum, Sadducæorum & Essenorum) ex *Ignatio, Ireneo, Tertulliano & Augustino*, affirmativè deciditur. (1½. pl. in 4.)

Die 15. Dec. *Severinus Kierulf* in Auditorio Medicéo proposuit *Introitum ad adyta Astronomiæ*, sive Dissertationem primam de *Eclipsibus*, quâ in genere consideratur, quid Eclipsibus Lunæ & Solis proprium sit, & in quibus differant. (1½ pl. in 4.)

Die 19. Dec. *Petrus Friderici Kragelund*, Ripensis, in auditorio Collegii Medicæi exhibuit Dissertationem Historicam de *Defectu Oraculorum ethnicorum circa Christi adventum*, quem §. 1. ex *Svetonio, Horatio, Martiali & Tacito* omninò negat; antagonistarum verò argumenta, ex *Cicerone, Juvenali & Luciano* desumpta, §. 2. & seq. destruit. (1¾. pl. in 4.)

Die 21. Dec. *Olaus Thestrupius*, *Francisci* filius, (præcox illud ingenium, de quo super. an. 1698. p. 58.) præsidendo disputavit de *Syringe in sugendâ aquâ*, egitque sectione 1. de Aquæ pretio & usu. 2. de instrumentis, quibus aqua commode ducitur. 3. de derivatione, 4. de significationibus, 5. de significatione Syringis hęc locò. 6. de sententia eorum, qui causam ascensionis aquæ fugam vacui esse putant, quæ sententia sect. 7. rejicitur, & 8. probatur, vacuum possibile esse. 9. de illorum sententiâ, qui hunc motum per suctionem fieri putant; quam sect. 10. refutat, exempla de respiratione, cucurbita & folle, ab adversariis allata, sect. 11. explanans. (2. plag. in 4.)

Quod reliquum est, præsens *Vniuersitatis Regiæ Hafniensis* hæc est facies: Patronus ejus est Illustr. Heros *Conradus*, Comes de

*Reventlou*, Dominus de Clausholm, Calløe, Frisenvvold & Løystrup, Ordinis Elephanti Eqves auratus, S. R. M. Consiliarius Intimus & Provincialis, Regiæqve Venationis Summus Praefectus. *Theologiam* docent: 1. *Henricus Bornemann*, SS. Theol. D. & P. P. Sælandiæ Episcopus, Facultatis suæ hodie Decanus, & Consistorii Assessor. 2. *Johannes Wandalinus*, SS. Theol. D. & PP. Primarius, nec non Consist. Assessor, (44. annorum circiter) 3. *Hector Gottfried Masius*, SS. Theol. D. & PP. Assessor Consist. & Concionator Aulicus German. (itidem 44. annorum). 4. *Johannes Bartholinus*, Thomæ fil. SS. Theol. D. & P. P. ac Consist. Assessor, (33. circiter annorum). 5. *Bartoldus Botsaccus*, SS. Theol. D. Ecclesiæqve Teutonicæ Pastor, (quinqvagenarius). *Juridicam* Facultatem constituunt: 1. *Christianus Reitzer*, I. V. D. & PP. Assessor Consist. & h. t. Vniversitatis Rector, (34. annorum) cui sparta conscribendi *historiam Augustusimi Daniæ Regis CHRISTIANI V.* demandata est. 2. *Henricus Weghorst*, I. V. D. Consiliarius Cancellariæ, Academiae Equestris Professor, & Adjunctus Facultatis Juridicæ Vniversitatis, nec non ab excessu *D. Erasmi Bartholini*, Metaphysices Prof. (44. annorum). *Medicinam* profitentur: 1. *Wilhelmus Wormius*, Med. D. & P. P. S. R. M. Consiliarius Conferentiæ, Statûs, Justitiæ, & Cancellariæ, in supremo Justitiæ Tribunali Iustitiarius, Assessor in Consistorio, Facultatis Medicæ Decanus, & Vniversitatis Senior, (62. annorum). 2. *Oligerus Iacobæus*, Med. D. & post obitum *D. Erasmi Bartholini*, Prof. P. Consiliarius Justitiæ, Assessor in supr. Justitiæ Tribunali & Consistorio, (46. annorum). *Philosophi* sunt: 1. *Casparus Bartholinus*, Thomæ fil. Med. D. Consiliarius Justitiæ, Assessor in Trib. Iust. supr. Cancellariâ & Consistorio, Fac. Phil. Senior, Physicesqve & Anatomix P. P. (45. annorum). *Olaus Rømer*, Consil. Iust. & Cancellariæ, Assess. in supr. Just. Trib. & Consist. Mathematicus Regius, & Mathematicum superiorum Professor, (50. annorum). 3. *Paulus Vindingius*, *Erasmi* fil. Consil. Iust. Assess. in supr. Iust. Trib. Cancel. & Consist. Græcæ Lingvæ P. P. & h. t. Fac. Phil. Decanus, (43. annorum.) 4.

*Johannes Mutenius*, Med. Lic. Assessor Consistorii, Philosophiæ Moralis, & designatus Medicinæ Prof. (48. annorum). 5. *M. Johannes Bircherodius*, Iani filius, Assessor Consist. Logices & Historiarum P. P. (35. annorum). 6. *Andreas Aagaar*, Consiliarius Iust. & Cancellariæ, Assessor Consistorii, Philosophiæ, Medicinæ, ac Chirurgiæ Prof. (34. annorum). 7. *Olaus Wormius*, *Vilhelmi* fil. Eloquentiæ P. P. Collegiiqve Consistorialis Secretarius, nec non in Acad. Regiâ Equestri Historiarum Prof. (32. annorum). 8. *Johannes Fridericus Bartholinus*, *Erasmii* filius, Mathematicarum inferiorum P. P. (31. annorum). 9. *Johannes Steenbuchi*, Lingvæ Hebrææ Prof. & Facultatis Theol. Adjunctus, (32. annorum). Extraordinarii Professores sunt: *M. Stephanus Reitzer*, Præpositus Collegii Regii & Communitatis, nec non designatus Professor Philos. (30. annorum). *Severinus Glud*, Professor Musices, & Rector Scholæ Regiæ Hafniensis, (35. annor.). Præter hos designati Professores sunt: *M. Esaias Gleisger* (31. annor.). *Christiernus Wormius*, *Vilhelmi* filius, (29. annor.). *Arnas Magnus*, Islandus, qui an. 1695. Lipsiæ *Incerti Auctoris Chronica Danorum*, & præcipuè *Sialandicæ*, edidit. (36. annorum), *Johannes Traland*, quem paulò ante Lectorem Theologiæ in urbe Christianiâ factum esse diximus; (quò in munere successit *M. Petro Holmio*, Cimbro, primùm officio Præpositi Communitatis Regiæ Hafniensis, deinde Rectoris Christianiensis, & tandem Lectoris Theol. functo). *M. Severinus Lintrupius*, Rector Scholæ Bergensis, (de quò itidem hoc ipsò mense p. 14. dictum), & denique *Jacobus Lodbergius*, qui de *Valentino & Valentinianis* scripsit Disquisitionem Historicam, ac nuper *Aarbusii* Theologiæ Lector constitutus est.

## CARTEMVNDÆ in FIONIA

*Matthias Henricus Schachtius*, Rector Scholæ Cartemundensis, præter ea, quæ mense Octob. an. præced. p. 186. seq. memoravimus, ingenii monumenta; etiam tractatum molitur, de  
facio

*facie humanâ in vegetabilibus*, quò plurima curiosa tam ex Historicis, quàm Phisicis exhibebit.

## FLENSBURGI

*Stephani Clotzii*, SS. Theol. D. Consiliiarii Regii, & Superintendentis Generalis per Ducatum Slesvico-Holsaticum, nec non Pastoris Flensburgensis, *Catechismus illustratus*, lingvâ vernaculâ conceptus, operâ *Casparis Schwencken* Hamburgi prodiit hóc titulo: *Erläuterter Catechismus/ oder weitere Erlährung des kleinen Catechismi D. Mart. Lutheri, zu bessern Verstand der Jugend und Einfältigen/ in Frag und Antwort hiebevör abgefasset/ antwo- so aber aus des Sel. Autoris Schrifften vermehret/ und denen Erwachsenen zum Besten mit Sprüchen der H. Schrifft bestätiget/ &c. Hamburg bey B. Lieberntschel/ 1699. (17. plag. in 12.)*

*Iohannes Mollerus* edidit *Bibliothecam Septentrionis Eruditi*, ( mense Febr. superioris anni 1698. p. 23. promissam ) sive Syntagma Tractatum de Scriptoribus illius, seorsim hactenus editorum, quò continetur: I. Auctoris *Prefatio Historico-Apologética de Gentium Borealium in Literas Meritis & Historia Literariâ atque Ecclesiasticâ Scriptoribus*, aculeato imprimis Regnorum Septentrionalium Censori, *Molesvorthio*, opposita. II. *Alberti Bartholini* Liber, de *Scriptis Danorum Norrvagorum & Islandorum*, posthumus, plurimis in locis emendatus atque auctus, & Hypomnematis insuper Historico-Criticis prolixioribus, istorumque Spicilegio, ac Indice Cognominum Alphabetico, recens illustratus. III. *Iohannus Schefferi Svecia Literata*, itidem Hypomnematis Historico-Criticis illustrata. IV. Auctoris *Introductio ad Historiam Ducatum Slesvicensis & Holsatici*, ( non quidem recusa, at tamen à Bibliopolâ ob argumenti cognationem addita ) rerum utriusque Ducatus Scriptores universos, aliosque præterea complures, fusè & accuratè recensens, ipsamque simul Chersonesi Cimbricæ Historiam novâ passim luce perfundens. Lipsiæ, sumptibus *Gothofr. Liebezeit*, Bibliop. Hamb. 1699. (5. Alfab. 19. plag. in 8.) In Præfatione hujus Syntagmatis p. 14. sq. Auctor eqvidem utriusque libri, tam *Bartholiniani* quàm *Schefferiani*, Continuationem promissit, sed

sed eâ saltim lege, nî ex indigenis regnorum Borealium eruditus quispiam huic operi se accincturus sit. Jam verò hóc labore se supersedere posse arbitratur, postquam amicorum literis accepit, fore ut utriqve libro haud mediocri supplementum ex ipsâ Daniâ Sveciâqve accedat, quod aliquando totum Bibliothecæ Septentrionis Eruditi alterum constituere poterit. Deinde etiam monendum putat, se quidem editori negotium dedisse, ut *Emendationes* suæ atqve *Additamenta* utriqve libro plurimis in locis accedentia, diversis ab ipso textu typis imprimerentur; Sed hoc à typographo Lipsiensi sæpius neglectum qveritur, simulqve sphalmata hinc inde commissa benevolæ Lectoris emendationi commendat.

Quod ad Auctorem ipsum, *Ioh. Mollerum*, attinet, is an. 1661. d. 27. Febr. Flensburgi natus est, & ex quò Academiam (quam an. 1676. ætat. 15. petiit) reliquit, nec non itinere literariò institutò Germaniam Daniamqve perlustravit, ab. an. 1685. Scholæ patriæ inserviit. Edidit hæcenus:

*Prodromum Cimbricæ Literatæ Epistolicum*, ad *Marquardum Gudium*. Slesvici 1687. in 4.

*Isagogen ad Historiam Chersonesi Cimbricæ quadripartitam*. Cujus Pars I. prodiit Hamb. 1691. Pars II. III. & IV. Lipsiæ, 1692. in 8.

*Homonymoscopiam*, sive Tractatum Philologico-Historicum quadripartitum, de Scriptoribus homonymis. Hamb. 1697. in 8.

Præ manibus autem habet;

Opus ingens *Cimbricæ literatæ*, quo 2500. (& quod excurrit) Scriptores Ducatum Slesvic. ac. Holsat: Civitatumqve Lubec. & Hamburg. Indigenæ & Adoptivi, eâ Methodò, quam partim in *Prodromo*, partim verò cap. ult. Part. II. *Isagoges* indicavit, erunt recensendi. (Vid. *Nov. n. Liter. An.* 1698. p. 63. sq.)

*Apparatum* ad Notitiã Historiæ totius ferè Orbis regionum, urbiumqve & locorum in his præcipuorum, Literariæ & Ecclesiasticæ, (quatenus isti hæc cohæret) Geographicam, *Bibliothecarium*. (Spisum & prolixum opus).

*Molam Musarum Castaliam*, sive Centurias VII. vel VIII. Scriptorum, cognominibus à Molis, & re molari, derivatis gavisorum, ac eatenus Auctori *ὀμωρύμων*.

*Animadversiones in Scriptores aliquot Historiæ Literario-Librariæ potiores, præcipuè modernos, Critico-Historicas.*

*Mucellanea & Amœnitates Historiæ Literariæ.*

*Diatribam de Naturæ ductu, in Studiorum ac vitæ generum delectu sequendo.*

*Diss. de Ephemeridibus sive Calendaris Historicis, horumque scriptoribus.*

*Historiam Vitæ & Fatorum Hugonis Grotii, Eruditorum seculi nostri Phœnicis, ac Monumentorum illius Literariorum, prolixam atq; accuratam; à Cimbria Literata (cujus ille scriptoribus adoptivis annumeratur) ob molem, in quam excrevit, justo majorem, separandam & seorsim edendam.*

*Historiam Vitæ ac Fatorum Tychonis Braheii, Cimbriæ itidem Hospitis Eruditi, prolixio rem, sive Operis ejusdem de illo *Ἀποσπασματικῶν*, ob molem suam, sub formâ Spicilegii ad *Petri Gasfendi* de Vita ejusdem Herois libros, publicandum.*

*Biographias Scriptorum complurium, Seculi hujus pariter atque superioris, imo & utroque vetustiorum, ἐξοχωτέρων sed hæcenus minùs accuratè celebratorum, prolixiores, in Decadas ordine congruo distribuendas.*

*Alia varii generis Meletemata affecta, Historiam Civilem, Ecclesiasticam, Literariam, & Chersonesi Cimbricæ patriam, maximam partem illustrantia.*

## KILONII

Die 2. Decembris superioris anni 1698. Prorectore *Wilhelmo Hulderico Waldschmidio*, Med. D. & P. P. Procancellario verò *Christophoro Franckio*, S. S. Theol. D. & P. P. Primario, *Güntherus Christophorus Schelhammerus*, Med. D. & P. P. nec non Fac. suæ Decanus, *Iohanni Hartmanno*, Dano, Practico Hamburgensi, (de quò anno præced. p. 26. egimus) supremos *Doctōris Medici* honores contulit.

Die 15. Decemb. *Iohannes Henricus à Sallern*, (de quò anno præced. p. 7. dictum) Hamburgi, Kilonii, Francofurti ad Viadrum &

& Rostochii literis imbutus, (nec non juvenilibus annis tam excellenti memoriâ præditus, ut *Panegyricum Plinii jun.* memoriæ traditum, quatuor ferè horarum declamatione continuâ, de cathedrâ recitavit) sub præfidiò *Simonis Henrici Musæi*, I. V. D. Institution. ac Jur. Nat. & Gent. Prof. Ord. nec non Facultatis Decani, pro Licentiâ summus in utroque Jure honores & privilegia Doctoralia legitimè consequendi, Dissertationem Inauguralem de *Jure Immunitatis à Vectigalibus, certis personis competente*, publico examini submitit. (8. plag. in 4.) Cap. I. hujus Dissertationis agit de Jure Vectigalium & immunitatis in genere. Cap. II. de Personis, quæ à vectigalibus sunt immunes; quò spectant: Ipse Princeps, ejusque Fiscus, Legati, Consiliarii & Ministri, nec non Camera Imperialis Senatores & Camerales reliqui, cum Exassessoribus, Illustres ac Nobiles, in specie Nobiles Imperii immediati & Nobiles Holsati, Equites Teutonici & Iohannitæ, Clerici, Professores Academiarum, Doctores & Licentiatii, Studiosi, Milites, Navicularii, & denique Corpus exanimè. Adduntur nonnulla de Rebus à vectigalium præstatione exemptis, utpote Pecuniâ, rebus furto vel vi ablati, servo fugitivo, &c. Cap. III. agit de Effectu hujus Immunitatis, qui in primum & ortum dividitur.

*Job. Ludovici Hannemanni, Med. D. & Phil. Nat. PP. Acad. N. C. Nestoris II. Ducenta Porismata de Infinito & Infinitis, de quibus jam XVII. communicantur, reliqua successu temporis sequentur.*

- I. Infinitum est, ejus nulli dantur termini & limites vel in concreto vel abstracto.
- II. Infinitum absolute tale fato divisionis & distinctionis non subjacet.
- III. Infinitum absolute tale & independens tam ratione essentia, existentia, potentia & durationis modo datur unum; taliaque duo nec simul nec successive existere queunt.
- IV. Infinitum ratione essentia existentia potentia & durationis non nisi infinitum facere potest, ast dependentia fato hoc obnoxium est.
- V. Creans ex nihilo est infinitum ratione essentia existentia potentia & durationis.

- VI. Ens creans infinitum nihil creat, vel creare potest, nisi sub forma infiniti est dependentiæ fato obnoxium.
- VII. Innumera infinita ab uno infinito, independenti dependentia simul existere possunt & existunt.
- VIII. Injuriæ est in Deum Triunum asserere ipsum creare aliquid finitum.
- IX. Omnis Creatura est ens, in tantum in quantum est Substantia & prædicata essentialia habet infinitum in suo fieri esse & operari dependens.
- X. Omnis creatura in tantum in quantum quantitate gaudet, ratione divisionis, numeri, extensionis est infinita, ut & dotium. In quantum quantitatis expers quoque illimitatam, sed sub fato dependentiæ potentiam habet.
- XI. Infinita tribus modis in ordinem redacta notiora sunt finitis.
- XII. Ignorantia verarum causarum oritur ex eo quod cuncta creata finitatis circulo includamus.
- XIII. Natura non nisi in infinitum sed per modum dependentiæ operatur.
- XIV. Infinitarum creaturarum in Natura septem dantur gradus; quædam sunt infinitæ in gradu primo, quædam in gradu secundo, quædam in gradu tertio, &c.
- XV. Totum univèrsum, Lux, ignis, aqua, aer, sunt in gradu primo infinita, terra in gradu secundo est infinita.
- XVI. Rerum creaturarum virtutes in gradu tertio sunt infinitæ.
- XVII. Substantia quam dicimus cælum, ratione extensionis in altum latum & profundum est infinita per modum dependentiæ in gradu primo.

## LVBECAE

Sub exitum superioris anni Rev. *Ministerium Lubecense* Programmate vernaculo, d. 29. Novemb. edito, publicè negavit, se per B. Superintendentem Celeb. Theologum Kiloniensem D. *Christophorum Franckium* monuisse, fore ut orthodoxi Theologi nomen amitteret, nisi M. *Friderici Grammii* imputationibus responderet: id quod dictus M. *Grammius* peculiari Epistola vernaculâ, typis excusâ

cusâ & R. huic Ministerio inscriptâ, asserere, simulque ut luculentum causæ suæ patrocinium laudare non dubitaverat.

*Ioachimus Iohannes Rango*, I. V. D. Tractatum suum de *Fide Bellicâ*, anno præcedenti, mense Aug. p. 144. promissum, edidit, qui impressus est Rostochii stanno Iacobi Richelii, & iis, quas d. l. recensuimus, Sectionibus articulisque absolvitur. (1. Alph. 2. plag. in 8.)

*Ovum prægnans,*

*ex Museo Jo. Jacobi Stolterfohti, D. & P. P.*

**A**b ovo ad mala, imposterum, Divine annuente Numine, cum orbe erudito Naturæ joco-feria, quæ in Physicothecula nostra asservantur, communicaturus, non Satyrici prægnantem flamme fufum, sed ovum sisto prægnans ovo, ex anserino, quod moles docet, genere natum, cuius foetus, latens intus nobilis satisque conspicuus, ovum Gallinæ domesticæ ordinarium magnitudine æquat. Ejusmodi partus, quotidie si contingeret, Regio non dignus foret palatio, cum in illustri Museo Hafniensi, quod Naturæ Majestas tot ornat donis, ut in vicinia ibi collocata diceres, quæ toto orbe disident, hujus farinæ ovum servari, testetur *Th. Bartholinus Cent. 3. Ep. 42. p. 158. Act. Medic. Hafn. Vol. V. obs. XVII. p. 72. Ephem. Nat. Curios. A. I. D. I. obs. XXXVI. p. 104.* ubi Rusticum sibi A. 1669. ovum ostendisse, cui aliud quadratæ quasi figuræ inclusum, asserit. At speciosius hoc fortassis est, quod *Serenissimo GVILIELMO BAVARIÆ Duci* olim obtulit *Abbas Allerspergensis*, hodieque superesse credit *Georg. Hieronym. Velsch. M. N. C. Dec. I. A. III. obs. 32. p. 51.* ubi sinul mentionem facit *ovi prægnantis*, quod in ditissima sua Pinacotheca quondam custodivit *Ludovicus Guetius Sulcensis.* Ovum tale *proliferum* prima vice visum fuisse *Elsholtio* ex Donatione *Illustriss. Dn. Caroli Mieg*, ipse fatetur *M. N. Dec. I. A. VI. & VII. obs. LXXX. p. 112.* Illustris Societatis Indiæ Orientalis Chirurgus quidam in Regno *Aracan* observavit, Gallinam aliquando insolita magnitudinis ovum exclusisse: id cum aperuisset, invenit in ejus vitello aliud ovum sua testa septum, suoque vitello similiter præditum, licet dimidio minus, referente *D. Andr. Cleyero M. N. C. Dec. II. A. I. obs.*

XVII. p. 38. Nobilissima Domina Kunigunda de VVangelin eo ovum suum ex *ovis* Gallinarum Indicarum præparare jusculum aliquando jubebat, quæ dum frangerentur, in uno aliud *ovum* continentis *ovi* vitello & albugine circumdatum inveniebatur, quod columbino majus sedulo se asservere scribit *Dn. D. Jo. Georg. Sommer. M. N. C. Dec. II. A. I. obs. XLIV. p. 122.* Idem fere contigit Ancillæ *Dn. D. Georg. Sebastiani Jungii*, uti testatur *M. N. C. Dec. I. A. II. obs. CCL. p. 348.* A quodam Consanguineorum suorum ovum sibi donatum refert *Cornelius Stalpart van der VViel*, intra quod, cum comedendum frangeretur, aliud quoddam ovulum, dura etiam obductum testa magnitudine ovi columbini, aut olivæ, repertum fuit. *Cent. III. obs. XLIX. p. 174.* *Ovum monstrosum Dn. D. Olai VVormii p. m.* quod habet in *Museo L. 3. c. 21. f. 311. prægnans* itidem nobis videtur, si ad sublimiorem maturitatis gradum pervenisset.

Quid causæ vero huic subitæ contingenti indagaturus, primo statim limite falsitatis crimine notabit Peripatheticos, testas non in culeo Gallinæ, sed externo demum aëre accedente indurescere, putantes, haud secus ac corallorum in aqua mucilaginosâ substantia aëri exposita lapideam acquirit duritiem. Quibus hinc strenue se opposuit *Marsilius Cagnatius L. 1. variar. observ. c. 9.* sunt enim concretum quasi hermaphroditicum, simul de Regno animali & minerali participans, dum materiam nanciscuntur ex lapillis sive calculis, quos devorant Gallinæ, quorum subtiliores particula in ventriculo, sub mucilagine sua glutinosa agglutinantur in substantiam testarum. Hujus rei veritatem demonstraturus *Ettmullerus Oper. T. 1. f. m. 373. edit. à VVestphal.* patet hoc, inquit, quod si Gallinæ inclusæ sine lapidibus vel arena nutriuntur *ova* sive testis excludantur: lapilli enim hi dissoluti, in concretum testarum abeunt. Chermiæ autem examini subjectæ testæ, ratione substantiæ animalis suggerunt Spiritum volatilem urinosum, cum phlegmate pauco & oleo foetido; e contra, quatenus de natura minerali participant, relinquunt caput mortuum affusione aquæ instar calcis vivæ effervescentes: conf. *Sengverd. Exercit. Physic. 45. Fromann. de Fascinat. Magic. L. III. P. VI. c. XX. p. 886. Harv. de Generat. Animal. Exercit. XI.* quamvis hic in eo pollicem præmat Aristoteli, concedendo, in-

durationis perfectionem in ipso ejus exitu ab ambiente aëre accedere; quod ab *ovis caudatus* edocti, adeo plane negare non possumus, ut proxime demonstrare B. c. D. proposuimus. Deficiente vero calculosa vel fabulosa haece materia, haud raro contingit, quod duo pluresve vitelli ex ovario in uterum delapsi uni includantur testæ, tanquam communi involucro. vid. *M. N. C. Dec. I. A. II. obs. CCXLI. p. 342. A. III. obs. CLXXXVIII. p. 349.* Certas dari Gallinas *ova* duplici vitello excludentes, suo jam observavit tempore *Aristoteles Hist. Animal. L. VI. c. 3.* sed unde *ovum* speciali testa donatum alteri includatur, res dubio plena videtur *D. Georg. Sebastiano Jungio M. N. C. l. c.* ita ut ejus aetiologia meris innitatur conjecturis; cui sententiæ pariter subscribit *D. Joh. Sigism. Elsholt. l. c. A. VI. & VII. p. 113.* At nostram sententiam tribus si includere liceret verbis, *partum monstruosum* esse superfœtationi analogum, diceremus. Hac facie enim haud raro se sistit in triplici suo Regno Natura polydædala. Sic *Fœtum* alio *Fœtu imprægnatum* notat *Bartholinus de insolit. Partus vis. c. 16. p. 124. Cent. VI. Hist. Anat. 10; Cent. III. Ep. 23. conf. Stalp. v. der Viel. l. c. p. 478; M. N. C. Dec. I. A. I. obs. XXXVI. p. 105. D. II. A. III. obs. 72. p. 164.* Idque nonnunquam ex vindicta Divina scelerum indice contingere refert *Isfjord. ab Amelunxen*, quod sc. An. 896. puella 19. annorum ob ingravidationem famosa, coram judice accusata, negaverit omnia strenue, dicens: si gravida sum, faxit Deus, ut & infans in utero meo talis sit! paulo post peperit puellam mortuam ventre nimis prætumido, ut jamjam rumpi videretur. Mulierculæ rem insolitam mirantes, judici indicant ordinario. Aperto corpusculo, ecce alia puella in puella modo nata. App. *Ephem. Nat. Curios. A. IV: D. II. Hist. XX. p. 198.* Mulam a lia Mula gravidam fuisse refert *Rejes in Camp. Elys. qv. XXXVI. n. 28.* Lumbricus Lumbrico fœtus notatur *Act. Med. Hafn. Vol. IV. obs. LIV. p. 157. Panarol. Pentec. V. obs. 15.* De *Citreo prægnante* vid. *Bartholin. Cent. III. Ep. 41. p. 154. Ep. 42. p. 157. Jo. Bapt. Ferrar. L. III. Hesperid. c. 19.* quamvis hic errorem aut lusum naturæ subesse neget *Jo. Sigism. Elsholt. M. N. C. Dec. I. A. VI. & VII. obs. LXXX. p. 112. conf. D. II. A. II. obs. XI. p. 34. Museum*  
*VVormi-*

*Vermianum* f. m. 206. Pyrum pyro innatum vid. *Act. Med. Hafn.* Vol. II. *obs. LX. p. 162.* Scabiola prolifera singularis offertur L. c. *obs. LXV. p. m. 168.* Qua occasione non possumus non mentionem facere *Rosæ prægnantis*, quam præterita æstate in gremio suo fovebat Flora nostra Lubecensis, cujus superfœtationis causam cœlo frequentiori stillicidio madenti non sine sale tribuebat quidam Hortorum delicias curans Amicus. De *Lapidibus impregnatis* vid. *Bausch. in Ætit. curios. c. VIII. p. 21. sqq. Sachs in Gammarol. L. I. c. VIII. p. 145. &c.* Quomodo vero Archeus Faber in hoc puncto circa Idearum explicationem & involutionem se gerat, prolixior omnino, quam ut his includi valeat cancellis, requirit Discursum, quem commodiori occasioni servamus.

*Paulus Jacobus Warperger* P. L. C. & Notarius Publ. *Versionem Germanicam Theatri Historici D. Christiani Matthiæ* adornavit, quæ rerum ab an. 1688. ad hæc usque tempora gestarum additamento aucta, propediem sumtibus Jo. Justi Erythropoli, Bibliopolaræ Hafniensis, lucem videbit.

Idem in gratiam eorum, qui Mercaturæ dediti sunt, librum vernaculum editurus est, cui titulus: *Der allzeit fertige Handels-Correspondent*. Tractatus hic (prima tantum pars trium vel quatuor aliarum, de *Negotiis mercatoris totius Orbis* agentium) mercaturæ studiosos non tantum literas congruè formare docebit, sed etiam Cambia, Contractus, & id genus alia, quæ Negotiatoribus salamo expedienda sunt.

Sub ipsum denique anni hujus auspiciam denuò prodiit hominum eruditorum, *Lubeca* degentium, publicoqve vitæ academicæ testimonio ad Literatos pertinentium, Catalogus, cui titulus: *Lubeca Literata anni 1699. Calendis Januarii exhibita.* (1. plag. in 8.) Nec deerit nobis occasio, brevi plures ejusmodi Syllabos, magno rei literariae commodo passim vulgatos, seseque multiplici usu commendantes, recensendi.



# NOVA LITERARIA

## MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Mense Februario M DC XCIX.

### ROSTOCHII

**D.** *Andreas Daniel Habichhorst*, Fac. Theol. Senior, & Consiliarius Ducalis Mecklenb. Consistorialis, sub initium hujus anni 1699. typis tradere coepit *Rostochium Literatum Anno MDCXCVIII. cum Vitis Professorum & Doctorum*, sex omnino Ordinibus distinctum, quorum I. Professores utriusque Collegii Ducalis & Senatorii, horumque omnium vitæ curriculum sistit. II. Ordo Graduatōs alios, nempe Consules Literatos, Doctores & Licentiatos, nec non Candidatos, recenset. III. Ordo exhibet Senatores literatos, verbiqve divini Ministros non-Doctores nec Professores, uti & Philosophiæ & Scholarum Magistros. IV. Secretarios, & Procuratores non graduatos, uti & Ministros Academiae, Notarios publ. aliosqve cives & incolas urbis literatos complectitur. V. Ordo sistit Studioforum coronam, juxta Societates à Patria nominatas, serieqve alphabetica recensitas, ordinatam. VI. denique annotat illos, qui anno eodem 1698. & sub initium anni præsentis 1699. Rostochio abierunt, & ibidem obierunt. Tractatus hic sub prelo sudans, minimum 10. vel 12. plag. in 8. constabit.

Die 4. Ianuarii *M. Iustus Schæpffer*, Quedlinburgensis (D. *Ioh. Ioach. Schæpferi*, Cod. P. P. frater) Disputationem Academicam, de *Natalibus Philosophiæ Sinensium*, proposuit, Respondente *Iohanne Antonio Etgen*, Sedin. Pomerano, egitqve Cap. 1. De Philosophiâ Sinensium in genere. 2. De Existentiâ Philosophiæ Sinensium, 3. De Natalibus Philosophiæ Sinensium maximè fictis, & 4. De Natalibus ejusdem verioribus. (5. plag. in 4.)

Eodem die 4. Ianuarii, horâ 4. matutinâ, è vivis excessit (adeoque Collegam suum, B. D. *Ioachimum Lindemannum*, brevi sequutus est) *Bernhardus Müller*, SS. Theol. D. & templi B. V. Mariae

riæ Diaconus. Is lucem vidit Rostochii an. 1643. d. 7. Febr. patre *Francisco Müller*, Mercatore & *Ædis S. Catharinæ Præfecto*, genitus, jactisque in Scholâ patriâ, nec non *B. D. Dorſchéi* (affinis sui) ædibus, literarum fundamentis, Stralsundam primò, deinde quoque Sedinum Studiorum causâ concessit. Hinc Regiomontanam Academiam petiit, visòque Belgio in patriam redux, Theologiæ sedulo operam dedit, ac præside *D. Ioh. Qvistorpio II.* Disputationem Anti-Papisticam de *Oratione Dominicâ* defendit. In Grypticam quoque Academiam se contulit, & ibi sub præsidio *D. Abrahami Batti*, tam respondendo quam opponendo suam probavit industriam. Postea Helsingoram Daniæ evocatus *B. D. Iusto Valentino Steinmanno*, Pastori Regio, habendis ipsius loco Concionibus sacris operam suam præstitit. Tandem an. 1673. functioni ecclesiasticæ in patriâ fuit admotus, quam per 26. ferè annos eximiè ornavit, nec non an. 1693. Gryphisvaldiæ, præviâ Disputatione inaugurali de *Heresi* generatim spectatâ, sub præsidio *D. Iacobi Henningii* habitâ, *Doctoris* Theologi gradum obtinuit. Sed nuper, unâ cum uxore & 4. liberis febri malignâ correptus, non ipse tantum, sed etiam *uxor*, & unica quam habebat *filia*, morti succubuit; quibus omnibus d. 17. Januarii iusta facta sunt.

Die 11. Januarii *M. Iohannes Ehrenfried Pfeiffer*, Misena-Misnicus, Parenti suo *B. Augusto Pfeiffero*, SS. Theol. D. & Superintendenti Lubecensium meritissimo (cujus obitum superiori an. 1698. p. 28. recensuimus) ipsò emortuali die, hòc anno recurrente, *Oratione* solenni parentavit, prævio Programme invitatorio *Henrici Christiani Zieschen*, I. V. D. & Eloqy. PP.

Die 14. Januar. *Iohannes Kleins*, I. V. D. & Pandect. P. P. nec non Consistorii Mecklenb. Director, Disputationem Juridicam tertiam, Ipsius *Annotationes Theoretico-præcticas ad B. Lauterbachii Compendium Digestorum*, & in specie *Historiam Juris Canonici, cum Libri I. Tit. I.* exhibentem, proposuit, Respondente *Gustavo Adolpho von der Lühe*, Eqv. Megapol. (3. plag. in 4.) De *primâ & secundâ* harum Disputationum vide *Nova Liter.* super. anni 1698. p. 153. & 224.

Die 18. Ianuar. Præside *Ioh. Nicolao Quistorpio*, SS. Theol. D. & Prof. P. ad S. Nicol. Past. & R. Ministerii Directore, nec non Fac. suæ Decano, *M. Franciscus Albertus Epinus*, Meklenburgensis, (*B. Iohannis Epini*, Superintendentis quondam Hamburgensis, Abnepos) Disputationem *quintam Collegii Disputatorii, Theses ex universâ Theologiâ selectas exhibentis*, Commilitonum examini submittit, eâque inter alia expendit Scriptum, anno 1697. sine nomine auctoris locique impressonis editum, cuius titulus pollicetur causas & rationes, quæ Lutheranae Religioni addictos homines, & vel Illustres personas, commovere possunt, ut hæc relicta Pontificiæ sefe addicant. (1. plag. in 4.)

Die 27. Ianuarii *Hermannus Henricus Pagendarm*, Osna-brugâ Westphalus, (*Iacobi Pagendarmii*, Cantoris Lubecensis, præced. mense p. 16. nobis dicti, filius) *Orationem* publicam habuit, quâ itineris sui in Indiam Orientalem, & præcipuè Bataviam (præpotent. Belgii Ordinum in Javâ Majori metropolin) suscepti molestias, nec non læti nuncii de potestate in patriam remeandi (ab Ill. V. *Vvybrando Lycochthone*, extraordinario Indiæ Senatore, super. an. 1697. d. 27. Ian. ipsi factâ) memoriam, gratâ mente, & ex voto, recoluit, simulque Auditorum (ad hunc Actum à *D. Henrico Christiano Zielcke* Eloqv. P. P. peculiari Programme invitorum) aures ac animos singulari profus argumenti novitate demulsi.

Eodem quoque die 28. Ianuar. Præside *Iohanne Ioachimo Schæpffero*, I. V. D. & Prof. P. Com. Palat. Cæsar. & Consistorii Ducalis Assessore, *Disputationes Iuridicæ*, superiori anno cœptæ, & *Theses maxime controversas ex Digestis* exhibentes, continuatæ sunt, atque ex *Libr. XXXIX. XL. XLI. & XLII. Digestorum* disputavit *Balthasar Schmalz*, Stargard. Pomeranus. (½. plag. in 4.)

*Præsens Academia Rostochiensis facies.*

I.

Facultatis Theologicæ Professores.

*Andreas Daniel Habichhorst*, Phil. & SS. Theol. D. hujusque Prof. P. Ducalis, & Seren. Duc. Mecklenb. Consiliarius Con-

istorialis, Collegiique Professorum Ducalium & Facultatis Theologicae Senior.

*Iohannes Fechtius*, SS. Theol. D. ejusdemque Prof. P. Ducalis, Consistorii Ducalis Assessor, & Districtus Rostochiensis Superintendens.

*Iohannes Nicolans Quistorpius*, SS. Theol. D. ejusdemque Prof. P. Senatorius, Templi S. Nicolai Pastor, & R. Ministerii Director, nec non Facultatis Theol. h. t. Decanus.

*Iohannes Petrus Grünenberg* / Phil. & SS. Theol. D. hujusque Prof. Ducalis, ac tractus Mecklenburgici speciatim sic dicti Superintendens, nec non Consistorii Ducalis Assessor designatus.

## II.

## Facultatis Juridicae Professores.

*Iohannes Sibrandus*, I. V. D. Decretal. Prof. P. Ducalis, Facultatis Jur. & totius Academiae Senior.

*Albertus Willebrandus*, I. V. D. & Institut. Prof. P. Ducalis, Facult. Jur. h. t. Decanus.

*Iohannes Klein* / I. V. D. & Pandect. Prof. P. Ducalis, nec non Consistorii Ducalis Mecklenb. Director.

*Matthias Stein* / I. V. D. & Codicis Prof. P. Senatorius, nec non h. t. Academiae Rector.

*Iohannes Ioachimus Schæpfferus*, I. V. D. & Codicis Prof. Ducalis, Consistorii Ducalis Mecklenb. Assessor, & Comes Palat. Caesareus.

*Iohannes Barnstorffius*, I. V. D. & Institutionum Prof. Senatorius.

## III.

## Facultatis Medicae Professores.

*Bernhardus Barnstorff*, Med. D. & Instit. Med. Prof. P. Senatorius, ac Poliater, Collegii Professorum Senator & Facultatis Medicae Senior, nec non h. t. Decanus.

*Iohannes Ernestus Schaperus*, Med. D. & Medicinae Practicae ac Chymiae Prof. P. Ducalis.

*Georgius Detarding*, Med. D. Anatomia & Botanices Prof.  
P. Ducalis.

IV.

Facultatis Philosophicae Professores.

*Caspar Matthaeus Weßler*, L. V. D. & Moralium Professor  
Senatorius.

*Henricus Christianus Zieske*, Phil. & L. V. D. SS. Theol.  
Candidatus, & Eloquentiae Prof. P. Ducalis.

*Christianus Hiltbrandus*, Logices Prof. P. Ducalis, suaeque  
Facultatis Senior.

*Jacobus Burgmannus*, Ebraeae Linguae, & Catecheseos Christ.  
Prof. P. Ducalis, simulque ad D. Nicolai Diaconus.

*Petrus Becker*, Matheseos Prof. P. Senatorius, ac Facultatis  
Philosoph. h. t. Decanus.

*Professiones vacantes:*

Vacat (1) Professio Theologica Ducalis, quam resignavit D. Sa-  
muel Starckius, ad Pastorum S. Jacobi vocatus, & paulo post  
mortuus. (2) Professio Theologica Senatoria, qua non ita pridem fun-  
ctus fuit D. Franciscus Wolffius, nunc Pastor Hamburgensis ad S. Ni-  
colai. (3) Professio Physices ac Metaphysices Senatoria, quam obitu  
suo vacuam fecit D. Ioachimus Lindemannus, Archidiaconus Maria-  
nus, nuper defunctus. (4) Professio Poeseos Ducalis. (5) Professio  
Graecae Linguae Senatoria, quam vacuam reliquit D. Iohannes  
Gottlieb Müllerus, Phil. Primae & Practicae Prof. in Gymnasio Dan-  
tiscano, *νῦν ἐν ἀγίοις*. (6) Professio Historiarum Ducalis.

GRYPHISWALDIAE

*Præfens Academiae Gryphiswaldensis facies:*

I.

Theologiam profitentur:

*Cunradus Tiburtius Rango*, SS. Theol. D. & Prof. P. Prima-  
rius Consistorii Regii Praeses, & Ducatus Pomeraniae Occidentalis  
Principatusque Rugiae Superintendens Generalis, nec non Fac.  
Theol. h. t. Decanus.

*Jacobus Henning*, SS. Theol. D. & Prof. P. Facultatis Theo-

log. Senior, Consistorii Regii Assessor, & Pastor ad D. Jacobi.

*Nicolaus Dassovius*, SS. Theol. D. & Prof. P. nec non Pastor Marianus.

## II.

*Jurisconsulti* sunt:

*Conrad Fiedlieb von Friedensberg*, I. C. & Eqves Pomeranus, S. R. M. Sveciæ Justitiæ Consiliarius, & Antecessor.

*Petrus Mascovius*, I. V. D. & Prof. P. Consistorii Regii Director, Facultatis suæ Senior & h. t. Decanus, nec non Rector Academiae.

*Alexander Caroc*, I. V. D. & Prof. P. Dicafterii Regii Assessor, & Syndicus Provincialis.

*Johannes Schack*, I. V. D. & Prof. P.

## III.

*Medicinam* tradunt:

*Johannes Gerdesius*, Phil. & Med. D. hujusque Prof. P. nec non S. R. M. Sveciæ Archiater, & Fac. Med. h. t. Decanus.

*Matthaus Clemasius*, Med. D. & Prof. P. ac Civitatis Physicus.

*Johannes Iacobus Stolterfoht*, Phil. & Med. D. ejusdemque Prof. P. jam Lubecæ degens.

## IV.

*Philosophiam* docent:

*M. Ioachimus Rosenow* / Matheseos Prof. P. & Facultatis Philosophicæ Senior.

*M. Christianus Saalbach* / Poësis & Eloquentiæ Prof. P.

*M. Brandannus Henricus Gebhardi*, Lingg. Orient. Prof. P. & Facultatis Philosoph. h. t. Decanus.

*M. Benjamin Wogerne* / Logices & Metaphysices Prof. P.

*M. Iohannes Philippus Paltbenius*, Philos. Moralis Prof. P.

*M. Theodorus Hornius*, Historiarum Prof. P.

## SEDINI

Subiplum hujus anni auspiciu[m] prodiit: *Catalogus Lectionum pro Illustri & Regio Gymnasio, quod Sedinu[m] est, in Annum Christi Ære Dionysiane M. DC. XCIX. felicem utinam Christianis omnibus & salutata-*

*lutarem! Consensu ac Auctoritate Generosiss. Dn. Curatorum, juxta cum Speciminibus & industria juvenilis & vitiorum, anno priori exhibitis, publicatus pro more ad ipsas Kal. Ianuarias à Ioan. Georg. Røsero, SS. Theol. D. & Prof. P. nec non Athenæi istius Regii Rectore.*

HOLMIAE

*M. Nicolaus Bergius, Ecclesiæ Gallicæ Holmensis Aug. Conf. Pastor, & Consistorii Assessor, superiori anno 1698. jubente Olao Swebilio, SS. Theol. D. & Regni Sveciæ Archiepiscopo, nec non Academiæ Vpsalienfis Pro-Cancellario, in Synodo Cleri Svecici Disputationem Theologiam habuit in Art. XIV. partis III. Articulorum Smalcaldicorum, de Votis Monasticis, Respondentibus Chrysofomo Linnelio, Pastore in Segerstad & Hanebo/Nicolao Riselio, Pastore in Ekeröön/& Achatio Gåse, Pastore in Husbby Schedri. (5. pl. in 4.)*

*Idem Nicolaus Bergius, etiam superiori anno cum Notis Historicis edidit Abrahami Calovii, SS. Theol. D. & Prof. VVitt. Synagma Locorum Anti-Syncretisticorum, CC. Erroribus oppositum, & à Joh. Adamo Schertzero, SS. Th. D. & Prof. Lips. Programme commendatum, quò Pacem Religiosam Syncretisticam, inprimis cum Calvinianis salvâ conscientia iniri posse negat. Holmiæ, typis Wan-kifwianis, 1698. (3½. plag. in 12.)*

*Cætera Bergiani ingenii monumenta, quæ hactenus nobis innotuerunt, sunt sequentia :*

*Disquisitione de Existentiâ Philosophiæ Anti-Diluvianæ, ejuque Propagatione, sub præsidio Davidis Clodii, SS. Theol. D. ejusdemq; Prof. Extraord. Lingv. Oriental. verò ordinarii, pro obtinendo Gradu, Giesiæ proposita, 1684. (3½. pl. in 4.)*

*Sermon Funebre prononcé dans l'Eglise Françoisé le 28. Nov. 1693. à l'occasion des Funerailles Roiales de feu sa Majesté VLRI-CE ELEONORE, Reine de Suede, &c. à Stockholm, 1694. (5. plag. in 12.)*

*Abregé des Articles de la Foi, tiré de l'Ecriture Sainte, pour l'usage de la Jeunesse Svedoise par Olavs Laurelius, Evêque de Westersåhs, & traduit en François. à Stockh. 1694. (5½. plag. in 12. oblong.)*

*L' infallible Pierre de touche de la Religion Apostolique Lutherienne & Papistique Romaine*, selon les Articles les plus controversez & les plus connus au peuple, dont les plus simples peuvent puiser cette connoissance, que la Religion Lutherienne a son fondement dans l' Ecriture Sainte aussi bien que dans les Ecrits des Peres, & que la Papistique s' est bien éloignée tant de l' Ecriture S. que de la doctrine de S. Peres: Traduite en François. à Stockh. 1695. (9. plag. in 12.)

*D. Augustini de moderatè coercendis Hæreticis ad Bonifacium Comitem Epistola*, in quâ praxin Ecclesiæ ostendit: Edita, & Notis illustrata, quibus *Erasmii* lectio contra *Lovanienses* vindicatur, & quidam prisca ac hodierni ævi Hæretici comparantur. Holmiæ, 1696. (8. plag. in 12.)

*Episcoporum & Cleri in incluto Regno Sveciæ Censura de instituto & actionibus Johannis Duræi*, Ecclesiæ Scoto-Britanni, in oblato nobis pacis & concordie Ecclesiasticæ inter nos & Reformatos Calvinianos conciliandæ studio, facta in Conventu Comitiali Stockh. an. 1638. & notis nonnullis illustrata. Holm. 1697. (4. plag. in 12.)

Superiori quoque anno typis exscribi cœpit liber cui titulus: *Ex Johannis Messenii Scondia illustrata Tomus primus, seu Chronologia de Rebus Scondiæ, hoc est, Sveciæ, Daniæ, Norvegiæ, atque una Islandiæ, Gronlandiæque, tam Ecclesiasticis quam Politicis, à Mundi Catechismo, usque annum Christi M. CL. gestis. Accurante Iohanne Peringskiöld.* Stockholmæ, Typis Olavi Enzi, Anno Chr. 1698. (in 4.) Auctor hujus libri, *Iohannes Messenius*, Ostrogothus, Ph. D. & Poëta coronatus, nec non Professor Eloquentiæ & Juris in Acad. Vpsaliensi fuit, post Assessor Dicasterii Holmensis, tandemque carceri Cajanoburgensi inclusus vitam finiit. Opera ipsius recenset *Ioh. Schefferus*, Svec. Liter. p. 83. sqq. ubi etiam *Scondiæ* hujus *Illustratæ*, in varios Tomos distributæ, meminit. Editor verò Chronologiæ hujus, *Iohannes Peringskiöld*, (*Gustavi Peringeri* *Silleblad*, Dissertationibus Philologicis quamplurimis celeberrimi, frater) Regii Archivi Secretarius, & Collegii Antiquitatum Assessor est, qui haud ita pridem curiosâ *Snorronis Sturlesonidæ* editione Orbis eruditi applausum

plausum meruit: de quâ vide *Nova n. Liter. super. an. 1698. mens. Apr. p. 57.*

Idem *Io. Peringskiöld* librum imprimi curat, hęc titulõ: *Vitæ Theoderici Regis Ostrogothorum & Italia, Auctore Ioanne Cochleao, Germano, cum Additamentis & Annotationibus, quæ Sveo-Gothorum ex Scandia expeditiones & commercia illustrant, opera Iohannis Peringskiöldi.* Stockholmiæ, Literis Enæanis, An. Chr. M. DC. XCVIII. ( in 4.) Tractatum hunc ante 153. annos in civitate Eyste- tensi ( five Eichstadiensi ) conscripsit, Ingolstadiiqve an. 1544. edi- dit *Iohannes Cochleaus*, Wendelstenni ( oppido Norimbergæ vi- cino ) circa an. 1503. natus, Theol. Doctor, & Moguntinus ac Wor- matiensis Canonicus, nec non Francofurtensis in Monte B. Mariæ Decanus, qvi *Luthero & Melanchthoni* summâ contentione se oppo- suit, & partes Romanæ Ecclesiæ acriter defendit, tandem an. 1552. Vratislaviæ, vel Viennæ mortuus. Is præter Theologica quam- plurima, etiam Historica nonnulla scripsit, & in his non tantum eam, de quâ agimus, *Theoderici Regis Vitam*, sed etiam *Historiam de gestis Totilæ Gothorum Regis*, cujus ipse in præfatione huius libri meminit, quæque si superesset, vetustis atqve sepultis Sveo-Gothorum rebus multum lucis posset affundere. Benè tamen est, in- signem illam jacturam abundè compensari præsentì libro, quem Celeberrimus Editor. *Iohannes Peringskiöld*, meritò dignum judica- vit, cui ( ob exemplarium defectum ) recudendo, *Notiqve* longè eruditissimis illustrando, operam impenderet. Præsertim ex quò curiosus ille Orbis Europæi atqve Africani lustrator, *Iohannes Gabri- el Sparfvensfeldt*, inter alia suppellestilis librariæ eximia donaria, eti- am huius libri apographum ex Codice MS. Prageni, cum alio Ham- burgensi Bibliothecæ S. Iohannis collatum, Regii Collegii Antiqui- tatum Archivo addidit; cui etiam *Elias Obrechtus*, Eloqv. & Polit. Prof. Skyttianus, ac Academiæ Vpsal. Bibliothecarius, ( cujus obitum an. super. p. 21. memoravimus ) antiqva illius impressio- nis Ingolstadiensis exemplar legavit. Horum igitur Codicum fidem sequutus Cl. Editor, novam hanc *Cocleani* libri editionem adorna- vit, eidemqve *Annotationes* uberrimas, variis antiquitatibus patriis;

cipporumque Runicorum delineationibus, refertas, adjecit; quæ unâ cum ipsa *Theoderici Vitâ*, sub auspicio hujus anni jam ad tria, & quod excurrit, alphabeta excreverant.

Prodiit quoque *Concio funebris Germanica*, quam *Iohannes Iacobus Leibnitz*/ SS. Theol. D. & Ecclesiæ Teutonicæ Holmensis Pastor, nec non Consistorii Assessor, superiori anno 1698. è pericopâ cantilenæ ecclesiasticæ: *Gesegne euch Gott der Herr*/ &c. in funere Vxor<sup>is</sup> *Vverneri Grön*/ Mercatoris, habuit. (20 $\frac{1}{2}$ . plag. in 4.)

Tandem hęc ipsò anno 1699. die 2. Januarii typis exscribi cœpit *Lexicon Latino-Svecanum*, multoties Lat. Germanicè antehac impressum, & nuper in gratiam Svecicæ Iuventutis, omni, qua par est, industria, translatum. Stockholmæ, typis Burchardinis. (in 4.)

Speciminis loco, è primâ nitidisissimi hujus Lexici plagulâ, in exterorum *Φιλογλωττων* gratiam, sequentia notâsse juvat:

Abduco, duxi, ductum, abducere, *bortleda/ bortföra/ abducere vi*, seu per vim, *met wâld bortföra/ abducere in secretum*, *âllena isfrån andra affides afföra*. Abducere sibi aliquem convivam *taga enom med sig til Siâst*. Ter. memores abducere noctes. Abducere à meretricio quæstu, *âfwenda enom isfrån horerj/ abduco me à republ. jag undrager mig isfrån Regimentet/ abducere animum à curis*, *wenda igen at försja. ex ab & duco.*

Abies, ietis, fœm. 3. pr. *surutrâ/ Tall/ abies crispa*, *lurfwot Tall/ enodis*, *thet som ingen Knop har/ umbrosa thet som gifwer stor Stugga*. Meton. *Abies audax*, *Virg. et snälle Sktep.*

Abietarius, rij, m. 2. *Snickare/ Timberman/ Wagnmakere*. *Abietarium negotium*, *abietarii negotiatores.*

Abjicio, jeci, jectum, abjicere, *bortkasta/ förwista/ abjicere arma defatigatione*, *låta falla Gewâret för tröthet/ abjicere se in herbam*, *läggia sig vit Grâset/ abjicere se*, *ware ådmiluct/ förringa sig sielf/ abjicere se ad alicujus pedes*, *falla enom til fora/ abjicere ædificationem*, *wenda igen at byggia/ abjicere animum*, *förwista/ abjicere cogitationes in res humiles*, *ypå gemeene saker tånstia*. *Obœdientiam abjicere*, *intet mera willia lyda/ abjicere timorem*, *intet mera fructia sig/ Ex ab & jacio.*

## VPSALIAE

Sub initium hujus anni 1699. mense Ianuario in vivis esse defuit *M. Petrus Lagerlöf*, Wermelandus, Eloquentiæ Professor in Academiâ Vpsaliensi, quem super. an. 1698. p. 94. *universalem Regni Sveciæ Descriptionem*, nitidissimis figuris æneis exornandam, moliri diximus. Quæ nobis hactenus ab ipso edita innotuere, sunt sequentia:

De *Comparatione Corporum Cælestium ad Tellurem*. Vpsal. 1675. in 8.

De *Fontium Fluminumque origine* Dissertatio. Ibidem, 1675. in 8.  
Dissertatio de *Aqva*. Holmiæ, 1685. in 8.

Disp. de *veris & antiqvis Gentis Gothicæ Sedibus*, Resp. *Petro Salano*. Vpsal. 1691. in 8.

## LONDINI SCANORUM

Superiori anno 1698. die 5. Decemb. *Actus Promotorius in Facultate Philosophicâ* celebratus fuit, quò *Andreas Riddermarck*, Mathes. Prof. P. & h. t. Academiæ Pro-Rector, *XXIII. Candidatis* Honores summos Philolophicos sive *Magisterii* gradum coautulit.

Idem præsentis anno 1699. d. 28. Ianuarii fasces Academicos & *Pro-Rectoris* munus *Richardo Ehrenborg* Jurisprudentiæ Professori, tradidit.

## MALMOGIAE

Die 4. Ianuarii hujus anni 1699. septuagenario major obiit *Wilhelmus Laurembergius*, Ecclesiastes Malmogiensis, in Templo Svecano. Is Soræ Danorum an. 1628. d. 27. Febr. natus fuit, patre *Iohanne Laurembergio*, Med. D. & Mathecos in Acad. Soranâ Prof. P. unicumque filium *Iohannem* (an. 1683. natum) reliquit, ad exemplum Majorum, apud Rostochienses celebrium, Medicinæ operam daturum.

*Iohannes Iacobus Döbelius*, Med. D. ac Ducatus Scaniæ Medicus Provincialis, d. 12. Ianuarii & seqq. *Anatomiam Militis* (obdelicta globulis confossi) publicè Malmogiæ instituit, quam non tantùm ipse nitidâ Inscriptiõne Latinâ typis excusâ indicavit, sed eti-

am in vicinâ Academiâ Londinensi paullò ante dictus *Andreas Rüd. dermarck*, Math. P. P. Ord. & Pro-Rector, ad hanc demonstrationem Anatomicam, in his oris oppidò raram, frequenter & attentè spectandam Cives Academicos peculiari Programmate invitavit, eosque gratisimo animo agnoscere jusfit, quam grata otia sub præfecturæ suæ initia ipsis concesserit *Illustrissimus Excellentissimusq; Heros, Dn. L. B. Carolus Rehnshöld*, Militiæ Equestræ Generalis Locum tenens, ac Provinciæ Gubernator accuratissimus, nec non, quid laudabili industriæ Celeberrimi & Experientissimi Professoris debeant.

## HAFNIAE

Die 9. Januarii in foro publico Carnificis manu Vulcano consecrata fuit Satyra quædam, à Centurione Gallò tam ligato quam libero sermone scripta, quâ (præter personas Regni publicas) imprimis famæ *Cassaris Antonii de Bou Clair*, Lugdunensis Galli, ex Presbytero Pontificio primùm Reformatae, nunc autem Evangelico-Lutheranae Religioni addicti, & S. R. M. Concionatoris Aulici, detrahere conatus est; ceu latius patet ex Epistolâ Gallicâ dicti Ministri, cui titulus: *Épître aux fideles Sujets de sa Majesté Le Roy, ou aux fideles Professeurs de la Religion Evangelique Lutheranne.* (1. plag. in 4.)

Die 12. Januarii, horis vespertinis in æde SS. Trinitatis sepulchro suo illatus est *Bollerus (Bolle) Luxdorff*, Dominus de *Sandbye* & *Rosengaard* Ordinis Danebrogici Eques, S. R. M. Secretarius Supremus, Consiliarius Status & Cancellariæ, nec non ad Aulam Svecicam Ablegatus; cujus obitum an. super. mens. Octob. p. 184. memoravimus. Is, postquam an. 1643. d. 19. Julii Hafniæ lucem vidit, & in Scholâ Herlovianâ (cui pater ipsius præfuit) literis fuit imbutus, an. 1663. per Germaniam, Belgium, Angliam Galliamque iter fecit, indeque in patriam redux an. 1669. Secretarius Cancellariæ Regiæ, an. 1672. Ceremoniarum Director, an. 1676. Equestrium Ordinum Secretarius, an. 1677. Collegii Cancellariæ Assessor, an. 1680. ejusdem Consiliarius, & Regiæ Cancellariæ Secretarius fuit constitutus. An. 1681. in numerum Nobilium

receptus fuit, factusque an. 1681. Consiliarius Status, an. 1688. Supremus Secretarius, & tandem an. 1691. Legatus Extraordinarius in Sveciam, quò ipsi à S. R. M. Equestri Ordinis Danebrogici insignia an. 1694. transmissa sunt. Cùm autem in procinctu esset, ut in patriam reverteretur, superiori an. 1698. d. 5. Septemb. ætatis quinquagesimo sexto, vitam cum morte commutavit, Scholæ Herlovianæ 1500. argenti uncias testamento relinqvens, quarum annui reditus duorum alumnorum educationi destinati sunt.

Die 25. Ianuarii sepultus est *Andreas Günther* S. R. M. Iustitiæ, Cameræ, Admiralitatis & Commerciorum Consiliarius, nec non Vestigialis Regii fretò Balthicò Director. Is Halis Saxonum an. 1635. d. 30. Novemb. natus fuit, Patre *Melchiore Günther* suburbanorum prædiorum rationibus à Senatu Hallensi præfectò, iactisque tam in Lycèò patriò, quàm Gerandò Gymnasio, literarum fundamentis, Lipsiæ Iurisprudentiæ studiis incubuit. Inde redux *VVettinensis* & *Lebechinensis* oppidi Præturam suscepit, ac paulò post Cæsarei Notarii titulus insignitus, primò quidem Ill. Comiti *Christiano Rantzovio*, deinde verò Excell. Dn. *Christophoro Gabel*, S. R. M. Daniæ Consiliario intimo & Vicario, fuit à secretis, nec non FRIDERICI III. R. gratià an. 1658. *Marco Meibomio* in curà Freti Balthici ac Vestigalium colligendorum munere succesit. Variis postea honoribus ornatus, & quidem an. 1679. in Camerà Regali asfidere iustus, an. 1683. Admiralitatis & Commerciorum Consiliarius constitutus, ac tandem an. 1693. in supremum Iustitiæ Tribunal fuit receptus, quibus officiis & dignitatibus non sine laude præfuit. Vxorem bis duxit, & multiplicem ex utràque prolem suscepit, cujus potior pars (4. scilicet filii, ac filiarum triga) adhuc superat. Labente denique superiori anno 1698. die 29. Decemb. Helsingoræ obiit, & inde Hafniam delatus, in templo Germanico tertæ fuit traditus.

Die 28. Ianuarii *M. Enevaldus Dalhuus*, (quem superiori anno 1693. p. 113. laudavimus) Respondente *Henrico Greve*, in Auditorio Collegii Medicèi Dissertationem tertiam de *Epistola ad Abgarum, quæ vulgò Salvatori tribuitur*, publico examini stitit,

quã supposititiã illam prolem, cui hactenus (1) *sistenda* & (2) *arguenda* operam impenderat, jam planè (3) *damnandam* & rejiciendam aggressus est. (3. plag. in 4.)

Quem superiori anno 1698. p. 246. sub prælo calere diximus, is nuper officinã typographicã exiit liber, sequenti titulo insignitus: *Oirthonis Sperlingii, Consiliar. Regii & V. I. D. de Crepidis Veterum, nunc vulgò Pantoffeln dictis, Diatribæ.* Hafniæ, ex Typographico Regio, typis Lauerentinis. 1698. (2½. plag. in 8.) Libellò hõc (qui inter Latinos, novã istã Typographiã Regiã exscriptos, primus est) Cl. Auctor non tantùm varia lectũ digna de *Crepidis, Sandaliis, Soleis, & Soccis*, aliisque pedum tegumentis ac eorum nominibus, tam apud veteres, quã modernos, præsertim Græco-Barbaros, Belgas & Hispanos, affert; sed imprimis etiam in eò occupatus est, ut verum etymon vernaculæ vocis *Pantoffeln* (Danis *Tøffel*, Gallis *Pantouffles*, Italisque *Pantufole*,) evolvat. Existimat autem vocem illam in Italiã natam esse, postquam Gothi linguam illic miscuerunt, & esse compositam ex *pan* (retentã ex Latino *pannus* syllabã) & *tufola*, quod Italis *rem leviculam* designat; eam ob causã, quod *pannis* sæpè pro corio hoc genus crepidarum supernè vestitum fuit, gratãque *levitate* sese commendavit pedibus. Ad calcein operis Auctor indicat, se etiam de *Calceis Veterum* nonnulla commentatum esse, quã forsan aliquando in lucem proditura sint.

*Reinholdi Wagneri, Med. D. Observatio de Embryõ  
Suillò petrefactò.*

A. 1699. d. ult. Novembr. Differentiam Animalium, quoad nutritionem Fœtus in utero, ostensurus, cultro anatomico subjeci *Veterum Scrofæ*, in cujus cornu sinistro tres inveni fœtus spithamæ longitudine, totidemque offendi in ovario sinistro carunculas carneas. In dextro verò cornu uteri, utut tres itidem fœtus latitare prima specie viderentur, quinque tamen distinctæ carunculæ carneæ, tot quoque affuturos fœtus, svadebant. Cornu itaque hoc dissecto, prope tubam Fallopiã corpus subnigrum, durum, instar nuclei prunorum, deinde tres fœtus integros & perfectos;

de

TAB. II.

Fig. I.





Fig. II.



denique in ipso antro communi Uteri, foetum digiti saltem longitudine, sed sub forma & colore Mumiae petrefactum inveni, omnis foetoris & corruptionis expertem. Vid. Tab. II. Fig. I. ubi denotatur litera

Tab. II.  
Fig. I.

a. Embryon Suillum petrefactum.

b. Funiculus umbilicalis, cum portione tunicarum Chorij, Alan-  
toidis & Amnii.

*Scholion Jo. Jacobi Stolterfohti, D.*

Si quo unquam in oeconomia animali vires suas conferunt Archei, ut loqui amant non infimae fortis Philosophi, Satellites, in foetus sane hoc fieri formatione videmus. (conf. *Disp. n. de Idea errante in Monstrorum generatione, habit. Gryphusvald. A. 1695.*) Quicquid vero moliantur, ex praescriptis Naturae agunt legibus, vel in Monstris quoque producendis, aut ipsa foetus jam formati substantia iterum evertenda. Idem jus in Microcosmo exercent, quod universalis ille, salinae sit sive sulphureae profapiae, Mundi Spiritus, in Macrocosmo: quod enim hic in Terrae condit mineris, illi in domiciliis sui exercent visceribus, adeo ut nullus fere ibi detur angulus, in quo mineralis Regni non possit generari incola, quod vel mille probare possemus Curiosorum documentis, Praesenti vero observationi haud quotidianae adjungi meretur Lepusculus, quem in utero materno petrefactum vidit D. *Georg. Hannes M. N. C. Dec. II. A. X. obs. CXLVIII. p. 234.* qui & uteri oris lapidescentis mentionem facit *l. c. obs. CXLIX., p. 235.* Mumiam Leporinam vidit D. *Petrus Rommelius*, teste *Phil. Jacobo Hartmanno l. c. A. VII. obs. XX. p. 45.* In Muliere 37. annorum uterum totum lapideum, ponderis septem librarum, observatum refert *Schenk. L. IV. de Foetib. obs. XX. f. 587.* nec admirationi cedit Lithopaedii historia de Foetu exacte conformato & 28. annis in utero gestato, in marmoream duritiem converso *l. c. obs. XXI. Sennert. L. IV. P. II. S. IV. c. VII. p. m. 323. sqq. Joh. Henr. Seyfried Medull. Mirabil. Natur. L. II. c. X. p. 533. Phil. Jac. Sachs de miranda Lapidum natura. p. 86.* Augustissimo Regis Danicae Museo associatum aeri que incisum exhibent *Th. Bartholinus Hist. Anat. Cent. II. N. C. p. 359. & Oliger. Jacobaeus Mus. Reg. Sect. 1. f. 1. & quem quaelo historia Foetus Muscipontani, extra uterum mulieris in abdomine retenti, tandemque*

demque lapidescente, latet? quamvis suspecta illa sit *Gvid. Patino & Thomæ Bartholino*, quorum rationes vid. *Cent. III. Ep. VIII. p. 24. Ep. LXXXIII. p. 356. Cent. IV. Ep. LVIII. p. 368. de Insolit. Part. viii c. XI. p. 79. sqq. conf. M. N. C. Dec. I. A. I. obs. I. p. II. Phil. Jac. Sachs l. c. obs. CX. p. 225.* An Gestantis Soror vel Filia fuerit? disquirat *Anron. Deusing. Vindic. Fœtus extra uterum geniti, Sect. I. p. 20. sqq.* De Cerebro Bovis petrefacto historiam condidit oculatus testis *Sebastianus Scarabicius Patav. 1678.* in qua humanum quoque cerebrum in petram se commutare posse ostendit. conf. *Joh. Theod. Schenck. M. N. C. Dec. I. A. I. obs. XXVI. p. 80. Joh. Jac. Dobrzensky de Nigroponte l. c. obs. CXXX. p. 254. Phil. Jac. Sachs in App. ad has observationes p. 8.* In fœmina Viennensi Renes petrefactos vidit *Mich. Textor*, ex relatione *Schenckii in Lithogenes. p. 69.* Utrumque Renem petrefactum in Nobilissima Fœmina *Helena de Scalin.* vidit *D. Henr. Sturmius*, teste *Phil. Jac. Sachs M. N. C. l. c. obs. XXVII. p. 82.* Servare se adhuc Renem perfecte siliceum ex cadavere Norvagi cujusdam excisum, aliquot uncias pendentem, asserit *D. Christian. Franciscus Paullini in App. M. N. C. Dec. II. A. IV. p. 211.* Venæ pulmonariæ truncum prope cordis insertionem lapidescentem vidit *Bonetus Sepulchret. Anat. L. 2. Sect. I. Obs. 9.* Ne dicam de integro illo homine petrificato, quem ipsemet Romæ in Villa Ludovisiana vidi, cujusque mentio facta à *Celeberrimo Tenzelio Monatlichen Unterredungen A. 1696. M. April. p. 401. Phil. Jac. Sachs l. c. p. 85.* aut siliceo illo Homine Wormiano, quem habet *Mus. L. I. Sect. II. c. XIII. f. 82.* vel petrificatis aliis animalium partibus, quorum *M. Joh. Reiskius in Ep. de Glossopetris Lunenburgensibus, Joh. Daniel Major, de Cancris & Serpentibus petrefactis p. 6. sqq. Rolinc. de Vegetabilib. L. II. Sect. IV. c. II. p. m. 147.* &c. mentionem injecerunt, præter infinitos alios passim Naturæ curiosos.

Haud sane sufficit ætas humana exhauriendæ vel decimæ portentorum parti, quæ quotidie in scenam rerum prodeunt, nosque ad quendam stuporem commovent, inquit *Dn. D. Major. l. c. p. m. 8.* Nomina tu lapidis, qui quotidie oculis obversatur, formam, & Phylidâ solus habeto, verba sunt *Scaligeri Exerc. 307. r. 12. & 21.* Ita sane nostra scientia quasi umbra est in sole, ut vulpecula à ciconia elusa yas vitreum lambimus. Spiritus animales in Generatio-

nis negotio virium summam conferre, antea diximus, & tamen proposito cadere, Lapidinas in Laboratorio Microcosmi extruendo, videmus. Sed unde tanta metamorphosis? num vis lapidifica erit accusanda? ita quidem est, sed eo ipso nihil dicis. Spiritibus totum incumbit negotium, qui agendo fiunt omnia, ita ut non essentia sed officii ratione differentiam nominalem admittant. Prodeat itaque in Scenam Lapidificus ille Archei Minister, quem salinae esse profapiae credunt Doctores nostri, & in Macrocosmo *sal* universi *centrale* vocant. Nullam enim petrefactionem fieri sine certo quodam praedominio & activitate salis, erudite ut solebat, docet B. Dn. D. Major l.c. p. m. 13. sqq. pro qua adstruenda sententia ex Theophrasti scriptis varia collegit loca *Matth. Unzerus de Nephritis. c. IV. p. 18. sqq.* hujus particulas dum induit Archeus Microcosmi, ejusdem cum illo Macrocosmi, vel Alite Hermetis profapiae, abditissimos formati jam foetus, aut cujuscunque sit visceris, angulos permeat, sensimque fluidas partes cum muscutorum fibris coagulat, usque dum lapideam tandem induant durtiem. Procedendi modum, quomodo sc. Salino-Nitrosae particulae coagulationis opus absolvant, aut calculi generatio in Regno fiat animali, ex principiis deducere chymicis paginae vetat angustia: arbitrio hinc B. L. reliquimus quae habet *Vvilif. de Ferment. c. XII. Harder. Exercit. Anatomico-Medic. 1. & 2. Ettmull. de Tinctur. Corall. §. 2. 6. sqq. Rolfinc. de Vegetabil. L. II. S. I. c. XVIII. p. 107. Tenzel. Monast. Unterred. A. 1696. Mens. April. p. 374. Malpigh. Anat. Plant. f. m. 20. Becher. Physic. Subterr. L. I. S. I. c. IV. p. m. 40. Ol. Borrich. Act. Med. Hassn. Vol. V. obs. CXXXI. Sennert. Prax. L. IV. P. II. S. IV. c. VIII. p. 327. Bartholin. Centur. III. Ep. VIII. p. 27. de Insolt. Part. Viu. c. XI. p. 84. Reiskius de Glossopetris Luneburgens. p. 20. 38. Scarabic. de Lapidis concretione in homine p. m. 8. Major de Cancris & Serpentibus petrefactis passim. Phil. Jac. Sachs de miranda Lapidum natura p. 65. Fabr. Ephem. Nat. Curios. Dec. III. A. I. obs. CXXI. Joh. Jac. Schleuchzer. de Generat. conchil. in App. M. N. C. Dec. II. A. IV. p. 157. Theophil. Bonet. Sepulchret. Anatomico-Pract. L. I. S. I. obs. CXI. f. 63. Sinap. de Remed. dolor. c. IV. p. 87. Gvalthet. Charleton. Spirit. Gorgonic. vi sua saxipara exut. Vvedel. D. de Morbis Tartareis. habit. Jen. 1695. Ettingshausen Diss. de*

*Microcosm. Lapidicin. habit. Erford. 1695.* aliiqve infinitis ferè experimentis. Non autem Transsubstantiatio hæc momentaneo actu, sed temporis longo sæpe tractu contingit, exemplo foetus Muscipontani. Hunc itaqve Embryonem suillum prius reliquis, quos docta simul cum hoc exemit manu Nobiliss. Dn. D. *Wagnerus*, prope tubam Fallopiam delituisse, credere quid impedit? cum salinum huncce spiritum rebus non tantum compactionem soliditatem & durationem largiri, sed etiam corporum dissolutiones retardare, ac putredini resistere, optima rerum doceat Magistra.

*Ejusdem Reinholdi Wagneri, D. Observatio de  
Hydrope Ovarii Muliebris.*

Labente quoque anno præterito, in Anatome Mulieris 26. annorum, quæ se gravidam esse putabat, tandem vero Hydrope ovarii stupendæ magnitudinis (frustra præmissa Paracentesi abdominalis) defunctæ, ovarii pondus præsentis Excell. Dn. D. *Jacobo Haqpart*, deprehendi XIV. librarum; serum vero glutinosum in ipsa administratione anatomica ex cellulis Hydatidum extravasatum pondus LVI. librarum superabat. Vide Tab. II. Fig. II. ubi designatur literâ

a. Uterus.

b. Tuba Fallopiana sinistra.

c. Ovarium sinistrum.

d. Tubæ Fallopiæ dextræ situs præternaturalis, cavitasque solito amplior, stylo majori pervia.

e. e. e. e. e. Hydrops Ovarii dextri, sive Hydatides.

f. f. Ligamenta uteri rotunda.

*Scholion Jo. Jacobi Stolterfohti, Med. D. & P. P.*

Inter varia illa symptomata Mulierculas vana conceptionis spectantia, quorum nonnulla recenset *D. Phil. Jac. Sachs in Schol. ad obs. I. M. N. C. Dec. l. A. l. p. 9. sqq.* sunt uteri inflatio ejusque Hydrops, quem cum Mola aquosa confundendum minime censet *D. Ettmill. Colleg. Practic. f. m. 1076.* Ab hoc verò iterum toto differre cælo illum qui in ovarii hydatidum membranosis cellulis contingit, præsens testatur curiosa satis observatio. Pathologiam ejusmodi inundationis microcosmicæ, loco speciminis inauguralis publico Eru-

dito-

ditorum examini submitit D. *Justus Theodorus Schorkopf*. *Basil.* 1685. d. 13. Febr. ansam subministrante Dn. D. *Jo. Jacobo Hardero*, cujus glandiolo anatomico commissa fuerat A. 1684. d. 7. Jun. Rustica 40. circiter annorum, quæ triennio ante obitum, cum menstrua deficerent, atque hypogastrium intumesceret, gravidam se quoque credidit. Conf. *Apiar. observ. Anatomico-Præct. LXXXVII. p. m. 325.* Ex communicatione Dn. D. *Vvepferi* duarum meminit Fœminarum idem D. *Schorkopf. l. c. §. 16.* quæ affectu hoc detentæ singulæ post mortem ultra libr. CXX. feri exhibuerunt; & vetulæ cujusdam sexagenaria majoris, quæ tumorem in ovario gestavit mole & contentorum copia his majorem, ultra XX. annos. D. *Frideric. Ruyfch.* in hoc affectu ova animadvertit ita mutata, & in tantam aliquando molem aucta, ut infantis caput non raro superasse viderit. *Obs. XVII. p. 22.* Legi quoque meretur *Melchioris Sebizii Historia memorabilis de Femina quadam Argentoratensi*, quæ ventrem supra modum tumidum atque distentum ultra decennium gestavit, edit. *Argent.* 1627. Uterum in Fœmina Hydropica admodum observavit exilem, ovaria vero sive testes & Tubas Fallopianas, glandulis & Hydatidibus in & extra ita refertas & compactas, ut partes has invicem discernere nemo valuerit: dextrum corpus conglomeratum materiam fudit pultaceam albam sine foctore, decem ponderans uncias D. *Jac. Augustin. Hüneryvolff. Ephem. Nat. Curios. Dec. II. A. IX. obs. XCIX. p. 171.*

Paracenthesis quam tuto, si sat cito, instituat, docent *Thom. Bartholin. Act. Med. Hafniens. Vol. I. obs. VIII. p. 16. Joh. Henr. Brechtfeld. l. c. obs. CIII. p. 194. Joh. Zachar. Fürst. M. N. C. Dec. II. A. X. obs. LXXVI. p. 344. Joh. Conr. Brunner. l. c. A. VIII. obs. C. p. 217. Dn. D. Dan. Crüger. l. c. Dec. A. IV. obs. CXXVII. p. 260. conf. Bernh. Albini Disp. de Paracenthesi Thoracis & abdominis, habit. Francof. ad Oder. 1687. Joh. Hadrian. Slevogt. Disp. de Scarificatione Hydropicorum remedio Paracenthesis succedaneo. habit. Jen. 1697. Ejusd. Disp. de Paracenthesi Thoracis & Abdominis, habit. ibid. eod. Henr. Meibom. Disp. de Paracenthesi in Hydrope, Helmst. 1670. &c. In hydropico autem utero posse quoque simul fieri conceptum, multis probat exemplis *Schenck. L. IV. obs. XV. f. 551. conf. Salom. Reifel. M. N. C. Dec. II. A. X. obs. XXVII. p. 66.**

*Georgius Francus de Franckenau*, S. R. I. Eqves, Palat. Caf. Comes, Consiliarius & Archiater Regius, &c. (de quo super. an. 1698. mens. Iul. p. 114.) variis hactenus Scriptis inclaruit, quorum Catalogum filius ipsius *Georgius Fridericus Francus de Franckenau*, Argentorat. Med. D. & Academiae Leopoldino-Imperialis Collega, *Philaretus*, Dresdæ an. 1692. edidit. (3. plag. in 4.) Eundem verò Scriptorum & Disputationum celeberrimi istius D. *Franci* syllabum, nunc auctum & ad hæc usque tempora continuatum, exhibere, ob rariores, quas continet, materias, operæ erit pretium.

Disp. de *Colica*, Argentorati Præside *D. Sebizio* habita 1665. in 4.

Disp. Inaug. de *Pleuritide*, ibid. 1666.

*Lexicon Plantarum*, Argent. 1672. in 12. sub titulo *Floræ Francicæ* ibidem recusum 1685. & denuò Lipsiæ 1698. in 12.

*Programmata varia Botanica*, Heidelbergæ ab an. 1677. ad 1687. edita.

*Synopsis Institutionum Medicinæ*, Heidelb. 1672. in 12.

*Methodus discendi Medicinam*, ibid. 1672. in 12.

Delineatio communis *Dosium Medicamentorum*, ibid. 1672. in 12.

Disp. de *Hæmorrhoidibus*, Resp. *Ioh. Georg. Carisio*, Siles. Heidelb. 1672. in 4.

Disp. de *Musica*, Resp. *Bened. Hermanno*, Memminga-Svevo. ibid. 1672.

Disp. de *Restitutione in integrum*, sive Chirurgia curtorum, Resp. *Rosino Lentilio*, Waldenburgo-Eranco. Ibid. 1672.

Disp. de *Umbilico & vasis umbilicalibus*, Resp. *Bened. Hermanno* præced. ibid. 1673.

Disp. Inaug. de *Abortu*, Resp. *Sigism. Christiano VVinclero*, Vratislav. Ibid. 1673.

Disp. Inaug. de *Suffocatione Hypochondriaca*, Resp. *Ioh. Dolao*, Palatino. Ibid. 1673.

Disp. Inaug. de *Philtris*, vulgò von *Hebes Fräncken* / Resp. *Nic. Casp. Elvverth*, Franco. Ibid. 1673.

Disp. de *Salivæ & vasis salivalibus*, Resp. *Rosino Lentilio* præced. Ib. 1673.

Disp. Inaug. de *Sterilitate muliebri*, Resp. *Ioh. Valent. Schadio*, Homburgo-Hasso. Ibid. 1673.

Disp. de *Alapiv sive Colapiv*, Resp. *Georg. VVicken*, Hasso. Ibid. 1674.

Disp. qua *Lupanaria* ex principiis Medicis improbantur, Resp. eodem, ibid. 1694.

Disp.

Disp. Inaug. de *Febre militum diabetica*, Resp. *Petro Zypel* / Francof. Ibid. 1674.

Disp. Inaug. de *Soldana sive Sodanella*, Resp. *Ioh. Hartmanno Soldan*, Wetteravo. Ibid. 1674.

Disp. Inaug. de *Scorbuto*, Resp. *Georg. VVicken* præced. Ibid. 1674.

Disp. Inaug. de *Amputatione artuum*, vulgò *Abstoßung der Glieder* / Resp. *Christiano Pilger* / Frisio. Ibid. 1675.

Oratio de *Studiorum noxa* & ex iis oriunda lerna morborum. Ibid. 1675. in 4. & Ienæ 1695. in 12.

*Satyra Medica*, sive miscella curiosa variorum thematicum Philologico-Physico-Medicorum, e. g. de Præputio, Hymene, Rifu Splenis, &c. nec non variis fabulis Physicis ac Medicis. Ibid. 1673. in 4.

*Satyra Medica XIX. Continuationes* : 1. de Castratione Mulierum, Succino, atqve Venæ Sectione. 2. de diverso Purgantium agendi modo. 3. de Impuberibus generantibus & parientibus, de fetu in fetu, de mortuis liberos parientibus. 4. de Testium natura & substantia in Viris ac Mulieribus. 5. de Sangvinis menstrui natura. 6. de defectu partium nobiliorum. 7. de Angvillarum natura &c. de Osfium pubis luxatione in puerperis, ac de Methodo medendi in compendium redigenda. 8 de Vaticiniis futurorum in ægris. 9. de Lingvis peregrinis, quas loqvuti sunt earum rudes per morbum. 10. de Auribus humanis mobilibus. 11. de *Pianchette*, Gallico instrumento mundi muliebris, ejusqve noxa. 12. de Superfetatione. 13. de Terra Lemnia. 14. de triplici Lacte Virginis. 15. de Vitro, & *υαλοφάγους*, von *Glassfressern*. 16. de Rhachitide Anglorum, cum epimetro de Cometarum natura. 17. quam diu dormiendum. 18. de Ovis Paschalibus. 19. de Incisu freni sub lingua. Heidelbergæ, variis Respondentibus, ab an. 1673. ad an. 1682. in 4.

Tractatus Philologico-Medicus de *Cornutis*. Ibid. 1676. in 4.

Disp. Inaug. de *Carbunculo*, Resp. *Anton. Schachtler* / Helvet. Ibid. 1682.

Disp. Inaug. de *Nakir Arabum*, seu flatu furioso, Resp. *Ioh. Herm. Dulcken*, Crucenac. Ibid. 1684.

*Agonismata Physico-Medica XI.* 1. de Aquis coctis, Topicis Stomachicis, electivè purgantibus, pilularum imparitate, Convulsivonibus, Meconio sive Papaverculo, & Catharrhis per hyemem collectis. 2. De Transplantatione, Variolis, Tussi, Inunctione pingvedinis Lucii piscis in soleis, & signis è Lingva petendis. 3. de nimis longis Medicamentorum formulis, de Pretiosis tanquam Cordialibus rejectis, de Pleuritide vera, & Antimonii diaphor. noxa. 4. de Obstetricum necessitate & inciticia, de superstitione, quid sit das Wangen-Weh/ de Vroscopiæ fraudibus, de falso Lienis morbo, de Ciniflonum ac Agyrtarum audacia, de Liberorum contumacia in assumendis pharmacis, de prophylaxi à Catharris per collum noctu probè munitum. 5. de Scabie capitis Infantum, de Chirurgiæ præstantia præ diata ac Pharmacia, an septum cordis pervium? Febrifuga varia. 6. de Imprudentia venam secantis, de Instrumento V. S. de Arteria per errorem pro vena seâta, de Hydropicorum siti immani. 7. Clysteres improbat, laus eorum & usus multiplex, &c. 8. de Clysterum numero, an in Dysenteria noceant, &c. In Ileo feces, clysteres & subpositoria per os rejecta, de fonticulo in hydrocephalis & Catarrhis, de num ero Sedium à purgante. 9. von Anwachsen oder Herz-Gespan der Kinder/encomium ungenti Sylvii, Nugæ Obstetricum ac Susceptorum, querela bonorum Practicorum, Methodus medendi strictè observanda. 10. Physicæ in Medico necessitas, Nugæ circa Puerperarum morbos, Errores circa Nutrices & Susceptores, Erysipelatis ridiculum remedium. 11. de Paresi è Colica, Simplicium Medicamentorum laus. Heidelbergæ, an. 1682. & 83. in 4.

*Disputationes privato-publicæ VII.* 1. De Nervis, Nutrimento partium, Eclipsibus Lunæ, Fluviorum origine, arte Culinaria. 2. de Calido innato, an Concoctio ab Acido? de Animalium origine ex Putrefactione, influxu Astrorum, Plantis sensitivis, Nævis, Musicæ usu in morbis. 3. de Transmutatione Metallorum, Spiritu Panis, de abhorrentibus à Pane. 4. de Acido in aëre, cibo & potu, de Columbarum felle, glandularum divisione; an Lien sedes Melancholiæ? de Glandula Pineali,

Angvillarum productio. 5. de Uromantia , Prærogativa inter Medicos & ICtos. 6. de Aëris subtilitate & noxa , Aqvis defstillatis, Cerumine. 7. de Aqvis destillatis nutrientibus ex Animalibus, de Morbis supernaturalibus , de Cœna ac Prandio. Heidelbergæ, an. 1679. & 1680. in fol.

Collegii Disputatorii ad Institutiones Medicinæ Conamina IX. Heidelbergæ, 1686. & 1687. in 4.

Bona nova Anatomica , Heidelb. 1680. in 4.

Disp. 1. de Morbis acutis Gravidarum , Resp. Ioh. Herm. Dulscen/ Ibid. 1684.

Programmata Anatomica V. Heidelb. ab an. 1679. ad 81.

Disp. Inaug. de Atrophia , Resp. Ioh. Christ. Bogelsauct / Casselano, Ibid. 1683.

Disp. Inaug. de Casu laborantis Apoplexia, Resp. Conr. Philipp. Seipp, Wetteravo. Ibid. 1676.

Disp. Inaug. de Medico Monstroso, Resp. Ierem. Corta, Henac. Ibid. 1677

Disp. Inaug. de Phitiriasi seu morbo pediculari , Resp. Ioh. Vlrico Schmidt/ Ullmensi. Ibid. 1680.

ΟυσΟΧΟΡΑΦΙΑ , sive Disp. Inaug. de Asellis seu Millepedis, Resp. Dan. Birr, Ibid. 1679.

Demens idea, seu Disp. Inaug. de Mania, Resp. Ioh. Bernh. Matthæo, Ibid. 1680.

Disp. Inaug. de Naso, Resp. Franc. Dan. Fislser, Palat. Ibid. 1679.

Disp. Inaug. de Hæstices Natura & Curatione, Resp. Henr. VVeiperto Seipp, Darmstatt. Ibid. 1679.

Disp. Inaug. de Morbo Virgineo , Resp. Ioh. Frid. Eckarto , Hala-Svevo. Ibid. 1680.

Disp. Inaug. de Ambustis , Resp. Ioh. Dan. Geiero, Ibid. 1681.

ΑΤΜΟΧΟΡΑΦΙΑ Microcosmica , seu Disp. Inaug. de Halitu Humano, Resp. Dan. VVscherer. Ibid. 1681.

Disp. Inaug. de Risu Sardonio , Resp. Ioh. Richier, Ibid. 1683.

Disp. Inaug. exhibens Casum Viri Colica laborantis , Resp. Anton. Blommart. Ibid. 1681.

Disp. de Coryza seu Gravedine , Resp. Ioh. Conr. VVpfelstatt/ Francof. Ibid. 1685.

Disp.

- Disp. Inaug. exhibens *Casum Viri Empyemate ex Pleuritide laborantis*, Resp. *Ioh. Henr. Fliccio*, VVinga-Nassov. Ibid. 1685.
- Disp. Inaug. de *Malo Citro*, Resp. *Dan. Nebel*/ Ibid. 1686.
- Disp. Inaug. de *Primaria ferè omnium Morborum causa*, Resp. *Ioh. Phil. Stetter*/ Idstein-Nassov. Ibid. 1686.
- Disp. Inaug. quæ *Casum Dysuria ad Stranguriam vergente laborantis* resolutum proponit, Resp. *Ioh. VVilh. Christiani*, Ibid. 1686.
- Disp. Inaug. de *Labiis Leporinis*, von *Hasen-Scharten*/ Resp. *Ioh. Phil. Hoffmann*/ Trarbac. Ibid. 1686.
- Disp. Inaug. de *Verrucis*, Resp. *M. Phil. Frid. de Hasfelt*, Ibid. 1688.
- Programma de *Calumniis & disteriis in Medicos & Medicinam*, Ibid. 1686. in fol.
- Programma de dicto : *Ubi desinit Physicus, ibi incipit Medicus*, Ibid. 1686. in fol.
- Gvilielmus Maxwelllus*, Med. D. Scoto-Britannus, de *Medicina Magnetica*, è MSS. primum editus. Francof. 1679. in 12.
- Dispp. III. de *Lapidicina Microcosmi*, præsertim in Capite & Thorace, Heidelb. 1685. & 88.
- Pauli Zacchie*, Romani, *Quæstiones Medico-Legales* auctæ, Francof. 1688. in fol.
- Præfationes*, in Opera *D. Mich. Ertmulleri*, Francof. 1688. in fol. In *Dendrologiam sive Arboretum Ovidii Montalbani*, ibid. 1691. in fol. In Opera *D. Christiani Langii*, Ibid. 1688. in 4.
- Programmata varia*, Heidelbergæ edita, ab an. 1678. ad 1686.
- Programma ad Orationem inaug. de *Salute Reip. Medica*, Wittebergæ, 1690. in fol.
- Disp. Inaug. de *Syphilitis* Natura & Cura, Resp. *Dan. Hake*, Kemberg. Wittebergæ, 1690.
- Flumen Dysentericum Speciminis* Inaug. loco propositum, Resp. *Frid. Gothofr. Glück*/ Naumburg. Ibid. 1690.
- Disp. Inaug. de *Hydrope Ascite*, Resp. *Ioh. Diterico Löser* / Desfav. Ibid. 1690.
- Disp. Inaug. de *Theriaca Cælesti*, Resp. *Ioh. Diter. Hoffstatt*/ Düsseldorforp. Ibid. 1691.
- Disp. Inaug. de *Variolis*, Resp. *Ioh. Frid. Nicolai*, Hala-Sax. Ibid. 1692.

- Epistola de *Medicis Philologis*, ad D. Godofr. *Thomasium*, Ibid. 1691.  
*Programma* in Promotione X. *Medicinæ Doctorum*. Ibid. 1691.  
*Sonne nach der Sonne/Wonne über Wonne / das ist/ diejenige Rede/ so D. Franck an S. Churfürstl. Durchl. zu Sachsen/ den 20. Dec. 1691. im Nahmen der Universitet zu Wittenberg/ als Rector, bey dero Erb-Huldigung abgelegt/ Dresdæ 1692. in fol.*  
 Disp. Inaug. de *Hydrope*, Resp. *Henr. Eman. Ruel*, Stargard. Pom. Wittebergæ, 1693.  
*Programma* ad *Philiatrosophos*, Ibid. 1693.  
 Disp. de *Morbo Q. Ennii Poeta*, seu de *Podagra ex Vino*, Resp. *Ioh. Isach. Chudenio*, Soltqvell. Ibid. 1694.  
 Propempticon Inaug. de *Ψαμμισμῶ* ad Disp. Inaug. de *Imflamatione*, quam Præsidi D. *Ioh. Godofr. Bergero*, Pathol. P. P. *Iacobus Marchand*, Hanovienfis, habuit. Ibid. 1695.  
*Oratio Panegyrica*, de Ortu & progressu Vniversitatis antiquissimæ in Germania *Heidelbergensis*, habita 1686. Heidelbergæ 1687. in 4.  
*Observationes Physico-Medicæ XLIX. communicatæ cum Academia Leopoldino-Imperiali, & Miscellaneis Curiosis insertæ, ubi Decuria I. II. & III. leguntur.*  
 Sunt & *Epistolæ* multæ atqve *Carmina*, tam Latina quam Germanica, quæ passim edidit; & longè plura adhuc servantur in scriniis, olim, si Deo visum, proditura.

*Hector Gothofredus Masius*, S. S. Theol. D. & Prof. P. (de quo An. 1698. p. 164.) jam ab aliquot annis *Historiam Daniæ & Norvegiæ Ecclesiasticam* auctoritate Regiâ condidit; ceu non tantum è *Ioh. Brunsmanni Specimine Errorum Varillasii*, sed ipsius etiam *Auctoris* indicio, in præfatione *fidelis Lutheranismi*, contra *Becmannum* vindicati, licet cognoscere: *Dissertationem* quoque de *Longævis Daniæ*, ut alia in Catalogo Francof. jam an. 1692. promissa taceamus, editurus.

Sed commoda hîc denuò *M. Iohannis Brunsmanni*, (super. an. 1698. p. 116. nobis dicti) suboritur mentio. Is an. 1637. d. 3. Oct. *Nidrosiæ* in Norvegia (Patre *Bernhardo Brunsmanno*, Assessore Capituli & Oeconomo, ac *Ptochotrophii Nidrosensis Pastore*) na-

tus, in Academiâ Upsalienfi & Hafnienfi literis incubuit, primùm-  
que per novennium Scholæ Herlovianæ in Selandiâ Rector, dein-  
de verò ab an. 1679. Gerontocomii, Pædotrophii & Nosocomii Haf-  
nienfis Pastor fuit, quorum officiorum parte adhuc hodie fungitur.  
Scripta, quæ Latino idiomate edidit, sunt sequentia:

*Observationes miscellaneæ*, Hafn. 1664. in 8.

*De Proprietate verborum*. Ibidem, 1668. in 8.

*Monogamia*. Francofurti, 1679. in 8.

*Leges concludendi*. Francof. 1679. in 8.

*Particula Adverbiorum & Mæte funeratum*. Francof. 1680. in 8.

*Epistolæ duæ adversariæ D. Nicolai Stenonii & Joh. Brunsmanni*,  
Francof. 1680. in 8.

*De Ceto Ionæ*, Dissertatio, quâ eum verum fuisse Cetum osten-  
ditur. Ienæ, 1686. in 8.

*Gratia Naturæ interpres*, sive *Christophori Wittichii Consensus*  
*veritatus refutatus*, Francof. 1687. in 8.

*Specimen Errorum Antonii Varillasii*, Danicâ in *Historicâ*.  
Hafn. 1689. in 8.

*Propositiones de propinquo Papatus interitu*, Hafn. 1690. in 8.

*Hendecas Dissertationum*. Hafn. 1693. in 4.

*Apologia Ecclesiæ Lutheranae circa amoris divini necessitatem*, con-  
tra *Bosuetum*, Episcopum Meldensem. Hafn. 1694. in 8.

*Energumeni Coagienses*, Lugd. Bat. 1693. in 12. & cum Auctario  
de *D. Beckero*, Lipsiæ, 1695. in 12.

*Ignoti Philalethis Trias Schediasmatum Apocalypticorum*, Hafn.  
1695. in 8.

*Ignoti Philalethis Phosphorus Apocalypticus*. Hafn. 1696. in 8.

*Ignoti Philalethis Schediasm. Apocal. lib. 3.* Hafn. 1697. in 8.

Inedita Latina sunt:

*Diei exordium & exodium* sive Dissertatio de die civili & natura-  
li, nec non diei civilis quadruplici exordio, à mane, à vesperâ, à  
mediâ die, & mediâ nocte: quibusque potissimum gentibus ea di-  
ei exordia usitata aut fuerint aut adhuc existant.

Collecta quædam Testimoniorum, ex genuinis Lutheranae Ec-  
clesiæ Doctoribus super *Tolerantia Reformatorum*.

*Theologiæ Didacticæ elementa*; juxta *Brochmanni* aliorumque methodum.

De *Horâ Crucifixionis Christi* Dissertatio; in quâ Servatorem nostrum horâ ante meridiem *tertiâ* Judaicâ, sive Europæa *nona*, cruci esse affixum, latè ostenditur, & dissentientium contrariæ objectiones dissolvuntur. (25. circiter plag.)

*Commentarius Apocalypticus*, juxta Period. temporumq; ordinem.

De *Regno Papatus ante finem mundi corruturo* Dissertatio; in quâ id certò fore ostenditur, contrariaque dissolvuntur argumenta.

De *Millenario Apocalypitico* Dissertatio; in quâ illud initio Reformationis incepisse, & circiter annum 1600. desisse, annosque mille, ex quibus constat, *menstruos* duntaxat esse, docetur.

*Polygamia triumphata*, sive Monogamiæ victricis adversus *Athanasii Vincentii* (vel verius *Iohannis Lyseri*) Polygamiam triumphatricem vindiciæ.

De *annis Ministerii Christi* Dissertatio; quâ Christum æræ Christianæ 33.<sup>uo</sup> mortuum esse ostenditur, & veros anni emortualis Christi characteres in nullum alium quadrare annum, ex eâque occasione *Antonii Pagi* Critica in Baronium, aliorumque dicentium, annos regnantis Tiberii ante mortem Augusti incepisse, sententia latè refutatur.

De *quartâ apud Dan. cap. 7. Bestiæ decem cornibus* Dissertatio; in quâ ostenditur, ea 10. cornua esse veteris Romani Imperii decem circiter potiores partes, vel regnantes vel regno sufficientes provinciæ.

De *tribus præcipuis Christianæ Ecclesiæ Persecutionibus*, nempe sub Romano Imperio Ethnico, sub Papatu, & sub Mahomeranis Principibus, Dissertatio, in quâ persecutionem sub Papatu cæteris duabus longè graviolem fuisse ostenditur.

De *Ordine Creationis* Dissertatio, quid quâque primi hexaëmeri die creatum sit, demonstrans.

De *Rakia*, (רקיע) sive secundi in hexaëmero primo diei *Expanso*, Dissertatio, Cælum propriè dictum id fuisse ostendens, & in quò die quarto Sol, Luna & cæteræ stellæ sunt locatæ.

De *humanis in Codicum sacrorum syntagmate accessionibus* Dissertatio.

*Leges concludendi, editis multò auctiores* (Reperiuntur in Bibliotheca *Resenii* Ac. Hafn.)

*Index omnium vocum Græcarum in Phocylide, nec non aureis Pythagoræ carminibus.* (In eâdem invenitur Bibliothecâ.)

*Supplementum Fori Romani.* (In Bibliothecâ Collegii Medicæi vel *Borrighiani.*)

*Annotationes in Bangii minorem Grammaticam Latinam, in quæis ex lectione auctorum partim dubia firmantur, partim erronea emendantur, partim deniqve deficientia suppletur.* (In eodem *Borrighiano* Collegio.)

Quæ sequuntur scripta magis affecta sunt,  
quam perfecta:

*Theatrum Waldensium & Albigensum, sive de Waldensibus & Albigenibus Christianis, à Romana Ecclesia persecutionem passis, Dissertatio; quâ eos multò meliores, quàm Romana Ecclesia, ostenditur fuisse Christianos.*

*De Romanæ Ecclesiæ Corruptione inde à seculo usque V. Dissertatio.*

*De Christi juxta Carnem Omnipræsentiâ, Dissertatio.*

*De hodiernâ Accentuum in Codice Hebr. arte distinctivâ Dissertatio, contra Vasmuthum & ejus sectatores.*

*Correctio Calendarii.*

*Necessitas amoris Divini.*

Inter *Danica* Auctoris hujus scripta, quæ edita sunt, hæc potiora existunt:

*Malum Domesticum Coagense, s. Energumeni Coagienses, tribus vicibus impress. (Rieger Nuusfors) in 12.*

*Historia Francisci Spira, ex potioribus, qui de eò scripserunt, collecta, in ordinem digesta, & à Papistarum, Syncretistarumque nonnullorum objectionibus vindicata. 1698. in 8.*

*Calendarium perpetuum, in quò præter alia Calendarii quoque Gregoriani futilitas latè demonstratur. Hafn. 1688. in 8.*

*Hymnorum novorum Danicorum liber. 1687. in 8.*

Reliqua Auctoris scripta *Danica*, nonnullorum duntaxat librorum Germanicorum translationes sunt, ut: *Kegeli* meditationum, *Arndiani* Hortuli Paradisi, & *Martini Mølleri* meditationum de præparatione ad mortem.

## AARHVSII CIMBRORVM

Die 23. Ianuarii hujus anni 1699. *M. Hilarius Jacobi Eilertz*,  
 Assessor in Collegio Consistoriali, munus Lectoris Theologiæ ad  
 eadem Cathedralẽ, cui per 13. annos præfuit, publicè deposuit,  
 locumqve fecit *Iacobo Lodbergio*, B. Doct. *Christiani Lodbergii*,  
 Episcopi Ripensis, filio primogenito, designato Professo-  
 ri Theol. in Academia Hafniensi, (ceu mense præced. p.  
 23. diximus) : qui præter ibidem memoratam) Dissertationem  
 de *Valentino & Valentinianis*, Hafniæ an. 1695. habitam  
 (10. plag. in 4.) jam ante susceptam ad exteros, Belgas præcipuè &  
 Britannos, peregrinationem, in eadem Academiâ an. 1690. sub præ-  
 sidio D. *Hæd. Gothofr. Masii*, de *Iure Communionis sub una*, contra *Bos-*  
*suetum* disputavit, (11. plag. in 4.) adeoque præclaram publico de se  
 concitavit expectationem.

## KILONII

*Præfens Academia Kiloniensis facies:*

## I.

*Theologiam* profitentur:

*Christophorus Franck*, SS. Theol. D. & Prof. P. Primarius, nec  
 non Procancellarius Academiæ.

*Henricus Opius*, SS. Theol. D. & Prof. P. Ordinarius.

*Henricus Mublius*, Superintendens per Ducatum Slesvico-  
 Holsticum Generalis, Concionator Aulicus supremus, & Præpositus,  
 simulqve Theologiæ Prof. Ord.

## II.

*Iuris prudentiam* docent:

*Nicolaus Martini*, IC. & Antecessor Primarius.

*Samuel Reyher*, I. V. D. & Codicis Prof. Ord.

*Simon Henricus Musæus*, I. V. D. ac Institutionum, nec non  
 Juris Nat. & Gent. Prof. Ord.

## III.

*Medicinam* tradunt:

*Guntberus Christophorus Schelhammerus*, Med. D. & Prof. Ord.

*Wilhelmus Huldericus Waldschmidt*, Med. D. & Prof. Ord.

## IV.


Philosophi sunt:

*Samuel Reyher*, D. (de quò supra) Mathematicum Prof. Ord.*Nicolaus Martini*, D. (quem etiam diximus) Philos. Civ. Prof. Ord.*Iohannes Ludovicus Hannemann*, Med. D. & Philosophiæ Naturalis Prof. Ord.*Iohannes Clausen*, Metaph. & Log. Prof. Ord.*Georgius Pasch*, Philos. Moralis Prof. Ord.*Henricus Muhlus*, (supra memoratus) Græcæ ac Orient. Lingg. nec non Homiletices & Poët. Prof. Ord.*Iohannes Burchardus Majus*, Eloqv. & Histor. Prof. Ord.*Nicolaus Moller*, Histor. Ecclef. & Antiq. Prof. P.*Wilhelmus Huldericus Waldschmidt* D. (antea dictus) Philosophiæ Experimentalis, Prof. Ord.*Bernhardus Matthias Franck*, Med. D. Prof. P.

## LVBECAE

Die 15. Ianuarii vivis ereptus est *Lucas Stein*, Med. D. & Practicus! Is lucem vidit Lubecæ an. 1664. d. 16. Februarii, patre *Luca Stein* Templi S. Iacobi Archidiac. & postquã in Lycéo patria literis imbutus fuit, Kilonii Medicinæ operam dedit, ubi sub præsidio *D. Ioh. Danielis Majoris*, an. 1686. de  $\alpha\sigma\mu\omicron\delta\epsilon\lambda\epsilon\sigma\iota$  *Satanica* ex Matth. IV, 8. disputavit. Inde alias Germaniæ Academiis, Helmstadium, Lipsiam, Jenam, &c. invisit, & fœderatum Belgium studiorum causa petiit, ubi an. 1692. Trajecti ad Rhenum, præviã Disputatione Inaugurali de *Dysenteriã*, supremis in Medicina honoribus, ac Doctoris titulo ornatus est. Hinc lustratã Britannia in patriam redux, agris suam commodavit operã, & nuper ad conjugium animũ adjiciens, Virginem quidẽ primariã, Mercatorii ordinis, sibi matrimonio copulavit; verum, ut mortalium res lubricæ admodum & incertæ sunt, sex nondum septimanis elapsis & thorum maritalem & vitæ hujus scenam deseruit.

*J. G. J. C. Solutio Problematis Physico-Mechanici, ab ipso  
Philexoticis natura & artis ante annum  
mens. Febr. p. 32. propositi.*



Detur Tubus Cylindricus *AE*, divisus in 4. partes æquales, ut *AB*, *BC*, *CD*, *DE*. Educatur ex parte postica secundum præscripta artis materia tertii elementi, quæ post globum versatur, (quod quando ex voto præstitum sit, ejusdem diagnosis sponte manifestabit). Concesso tunc aditu & aperto foramine, mox effectus testabitur de suâ causâ; aer enim externus deorsum ruens atque descendens versus centrum telluris aerem Cylindri foramini elliptico subjectum in Cylindrum coget, & pulveris pyrii instar globum ex tubo ad scopum suum propellet. Pro globo autem notandum (1) quod incumbere debeat orbiculo concavo; aer enim hoc modo majore vi & efficacîâ in globum agere potest, nam præstat semper impulsus, qui in medio ac centro cujusdam corporis fit. (2) Globus fortiter in tubum adigendus, ne aer externus aditum ex Cylindro aereo in Cylindrum evacuatum quærere valeat: sic etiam sequitur major effectus in globum & impulsu aeris in Cylindri foramen ellipticum immisî: teste experientia in tormentis bellicis, quorum globus si tam arcte claudat tormentum, ut non nisi a duobus vel tribus granis pulveris pyrii moveri queat, tunc accelerato ejusdem motu majus spatium percurreret, quam si haud fortiter in tubum esset adactus. (3) Satius videtur, si locus globo assignetur in *D*, quam in *F*, vel in *C*. Quo enim longior cæteris paribus erit Cylindrus, seu ejusdem spatium aere exhaustum, eo major erit pressio seu vis intrantis aeris externi, & consequenter eò efficacior explosio; Quæ cum haud difficilis sit conceptu, non opus erit ad trutinam & libram eam expendere. Dico inde, sicut *B, D*, est ad *D, E*; Et uti *B, C*, vel *B, F*, ad *C, E*, vel *F, E*. ea quoque proportio erit inter explosionem, quæ fit in *D* vel in *C* vel in *F*. De certitudine effectus quem promittit nostrum Scopetum, si non aliunde constaret, ex variis Experimentis a vi aeris desumptis concluditur. Inter tot, ut brevitati consulam, unum vel alterum indicasse sufficiat. (1) Imple vitrum incurvum aquâ, si hîc superficies fluidi horizonti parallela contra legem fluidorum corporum inæqualiter prematur, parte magis pressâ

expelletur ea, quæ minus premitur, &c. De quibus aliqua apud *Archimedes* libro *περὶ τῶν ὀχρμένων*. (2) Si duo Hemisphæria invicem jungantur atque ducto aere foramen aperiatur, in illud cum violentia irruet aer, atque in obvia corpora vires suas exeret: Quos ex parte descripsit Vir Illustris *Otto a Gverike* in Exper. Magdeburg. l. 3. c. 3. *Aperto Epistomio, inquit, aer tantâ vi irrumpebat in globum cupreum, ut vel hominem ex opposito stantem quasi ad se rapere videretur. Admoventi os satis eminus impediabatur respiratio, nec sine periculo quisquam manum super epistomio extendere poterat, ne cum vehementiâ attraheret.* (3.) Si ex Sphæra vitreâ aer educatur per antliam & postea immittatur aquæ, hæc cum stridore ac vehementia illam irruet, sique sphæræ tubum inferas per illum ascendet aqua in modum fontis: ut & (4) si Tubo globum immittas, aqua hunc sursum coget; certo argumento ducto a minori ad majus, quod aer externus in Sclopetum Pneumaticum simili effectu operetur, & quamprimum spatium ejus vacuum intraverit, motu deorsum globum ejiciat. *Corollarii* loco tene, quod idem effectus sperandus, sive Experimentum cum tubo Cylindrico instituat circa tellurem, vel in profundissimis terræ cavitatibus, vel altissimis montium cacuminibus: Quamquam enim atmosphæræ gravitas, consequenter quoque aeris pressio vel major vel minor detur, prout in cavernis profundius descendas, vel in montibus altius assurgas; attamen licet in totâ atmosphæræ massâ hæc differentia gravitatis notabilis admodum sit, in ratione tamen ad illud spatium, quo aer ductus, vix percipitur: Observante enim *Vallisio* maxima altitudinis differentia in pede cubico fuit digitorum, & adeo vix confecit circiter  $\frac{1}{3}$  totius gravitatis. Atque hæc pro theorica veritate Experimentis ἀπὸ μηχανῆς & per ἐμπειρίαν Philosophis sufficiant, reliqua enim cujusvis peritia ac dexteritas gratis supplebit: Nos autem alio loco, quo de explicandis & augendis Experimentis Magdeburgicis *Gverikii* agetur, altius forsân hoc argumentum repetituri.

Mense Octobri superioris anni 1698. p. 192. lin. 19. legendum est:

$$\frac{2\text{ } \cancel{f}e}{4} \quad \frac{\cancel{f}e^4}{f_i \text{ } \cancel{2f}e^4}$$

☉(O)☉

# NOVA LITERARIA

## MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

*Edita Mense Martio M DC XCIX.*

### ROSTOCHII

**P**ræside *Johanne Nicolao Qvistorpio*, SS. Theol. D. & Prof. P. Past. ad S. Nicol. & R. Min. Directore, nec non Facultatis suæ h. t. Decano, *M. Dietericus Schröder* Wismarientis, d. 4. Februarii, *Collegii Disputatorii*, *Theses ex universa Theologia selectas exhibentis*, Disputationem sextam habuit; quæ agit de *Illuminatione*, & Corollaria Disputationis de *Heresi*, Halis Sax. an. 1697. d. 20. Nov. à *M. Joh. Gvil. à Lith*, sub præsidio *D. Breithauptii*, defensæ, examinatur. (1½. plag. in 4.)

Die 3. II. & 18. Februarii sub præsidio *Johannis Joachimi Schœpfferi*, I. V. D. & Prof. P. Com. Palat. Cæs. ac Consistorii Ducalis Assessoris, *Exercitationes Disputatorias*, d. 10. Sept. superioris anni inceptas (vid. N. L. 1698. p. 173.) absolverunt, thesesque maximè controversas ex *ultimis octo Digestorum Libris* ventilârunt: *Iacobus Henricus Zerneke*, Thorunensis Prussus, *Erdmannus Sigismundus Bartholdi*, Francof. Marchicus, & *Balthasar Schmalz*, Stargard. Pomeranus. (1½. plag. in 4.)

Die 13. Februar. in locum Consulis *Dieterici VValthrath*, cujus obitum superiori anno 1698. mense Octob. p. 173. memoravimus, novus Consul electus est *Iacobus Dieseler*, hactenus Senator, & Casæ Provincialis Secretarius.

Die 14. Februarii *M. Henricus Becker*, Rostochiensis, Ecclesiæ patriæ S. Jacobi hactenus Archidiaconus, ad officium *Pastoris* ejusdem Templi fuit promotus, inq; eo munere *B. D. Samueli Starkio* successit, quod olim quoque pater ipsius *M. Hermannus Becker*, egregiâ pietatis, facundiæ, & vitæ exemplaris laude gessit, simulque inferiorum *Mathematum* Professor extitit.

Die 19. Februarii *Matthias Stein* / I. V. D. & Cod. Prof. P. h.

t. Academiae Rector, *Programma* publicè proposuit, quò Salvatoris nostri Passionem & Mortem piis Civium Academicorum meditationibus substernere, eosque à comestationibus & heluationibus Bacchanalium dehortari voluit. (1. plag. in 4.)

Die 22. Febr. in locum *D. Francisci Wolffii*, Stralsundensis, Pastoris quondam & Professoris Rostochiensis, jam verò apud Hamburgenses ad *D. Nicol. Passoris*, *M. Georgius Niehenck*, Lunenburgensis, antehac Scholæ Rostoch. Confector, postea Rector, deinde Diaconus Petrinus, & tandem Pastor, jam septuagenarius successit, ac *Pastoratum Ecclesiae S. Mariae* obtinuit.

Die 23. Februarii *Albertus Ioachimus Krævetz*, Eqves Mecklenburgicus, ac SS. Theol. Candidatus, (cujus anno superiori 98. p. 52. & 198. mentionem fecimus) B. Proavi sui *Bartholdi Krævetzii*, SS. Th. Doctoris, ejusdemque in Acad. Gryphisvald. Professoris, nec non Generalis Pomeraniae Ecclesiarum Superintendentis, vestigia lecturus, rarò admodum inter Nobiles & Eqvestris dignitatis homines exemplò, ad supremos Honores Theologicos aspirans, sub Præsidio paullò antè laudati *D. Iohannis Nicolai Quistorpii*, pro Licentia primi in Theologià gradùs privilegia & honores impetrandi, disputationem inauguralem habuit, de *non sperandà extra Ecclesiam Lutheranam Salute*; & Capite 1. Occasionem hujus Disputationis enarravit, quam ipsi non tam maledica Pontificiorum, varia in Ecclesiam nostram convitia fundentium, lingua suppeditavit, quam potius viperina illa (ceu loqui amat) hodiernorum Sanctulorum progenies, quæ præ ceteris gloriam pietatis affectat, impiis verò suis diceriis & conatibus animum à verà pietate alienissimum abundè prodit, &c. Cap. 2. explicavit Terminos in titulo Disputationis occurrentes, & simul Doctrinam de Ecclesia, quatenus suo proposito inservire potest, pertractavit. Capite 3. denique invictis argumentis assertum suum probavit. (5. plag. in 4.)

Die 24. Februar. *D. Matthia* sacro, sex novi *Senatores* electi sunt, quos inter eminent: *Henricus Conovius*, I. V. D. & *Iohannes Ioachimus Beselinus*, I. V. L. Rostochiensis.

Die 25. Februarii *Andreas Daniel Habichhorst*, SS. Th. D. ejusdemque Prof. P. Facult. suæ Senior, ac Seren. Duc. Mecklenb. Consiliarius Consistorialis, Dissertationem Patrificio-Theologicam, de *Peccato Originis*, (quæ ex ipsius Juris Canonici monumentis passim latitantibus, & contra Papatum proprio Canonum gladio jugulandum fortiter militantibus, inter alia ostenditur, *B. Virginem Mariam ab eodem non fuisse immunem*) ad  $\sigma\upsilon\lambda\lambda\eta\tau\iota\sigma\iota\upsilon$  Academicam proposuit, Respondente *Francisco Bredovv*, Berolinensi, quem præcedenti mens. Januar. p. 3. memoravimus. Tribus hæc Dissertatio Thesis, nervosè enucleatis & assertis, constat, quarum prima ita habet: *Subiectum Peccati Originis omnes sunt homines. post lapsum Adæ secundum naturam propagati, ita ut nec B. Virgo, Domini nostri mater, excipiat.* Secunda Thesis est: *Prava Concupiscentia, cum quæ omnes homines secundum naturam propagati nascuntur, peccatum est verè proprièque dictum,* Tertia denique Thesis his verbis enunciatur: *Peccatum hoc Originis suâ naturâ proximè efficit damnationem; est remotè æternam homini mortem asserit, nisi fuerit ordinariè in Baptismo remissum.* (1 $\frac{1}{2}$ . plag. in 4.)

## GRYPHISWALDIAE

Præcedenti mens. Febr. p. 37. sq. præsentem Academiæ Gryphisvvaldentis faciem exhibuimus: at illa (ut mundana omnia sunt inconstantia ac rarò perennant) jam mutata est, postquam nuper admodum, eodem mens. Februario, *M. Benjamin Pogerne*, Logices ac Metaphysices Professor, in vivis esse desiit. Natus fuit is Sedini Pomeranorum, an. 1665. d. 22. Aprilis, patre *Daniele Pogerne* supremo rerum censualium & vectigalium per Pomeraniam Regiam Inspectore, ac in Scholâ primùm patriâ, nec non privatâ *Henrici Reineccii*, Ecclesiastæ Petrini, institutione literis imbutus, Lycæum *Lubecense* petiit, habitâque ibidem, post triennium diligenter & cum laude exactum, speciminis Scholastici loco, sub Persona *Lutheri*, Oratione de *Oratore sacro Perfecto*, an. 1685. in Academiâ *VVittebergensem* se contulit. Hic Philolephicis & Theologicis studiis se rotum consecravit, ac indefesse à celeberrimorum Doctorum ore pendens, inprimis magni nominis Theologo, D.

*Ioh. Frid. Mayo*, dignus visus fuit, qvi filiis studiorum morumqve moderator præficereur. Licet etiam à Cl. *Schurtzfleischio* sollicitatus fuerit, ut doctis quorundam è Sveviâ Comitum peregrinationibus præffet, maluit tamen stu diis Academicis adhuc diutius inhære, quàm ab iis tam maturè avelli, quapropter Disputationem Theologicam solennem, de *sacris studiis non deserendis*, proprio Marte conscriptam, defendit, ac an. 1687. Lauream Philosophicam obtinuit. *Lipsiam* inde & *Helmstadium* adiit, nec non *Hamburgum*, ob magnam Literatorum copiam, Academix instar merito reputans, Mularum suarum sedem destinavit, ut ibi instructissimâ laudati *D. Mayeri*, amantissimi Hospitis, & Fautoris incomparabilis, Bibliothecâ frui, eodemqve præeunte studium Theologicum prosequi posset. Sed & *Kiloniensem* non neglexit Academiam, ubi binas Disputationes Theologicas, alteram de quæstione: *utrum pro veritate Religionis sacramento aliquo sit contendendum?* alteram de *variis inqve selectis Positionibus Theologicis*, Auctor & Respondens habuit. Ad *Rintelensem* quoque Academiam excurrit, & inde redux Augustissimi Potentissimiqve Sveciæ Regis CAROLI XI. gratiâ, per ipsius Proregem *Bielkium*, in locum B. Licent. *Remlingii* an. 1691. *Professor Logices ac Metaphysices* in Academiâ *Gryphiswaldensi* fuit constitutus, quàm Spartam d. 17. Aug. Oratione inaugurali de *Logicâ & Metaphysicâ*, nec *Elegantiarum quidem Studio aspèrnanâ disciplinis*, auspiciatus est, & hæctenus per septennium, & quod excurrit, tam docendo, quàm disputando egregiè ornavit.

Quod reliquum est, cœlibem quidem vitam duxit, at tamen fœtus ingenii ipsius, partim editi, partim affecti, nobis innotuerunt sequentes:

*Logica Sacra, de diversis Novi Testamenti Locis* (scil. Act. II, 15. & XXVI. Rom. IV. & X, 18. 1. Cor. XV, 12-33. Hebr. I, 4. 1. Ioh. I, 1. Apoc. XIX, 10.) *vestigata.*

*Mens humana à Cogitativismo Cartesiano vindicata.*

*Catechismus Ideasticus.* i. e. brevis & perspicua enarratio Doctrinæ de *Ideis*, quidqve illa Encyclopædiæ conferat.

*Osculum divinæ Præscientiæ & Bonitatis*, liberum quoddam in hominibus arbitrium & rerum contingentiam firmans.

*Individa substituta, eorumdemque natura & usus.*

*De Entitate & Entitatulâ.*

*Nestorius imperitus Disputator, quod, concessis præmissis Conclusionem negaret.*

*Epiphaniî Solacismus Logicus, in Divisione Hæresium Panatii commissus.*

*Philosophaster, operosè nugans, & obscuræ diligentæ reus.*

*Philosophia pro Tribunali sedens, & Philologiam judicans.*

*Licentia Philosophorum τῆ ἐνομοτοποισίῃ, ac civitatem No-minibus dandi.*

*Logica Medico atque Historico operæ pretium reddens.*

*Diogenes instantiarum Architectus, in exemplum felicitis catenus Disputationis propositus.*

*Christiani quasi Pythagoréi.*

*M. Brandanus Henricus Gebhardi, Sanctæ Lingvæ Professor P. suæque Facultatis h. t. Decanus, d. 28. Februarii Disputationem primam, מונת מון seu Munimini Fidei R. Isaaci Ben Abraham, Novum Testamentum oppugnanti, oppositam, habuit, Respondente Petro Eshöppidy, Cryna Anclamentli. (3½. plag. in 4.) Scripsit scilicet Rabbi Isaac Ben Abraham Hebræo idiomate circa medium superioris sæculi tetrum ac blasphemum librum adversus Christianos, quem מונת מון Munimen Fidei vocat. Hic, cum antehac inter solos Judæos celebritatem haberet, à quibus etiam in lingvam Hispanicam fuit conversus, anno 1681. à Celeb. V. D. Ioh. Christoph. VVagenseilio latinitate donatus ac publici juris factus est. Dividitur in duas partes, quarum alterâ 50. Objectiones Christianorum considerantur, alterâ verò 100. N. T. loca urgentur in Christianos. Cum itaque, censente VVagenseilio, vehementur dignum sit hoc Munimentum, in cujus disturbance-nem Christiani nervos intendamus nostros, quandoquidem non extat aliud Judæorum in hõc infelici argumentò scriptum, quod magis eos in erroribus suis confirmet, agnitionemque veritatis impediât; Cl. Disputationis hujus Auctor illud meritò aggredi, inversòque refutationis ordine, à dictis Novi Testamenti vindicandis*

initium facere voluit. Postquam igitur in Prooemio Judæum cavillantem, Marcum & Lucam Apostolos non fuisse testes *ἀποστόλους* eorum, quæ scripserunt, sed diu post mortem IESU vixisse, item, verba Scriptorum N. T. in plerisque locis non consentire cum verbis Prophetarum, refutavit; Locus Matth. I, v. 15. 16. 22. 25. II, 14. 16. 23. & IV, 1-7. ab Objectionibus & convitiis Apellæ vindicat.

## REGIOMONTI

Die 5. Febr. anni currentis 1699. *M. Michaël Schreiber*, Eloqv. Prof. P. Ord. & Bibliothecarius Wallenrodianus, (de quò an. super. 1698. p. 132.) Respondente *Iohanne Lindenblad*, Bartenst. Pruss. disputavit de *Imperio Mariti in Vxorem*. (3. plag. in 4.)

Præses hic an. 1691. d. 20. Aprilis Eloqvientiæ Professor constitutus (eodemque prius anno Jenæ in Magistrum promotus) pro Receptione in Facultatem Philosophicam Regiomont. *Theses, locum Aristotelis lib. 3. Rhet. c. 7. de eo, quod in Elocutione τὸ πρῶτον dicitur, illustrantes*, proposuit, Respondente *Iohanne Tilefio*. Gold. Pr.

Paulò post pro Loco obtinendæ Professionis Eloqv. disputavit de *Argumentis Affectuum in genere*, Respondente *Henrico Tilefio*. Porro de eo, quod in Eloqventiâ Divinum est, Respondente *Christiano Zetzke*, Regiom. Pruss. 1696. Proposuit etiam *Theses ex universâ Ethicâ*, Respondente & Auctore *Iohanne Wolke*, Regiom. Pruss. nec non *Theses ex universâ Politicâ*, Respondente & Auctore *Theodoro Wolke*, Regiom. Pruss. 1696.

Die 17. Februarii *Petrus Schwenner*, Regiom. Prussus, (cujus an. super. 1698. p. 132. mentionem fecimus) pro Licentia summus in utroque Jure honores ritè capeslendi, secundum statuta sine Præside disputavit de *Jure Pœnitentiæ*, & Cap. 1. Ius Pœnitentiæ circa Personas; Cap. 2. circa actus in vivos; ac Cap. 3. circa ultimas voluntates, examinavit. Quâ Disputatione finitâ, dictus Candidatus à *Theodoro Pauli*, I. V. D. & Prof. Primario, Seren. Elect. Brandenb. Consiliario, & Judicii Aulici rerum Criminalium Præside, nec non Facultatis suæ Decano, in superiorem Cathedram vocatus & in *Licentiatum utriusque Juris* fuit promotus.

Die 23. Februar. *M. Henricus Liedert*, Regiom. Prussus, (an-  
1696. d. 30. Januar. Ienæ in Magistrum promotus) pro Receptione  
in Facultatem Philosophicam Regiom. disputavit de *Talmudis uti-*  
*litate*, Respondente *Vladulao Henrico Gensichen*, Tapiav. Cremitt.  
Pruslo. (5. pag. in 4.)

Ex CVRLANDIA

*Synodi speciales*, jam superiori sæculò, cùm Provincia hæc in  
Ducatum erigeretur, providò majorum consiliò institutæ, & de-  
nuò auspiciis hodierni Superintendentis Mitaviensis, *M. Iohannis*  
*Adolphi Holtenbagen*, an. 1697. restaurari coeptæ, per singulas  
Ducatûs hujus Præposituras, quarum numero septem sunt, concio-  
nando, disputando, ac de rebus Ecclesiasticis conferendo, strenuè  
continuatur.

RIGAE

Superiori anno 1698. *M. Adrianus Preußmann* Rigenfis, ad  
munus *Reſtoris Gymnafii Regii* Rigenfis (quod abitu suo in Acade-  
miam Dorpatensem vacuum fecerat *M. Ioh. Vppendorffius*) vocatus  
est. Literis is incubuit in Lycèò patriò, & in Kiloniensi ac Gies-  
senfi Academiâ, quæ postrema illum quoque an. 1695. de *Clave Co-*  
*gnitionis*, Præside *D. Ioh. Henrico Majo*, &c. nec non, postquam anno se-  
quenti 96. *Magistri* titulo ornatus fuit, de *Fonibus Salutis*, ad *Loc.*  
*Eſai. XII, 3.* pro Licentiâ aperiendi Scholas, publicèque præsidendi,  
disputantem audivit. De *Rigâ Literatâ*, anno 1698. Calendis Iu-  
lii ab ipso exhibitâ (quam brevi iterata editio sequetur) super. an.  
mense Aug. p. 136. diximus.

Apud Ioh. Georgium Wilcken, Typographum Regium, typis  
exſcribitur *Grammatica Eſthonica*, cujus auctor est *Andreas*  
*Horniok*, Pastor Curolensis, haud procul Dorpato, qui unâ cum  
*Adriano Virginio*, Pastore Odenpeensi, de lingvâ atque libris E-  
ſthoniensibus egregiè meruit.

DORPATI

In locum paullò antè dicti *B. M. Iohannis Vppendorffii*, (cujus  
obitum superiori anno 1698. mense Octob. p. 183. sq. recensuimus)  
*M. Daniel Eberhard*, Strelitz. Mecklenburgicus, (è Conrectore  
Re-

Regii Licēi Rigenfis, hactenus ab an. 1694. Eccleſiaſtes Dorpatenſis ad D. Ioh.) *Profeſſor Græcæ & Orientalium Lingvarum* conſtitutus eſt.

## VPSALIAE

*Olaus Hermelin*, Wermelandus, in Academiâ Dorpatenſi hactenus ab an. 1689. Eloquentiæ, & ab an. 1695. Juris Profeſſor, Civi ſuo B. M. *Petro Lagerlöf*, (cujus mortem præcedenti menſe Februar. p. 43. memoravimus) in munere *Hiſtoriographi Regii* ſucceſſit.

## MALMOGIAE

*Johannis Jacobi Döbelii*, Med. D. ac *Ducatus Scaniae Medici Provincialis*, *Obſervatio Phyſica de Salis Gemmae gravitate in - & extra fo-*  
*dinas.*

Ex omnibus, quæ ex Sale gemmæ forma panis Cracoviensis, Roſarii, Cunarum, Clepsydræ, ac Libri, exſculpta è ſalifodinarum quædam attuli, Clepsydræ & Librum retinui, illamque aliquot annos in mente poſtam conſpexi, eâ potiſſimum intentione, quâ olim ſelecta vel in Sympoſiis circumlata fuiſſe leguntur. Sed verò poſtquam ob aëris vicifſitudinem, cum libro clepsydræ fornaci repositoſitorio proximo exſiccandam imponerem, eò ipſo, quo mortalitatis monebar, tempore, domesticarum quædam januam impetuoſè nimis claudens, heu infelici motu piarum meditationum invitamentum loco ſuò in minutifſimas dejecit particulas. Quapropter ſtupore magis quam irâ permotus in ſeriâ mortis meditatione religioſè detinebar, donec diſcuſſis, quas humana imbecillitas ſibi inaniter ſapè fingit vaticinationibus, vel potiùs vanitatibus, ad ſe rediret mens, atque intelligeret, vel ſuò lapſu uſui eſſe poſſe clepsydræ, præprimis, cum liber ſuperſtes illud tractandum ſignificaverit, quod paſſim in Eruditorum ſcriptis de Sale gemmæ fuit traditum. Ex illis enim diu jam fuit creditum, quod Sal gemmæ, quamdiu ſub terra eſt, minus ponderis habeat; ſupra verò gravior ſit, partim ob aëris ſubterranei denſitatem, in quo Sal ſicuti lapis intra aquam facilius movetur: partim ob aëris recentis affluſum, quò effluſus Sal rigefcit, ac compactior & gravior redditur, quæm

quemadmodum P. *Adalbertus Tylkovski* docet in *M. A. N. C. Dec. I. an. II. in append. ad Obs. LXXVIII.* & *Celeberr. D. Ertmüll. in Schrödero dilucidato, part. I. c. XXII.* atque novissime studiosissimus *Dn. D. Roschwitz* in der vollständigen *Apothek/lib. III. c. XXII.* hisce verbis: Dabey ist zu merken / daß das *Stein-Salz* in der Erde leicht ist/wenn man es aber an die Luft leget/ so wird es schwer/ also/ daß dasjenige / was ein Mann in der Erde hat bewegen können / von sich außerhalb nicht fortgebracht werden kan. Hac *Physicorum* traditione motus *Varfaviâ* olim *Cracoviam* perrexi, atque experimenta nonnulla institui, quæ cum *Salariorum* relatione, aliisque argumentis conjuncta illam sententiam de gravitate & levitate *Salis* sub & supra terram si non vanam, minimum tamen dubiam reddunt. Itaque ponderavi *Cracoviæ* I. *Salis* fragmentum, quod in fodina ejusdem erat ponderis. II. Sumpsi ex *Sulphure* & *Cinnabari* paratam massam, cujus quantitas in & extra fodinas pariter erat eadem. III. Utrumque ex fodinâ receptum in *Dn. Bourgunni* *Civis Vilitcensis* ædibus probavi, absque ulla quantitatibus immutatione. IV. In fodinâ duo *Salis* frustra ponderibus examinavi, quæ extra eandem & *Vilitcii*, & *Cracoviæ*, postquam ab aëre riguerant, suo pondere cum priori examine æquivalebant. Rogatus insuper instrigator quidam (ita enim certum officialium genus vocatur) an *Sal* in fodinis levior esset, quam extra easdem, respondebat: Nunquam id ipsum sumus experti; interim tamen mecum deinde observare poteris, quod rustici è fodina extracti, omnem in crumenas & sacculos reconditum abjiciant salem, quod illum non nisi numerato aere retinere debeant. Qui ergo aut clanculum aliquid suffurari nequeunt, aut pretio sibi salem comparare detrectant, se vix pares esse oneri, extra fodinam ferendo, quod antea levissimum erat, jocosè regerunt. Rationes in *M. A. N. C. à P. Tylkovski* redditas hisce positis vix operæ pretium erit expendere. Sufficiat, argumentum hocce tetigisse, quò *Mercurius Polonicus* eò paratior hujus phænomeni suppeditare dignetur certitudinem. Tertii interim partes *Celeberrimus Hartmannus*, nunquam nisi devotâ mente memorandus, explebit, qui in responso quodam ad me *Regiomonto* transmissio hisce usus est verbis:

Wegen der Relation von denen Salifodinis Viltensibus bedauere mich / und ist mir absonderlich lieb / daß man accurate Proben angestellet von dem Gewichte / weils durch dergleichen rumores vulgi gelehrte Leute betrogen werden. Dur fragt es sich ob nicht ein dubium machen möchte / daß es im kleinen nicht so zu erkennen / als im grossen? Halte aber / daß es einigen leichter mag ankommen im herausziehen / weils bey den ersten Ansaß die Kräfte frisch / (hoc ad eqvos, qui sal extrahunt, pettinet) weils auch ins gemein / da das Gewichte kurzer gehalten wird am Strange / es uns schwerer vorkomt. Daß, einsteige aber in der unterirdischen Luft es geringer oder leichter schäffen / wegen der Art der Luft / deuchte mich / refutire die hydrostatica.

*Ejusdem D. Ioh. Jacobi Döbelii*

*Observatio de Foetu extra uterum in abdomine reperto.*

Mercatoris cujusdam primarii confors, carnosa, sed temperamento proh! melancholico jam bis ob foetum grandiorem partus difficilis labores fuerat perpella, cum anno aetatis suae circiter XXIII. tertium parturiens vitam cum morte mutaret. Vix equidem hic de foetus vita spem maestissimo viduo facere poteram, cum ob funiculum XXIV. horas jam propendentem, & aquas pariter effluxas, non nisi ante matrem extinctum expectare posset. Interea tamen ut eo facilior annueret, atque de partus frequenter difficilis conditione constaret, foetum forte vivum superesse credidit. Abjecta hinc omni mora Cultrum recepi, incisysque caute abdominis integumentis cunctis grandem femineum foetum super intestinis supinum, multo crure & membranarum lacinis quasi obvelatum, in abdominis cavitate reperi, dextra ad uteri orificium porrecta, capiteque in dextrum matris latus reclinato, sinistra vero pedibusque sursum sinistrorsum extensis. Hem! quantus cum Sacerdote, qui solus mecum aderat, nos corripiebat stupor! foetum cru-

ore contusum in abdomine conspexi, priusquam uterum conspicerem. Hic enim in latus sinistrum conglobatus recesserat atque corrugatus; ita ut tumorem quendam præternaturalem durissimum ferè mentitus fuisset, nisi funiculus cum placenta instar fili Ariadnæi uterum indicasset. Fœtum hinc suis tunicis liberatum elevavi; atque in uteri reclinati parte inferiore magnum aliquod foramen, quod in abdomen transferat, inveni. O latrunculam innocentissimam! quæ non ostium intravit, sed aliunde ascendit, quæ absque lædendi animo matricem perfodit, matrem enecavit, & à cujus in abdomen introitu vitæ dependebat exitus! At verò dicis, fuitne artis, ut funestus introitus felici exitu, & funestus exitus exoptato in mundum introitu præveniretur? Respondeo: quidni in aliis, ubi situs præternaturalis scita manu mutari, atque ad faciliorem partum facile disponi potest? at, quicquid in aliis præcaveri potest mali, hic præcaveri non potuit, quod ipse fœtus mole suâ obtemperare noluerit, aquæ effluerint, funisque prolapsus reponi non potuerit, quin imò, ipsa parturiens non nisi crudam ac rudem admittere voluerit obstetricem, qualem parturientium morem dexterrimus D. Soling, in *Embryulcia c. VIII, p. m. 56.* reprehendit. Cœterum, si quaritur, quomodo uterus fuerit ruptus, & quando fœtus in abdomen ascendit? respondeo: ad naturalem partum sufficientem orificii uterini pro fœtus magnitudine requiri amplificationem, quæ dum non fit, fœtus, effluxis jam aquis, progredi nesciens, conculcando uteri tunicas læsit ac quasi contrivit, idque eò citius, quo fœtus robustior fuit: & quod fœtus in utero extinctus non dilaceravit, rigorosa uteri contractio, quæ uteri fundus ad fœtus pedes, tanquam ad totidem sudes adigitur, perfecit. Conf. D. Stalpartii van der VViel *Obs. Rarior. Cent. post. part. pr. obs. XXX.* cum notis ad eandem. Cum itaque in principio fœtus claustra perrupturus uteri tunicas leviter, continuus vero fibrarum spasmus penitus perforatas reddidit, eò ipsò, dum via fuit facta, momentò, in abdomen coactus fuit fœtus, brevi nimirum ante matris obitum, & quidem mortuus, quemad-

modum, præter supra memorata incipiens fontanellæ gangræna testabatur. Quod verò fœtus eo tempore in abdomen fuerit progressus, exinde statuendum, quod parturiens absque ullo sanguinis profluxuri vestigio non solum jacere, sed & interdum deambulare valeret, imò, quod funis temper propenderet, neque ulla mortis signa nisi brevi ante mortem apparerent. Cæterum, si cum illa familia mihi, vel potius illi haud fera contigisset notitia (VI. enim ante partum hebdomades vocabar) venæ sectionem bis vel ter instituendam tempestivum contra nimiam fœtus corpulentiam svasissem remedium, præsertim si deliciarum quid detractum, ac vita sedentaria exosa fuisset.

*D. Jo. Jac. Stolterfotbi Scholion.*

Quam contemta, quæso, res est homo, nisi, docente severo illo morum Castigatore, supra humana se erexerit! Ex fragili quippe & peritura, quinimo, juxta illud *Jo. Riolani L. VI. Anthropograph. f. m. 363.* effatum, titillantis lasciviæ materia formatus, inter stercus & urinam per novimestre spatium volutatur. Sordidum, fateor, at commune singulorum hospitium. Multorum vero fatale existit receptaculum, aut hospiti recipiendo impar, ruinam experiri, sicque contentum admittere, ac in vicinia Libitinæ sacrificium accendere cogitur. Rei veritatem sagacissima Nobil. *Dübëlii* nostri evincit manus; quam susculciunt haud adeo absimiles passim Curiosorum observationes: inter quas huc quadrat illa de Fœmina Lipsiensi historia, quam habet *Salmuth. Cent. I. obs. XVI. p. 12.* Ruptis enim parietibus ampliorem locum in cavitate abdominis fœtum nonnunquam eligere, testes sunt *Th. Bartholin. Centur. III. Ep. VIII. p. 39. Cent. IV. Ep. XXXI. p. 199. de Insolit. Partûs viis c. XII. p. 105. Cornel. Stalp. v. der VViel C. I. obs. LXVI. p. 284. C. II. obs. XXX. p. 315.* Utero rupto non tantum, sed & illæso eodem, Fœtum in cavitate abdominis repertum narrat *Phil. Jac. Sachs Ephem. Nat. Curios. Dec. I. A. I. obs. CX. p. 224. sq.* Fœtum masculinum perfectum cum intestinis extra uterum dilaceratum inter intestina lati-

tan-

tantem vidit *Sim. Scholz. M. N. C. Dec. I. A. 2. obs. LXXXV. p. 159.* Infantem chorda adhuc umbilicali secundinis suis annexum, cum magna sanguinis quantitate extra uterum inter intestina natantem, cultro denudavit anatomico *Monfr. Dion. Chirurgus Regius Parisiensis in historica relatione uteri duplicis in Fœmina.* In Muliere Stutgardiana rupto utero foetum intra abdomen exclusum observat *Salom. Reisselius M. N. C. Dec. II. A. VII. obs. X. p. 16.* Raram se fecisse in uxore Lanionis apertionem, quæ in se ipsa peperit disrupto utero, & mox cum maxima hæmorrhagia Spiritum emisit, refert *Joh. Ludov. Vizel. l. c. p. 17. conf. Fabric. Hildan. Cent. I. obs. LIV. LXVII. Cent. IV. obs. LVII. Plazzon. L. 2. de Partib. Generat. inserv. c. 14. Rosin. Lentil. Miscell. Medico-Pract. P. III. p. m. 304. Jac. Gvillemans L. 2. de Puerper. c. 13. &c. &c.* Ne dicam de insolitis Partûs viis, quarum meminit *Th. Bartholin. Tr. peculiar. Cent. III. Ep. XVIII. LXXVIII. & LXXXIV. conf. Jo. Jac. Manget. Bibliothec. Medico-Pract. L. XIV. f. m. 859. sqq. Schenck. observat. Medicinal. L. IV. de Fœtib. f. m. 570. sq. River. Prax. Medic. L. XV. f. m. 482. Theodor. Craan. Tr. Physic. Medic. de Homine. p. 709. Grabner. Medicin. Vet. restit. p. 649. Rouffet. de Partu Casar. Sect. IV. c. 2. Justin. Ortholoph. Marold. M. N. C. Dec. I. A. I. obs. CVIII. p. 215. Joh. Conr. Brunner. M. N. C. Dec. II. A. VIII. obs. C. p. 223. Rosin. Lentil. l. c. A. VII. obs. CCXXXVII. p. 450. Joh. Bapt. VVensckh. l. c. D. III. A. IV. obs. LXXXVII. p. 184. Sennert. L. IV. Prax. P. II. S. VI. c. VII. p. m. 420.* Sed quo rapimur?

Causarum rupturæ uterinæ spatiosissimus nobis pateret campus, si ingredi eundem paginæ permitterent? Hoc tamen mecum B. L. carpe trifolium.

I. Nimiis infantis motus calcitrando uteri parietes dissolvit.

II. Violentia casus ab alto, aut nimius laborum impetus, ruinam minatur charissimi hospitis domicilio.

III. Pharmaca pellentia intempestive adhibita, præclusa via regia, maxime infentem latrunculum qua data porta pellunt.

Ita tamen de corio ludere humano malunt Mulierculæ, sapientiæ plus ex naribus suis quam cerebello spirantes, Medici prudentis potius quam implorent auxilium. Quotquot enim

Sibyllarum ministras Lucinae præbent manus, aut quæculam ut conferant operam simul advocantur, optime consultum credunt Parturienti, si omnes ut conferat pro enitendo vires, blandiloquo impetrant sale, non expectantes exclusionis maturitatem, legitimum multo minus Pusionis situm considerant. Si votis non succedunt verba, ex marsupio depromunt illud *exi foras* arcannum, quod ad debellandam Junonis ignaviam temeraria Seplastarii cujusdam manus brutali corrasit impetu, suæ ut prospiciat ærumenæ, pauperculas aut superstitionis luto madidas emungat argento, Libitinæque alumnos, nescio qua pieratis specie, formet. Sic de corio luditur humano. Vah! quantum scelus, dices; at *Mundus vult decipi*.

## HAFNIAE

*Johannes Nicolaides Beenius* (de quo super. an. 1698. p. 140.) diè 28. Januar. in Auditorio Collegii Valckendorffiani *quinque Quæstiones Philologicas* publicè ventilandas proposuit, quarum *primâ* negatur, Hebraisimam esse, quando Substantivum genitivi casus cum alio Substantivo jungitur & pro Adjectivo constructur. *Secundâ* adstruitur, quod *Môdi* Matth. V, 15. sit vox origine Latina; *Tertiâ*, quod *Posthumus* sit vox simplex, idem significans ac postremus sive ultimus; *quartâ*, quod *Ful* Danicum sit nomen Festi Christianorum ex Julio Cæsare, & *quintâ* denique, quod vocabulum *Academia* è Scholâ Platonis ortum sit.

Prodiit quoque Scriptum, cui titulus: *Incerti Auctoris Diatribæ de Novo Anno apud veteres, è manuscripto eruta, atque edita à Julio Conrado Rüdemaun*, Brunsvic. Hafniæ, impensis Joh. M. Giesen / Reg. Acad. Bibliop, 1699. (2. plag. in 8.) In Præfatione hujus Schediasmatis fatetur Editor, frontem Manuscripti sibi persuadere voluisse, habendum id pro foetu ingenii Celeberrimi Biographi, *B. M. Hennings Witten*, Riga-Livoni; at quoniam graves dubitandi causæ supervenerunt, Dissertatiunculam hanc inter scripta *adscripta* referre maluit.

Dividitur autem ipse tractatus in partes tres; quarum I. agit de Præsidente Novi Anni, *Fano*, pag. 14. de ejus Templo p. 16. ac de ejus Sacris sive Cultu, p. 18. II. Pars agit de Ritibus novi anni sacris sive superstitionis p. 16. publicis p. 21. & privatis p. 23. III. denique Pars agit de Strenarum origine p. 25. materia p. 26. & forma p. 30. Similem *Dissertatiunculam ausspicalem de Strenâ* parenti olim ac literato orbi anno 1677. exhibuit *Paulus Vindingius*, h. r. Consiliarius Regius Justitiæ, ac in supremo Justitiæ Tribunali, Cancellaria & Consistorio Assessor, nec non Græcæ L. in Univerſitate Hafniensis Professor, ac hodie Fac. Philos. Decanus, (2½. plag. in 4.) Qvi etiam an. 1678, Oxonio ad patrem misit *מסכת ראש השנה*, i. e. *Tractatum Talmudicum ex Miscbne parte prima*, de Novi Anni initio, ejus juribus & solemnitatibus, cujus 4. Capita Latine reddidit & notis illustravit. (3. plag. in 4.)

*Reinholdi Wägneri D. Observationes Anatomicae  
Mensis Januarii 1699.*

Anno 1699. d. 2. Januar. in Hepatis Serosæ castratæ parte convexa propæ Venam cavam reperi tumorem cysticum, sub formâ Steatomatis pugni magnitudine, cum hepate planè continuum; quò dissectò osciculum primò prædiit cranii ex fronte foetus suilli, remotoque hoece involucro carneo, (cujus interna pars tota erat rugosa, multisque vasis sangviferis distincta,) in conspectum venit massa in globum compacta gypsea quasi, quæ ob varias heterogeneas particulas gravi odore putridoque nares offendens, aquæ calidæ injecta, distinctè ostendebat scapulas, artus, aliaque plurima oscicula femorum, vertebrarum &c. setis quibusdam porcinis subtilioribus mixtam; qualem osseam compagem cum perfectis foetuum rudimentis, portioneque hepatis atque folliculò antedictò, cum tunica hepatis planè continuò, in thecâ mihi oblata ex *Officina Merfordiana*, mecumque examinara à *Dn. D. G. F. de Franckenau* Fautore meo Honoratissimo.

Anno

Anno 1699. d. 10. Ian. Sæ. Riæ. Majestatis incomparabilis Clementia, quâ Arti salutiferæ insigniter favet, Infanticidam matrem, (cujus factum recens editum præterlapso mens. Dec. dissecui) pro Anatomie publicâ curiosis Artis & Chirurgiæ Amatoribus iterum concessit. Hæc quatuordecim Demonstrationibus additò simul Ufu Chirurgico & Physiologicò absolvebatur.

Inter cæteras verò abdominis partes, Generationis Organa præcipuè notatu erant digna: Uterus enim crassus satis & fungosus; Ovaria multis vesiculis turgida utrinque conspiciabantur. In sinistro tamen Ovariò caruncula quædam carnea, cicatrix alius dicta, aderat conspicua. Tubæ Fallopiæ sive Oviductus statu adeò erant pervii, ut non tantùm Uterus facili negotio per tubulum inflaretur, sed & status ex uterò iterum per tubas foras prorumperet, nullo obstaculo.

Vena spermatica dextra à trunco Venæ Cavæ, sinistra verò à Vena emulgente, variis tandem anfractibus ad Ovaria descendebat, venasque hypogastricas, cum majoribus solitò & distinctis Vesicæ urinarie ramis, cæterisque venosis uteri vasibus, jucundò spectaculo inter se uniebat. Cætera quæ circa varios & elegantes Vasorum anfractus in Visceribus cum cerâ præparatis, Utero, Rene, ad pollicis latitudinem usque fisso & quasi bifidò, notatu digna, Nob. & Experientiss. Dn. D. *Georgius Fridericus Franck de Frankenau* nitidè elaborata Curiosis C. asservat, B. c. D. plura singularia circa Vasorum conjunctiones peculiari Epistolâ illis Naturæ Scrutatoribus propalaturus.

In Craniò futura aderant notabiles. Sutura namque sagittalis ad ossa narium usque decurrebat, frontemque representabat bifidam. Imprimis verò erat memorabile, quod Ossa triquetra, Wormiana dicta, utrinque in Ossium parietalium anticâ parte, adeoque in ipsâ futura coronali distinctè ostendi potuerint. Non ita diu, an. 98. d. 12. Junii, aliud solitarium tantùm ossiculum triquetrum in ipsâ fontanella hominis adulti, (servi cujusdam Regii infeliciter ex equò lapsi,) peculiari futura triangulari cinctum, in Regiâ hæc Hafniensi Fautores quidam & Amici mecum observaverunt, quos iater Nob. & Experientiss. Dn. D. *Herford*

Medicus Aulicus; atqve Dn. *de Frankenau* cum Chirurgorum Seniore Dno. *Blanckenheim* aliisque, nonnullis paulò ante obitum horis, Trepani Applicationi, hincqve ob infortunatum tale Cranii malum, Examine Anatomico presentes interfuere.

## AALBVRGI in IVTIA

Hujus diœcesis Episcopum, *Ianum Bircherodium*, diplomate Regio SS. Theologiæ *Doctorem* renunciatum esse, super. an. 1698. mense Junio p. 95. diximus. Is an. 1658. d. 15. Ianuar. Othoniæ in Fionia natus est, patre *Iacobo Birckerodio*, *Iani* filio, SS. Theol. D. & Professore primario Gymnasi Othoniensis, nec non Consistorii Assessore, (qui *Vardbergæ* Hallandorum an. 1624. d. 30. Septemb. in hanc lucem editus, Othoniæ an. 1688. d. 13. Jun. obiit, ac præter librum *Ionæ* propheticum, expositione literali & exegetica illustratum, qui Hafniæ an. 1686. in 4. prodiit, varia MSS. typis destinata reliquit, ut: de *Manu* libros tres; *Historiam Stellarum*; *Commentationem* exegeticam in 1. *Paraschah Geneseos*, *Librum Obadiæ*, *Psalms pœnitentiales*, & alia plura). Ipse *Ianus Bircherodius*, hujus *Iacobi* filius, Regiæ primum *Communitatis Præpositus* fuit, hinc *Lingvæ Hebrææ* & postea *Theologiæ Professor*, ac *Consistorii Regii Assessor*, tandem verò *Episcopus Aalburgensis* constitutus est. *Monumenta ingenii* ab ipso hactenus edita, hæc sunt:

*Dissertatio Philologica de Corona*, Hafniæ, 1676.

*Arctos Alexandria*, Hafn. 1685. in 4.

*Oratio Iubilæa* de gestis anni octogesimali quarti præcedentis sæculi, habita an. 1684. edita 1686.

*Cordati Leones*, sive de *Insignibus Regni Daniæ* disquisitio antiquaria, cum figuris. *Manuscriptum* Bibliothecæ publicæ *Resenianæ* in *Universitate Regiâ Hafniensi* ab auctore donatum.

*Paraphrasis rhythmica cap. VII. Apocal. v. 13.* in *memoriam Catharinæ Rübriich*, Hafn. 1686. in 4.

*Avdsvria Punctorum Hebraicorum*, Hafn. 1687. in 4.

*Palæstra antiquaria*, Disquisitionum curiosarum centuriam exhibens, Hafn. 1688. in 8.

## SLESVICI

*Daniel Hartnaccius* (de quo super. an. 1698. p. 23.) in eò occupatus est, ut novam *Continuationem Historiæ Ecclesiasticæ Micraelii* perficiat, quæ Lipsiæ typis excubatur; & quidem eâ methodò, ut primùm Sectæ ejusvis recens natæ historia, deinde auctores illam propugnantes & propagantes, nec non scripta pro & contra edita, theses denique & verba præcipua Scriptorum, quibus mentem suam explicant, afferantur. Hòc opere absolutò Idem quoque *Historiam Politicam Micraelii*, nec non *Historiam suam universalem*, an. 1686. editam, continuaturus est; brevi etiam Hamburgi prælo commissurus *Geographiam*, novâ ratione secundùm Flumina adornatam, quæ Vrbes & Emporia, Regias & Ducales Sedes, Propugnacula, Portus, Academias, &c. item *Historiam Regiminis Provinciarum*, earumque ortum, incrementum & decrementum, facultates, axiomata Politica, & Scriptores, qui de singulis egerunt, enarrabit. Ne dicamus de *Auctoribus Classicis*, ab eòdem Notis, Phrasibus atque Imitationibus, in usum juventutis Scholasticæ illustratis, *Curio* scilicet, *Terentio*, *Iustino*, & *Sallustio*, qui brevi lucem videbunt.

Ejusdem *D. Hartnaccii* filius, *I. V.* Candidatus, molitur *Notas in Lauterbachium*, ostensurus præcipuè, quibus in rebus alii Icti à Celeberrimo isthòc Viro dissentiant. Idem quoque Regiomonti (ubi per quinquennium literis incubuit) argutas variorum *Inscriptiones & Elogia* collegit, imprimis *B. Philippi à Larr*, Consularii quondam Tribunalis Prusiæ, qui in hòc genere scribendi excelluit.

Typis haud ita pridem excusa est *Concio funebris vernacula*, quam *B. Petrus Zitscherus*, Pastor & Præpositus Tunderensis, (jam ante biennium ferè, annò scilicet 1697. mense Majò, vitâ functus) in funere *Friderici Jürgensen*, ex Apoc. III, 10. habuit, cui titulus: *Rühmliche und selige Beständigkeit eines redlichen Christen* &c. (12. plag. in 4.)

## KILONII

Superiori anno 1698. *Fridericus Ionsius*, Holsatus, sub præsidio *Gumtberi Christophori Schelhammeri*, Med. D. & Professoris Primarii, Seren. Cimbriæ Ducis Archiatri, Academiae Leopoldiæ N. C. Adjuncti, & Recuperatorum Socii, Disputationem inauguralem, pro Licentia Doctoris privilegia consequendi, habuit, de *Spinâ ventosâ*, egitque Cap. 1. de Definitione nominali & reali. Cap. 2. de Morbi Subjecto in genere. Cap. 3. de morbi Subjecto proprio. Cap. 4. de morbi Causis. Cap. 5. de Signis, & ratione Symptomatum; ac denique Cap. 6. de Curatione. (5 $\frac{1}{2}$ . plag. in 4.)

Hoc ipsò annò 1699. prodit: *Calendarium Novum, juxta verisimam anni solaris quantitatem 365. dies. 5. hor. 47. 150 // 16  $\frac{8}{37}$ . // // mediosque Luna motus exquisitissimos, cum Sole singulis 592. annis modo perquam mirabili præcise in orbem redeuntes, accuratè constructum*, ità ut Æquinoctium vernum cum Feriis suis hebdomadicis, iisque justis atque debitis, in 21. Martii constanter retineat; additisque Terminis Paschalibus veris, unà cum Paschatum diebus ipsis, per omne ævum existat invariabile: quale in Concilio Nicæno si introduxisset Antiquitas, de Correctione temporum, quæ consequuta sunt, cogitare non debuisset Ecclesia: ex Opere majore, *Anno Magno Luna-Solari Cyclico*, ad prelum jam parato: in quo, præter Cursum Solis, omnia totius Mundi & Novilunia & Plenilunia cum Feriis suis hebdomadicis Motibusque Lunaribus, ordine enumerantur, adjuncto Stylo ubique Juliano, hætenus usitato: in specimen productum, ac publici juris factum à *Ioachimo Tiedio*, Neco-Marchico. Kiliæ Holsatorum à *Ioach. Reumanno* impressum, anno 1699. (1. plag. in forma patente, chartæ augustæ.) Speciminis loco duorum, nempe 1700. & 1701. annorum *Dominicæ ac Festæ*, tam *mobilia*, quàm *immobilia*, ex *Tabulâ* hæc (cujus accurata Explicatio, ac brevis pro usu ejusdem Instructio margini addita est) in ordinem redacta, simul sistuntur, quibus tamen duo præcedentis anni

ni 1699. mensis ultimi præponuntur, ubi *Novembris Gregoriani* diebus, *Iuliani* dies à latere junguntur, ut appareat, qvo die *Iulianum* commodè coalescere queat cum *Gregoriano*, nempe ipsà *Adventûs* Dominicâ, cujus vigilia secundum *veterem* stylum in 18, juxta *novum* autem in 28, & juxta *novis*. in 29. *Novembris* diem incidit. Nulli enim totius anni aptiores inveniuntur, qvi absque *Festorum* confusione omitti possunt, quàm *postremi* hi *Anni Ecclesiastici* dies. Ad horum speciminum imitationem quilibet *Compositi* aliquantulum gnarus *Fastos* componere poterit.

*D. Iob. Ludovici Hammemanni Continuatio Porismatum de Infinito & Infinitis. (vid. Ian. b. a. p. 27.)*

- XXVIII.** Totum universum cujus limites & termini humanâ industriâ non investigabiles, est ens infinitum in gradu primo ratione extensionis, amplitudinis & complexus rerum, quas in se continet.
- XIX.** Totum universum ut ut creatura Summi Numinis. non potest concipi nisi sub forma infiniti: Si aliter conciperetur, prædicato universi non gauderet.
- XX.** Totum universum est etiam infinitum ob virtutes, ac quasi in circulo nunquam non sese multiplicantes.
- XXI.** Totum universum est Ens infinitum etiam ratione durationis, ita ut nunquam sua culpa pati interitum possit, nisi Deus aliquando infinita sua omnipotentia destruat annihilatque.
- XXII.** Totum universum est ens infinitum ratione alicujus reciprocarum virtutis & efficaciarum.
- XXIII.** Totum universum habet virtutem infinitam reciprocam.
- XXIV.** Totum universum etiam in minimis particulis producendis non nisi virtutem exercet reciprocam infinitam, ast ab infinito independenti ante dependentem.
- XXV.** Minima particula totius Universi virtualiter modo infinito totum universum in se includit, ita ut totum universum Dei jussu ex se parere queat.
- XXVI.** Quamvis totum universum numero, pondere & mensura dicatur factum, tamen hoc non destruit ejus infinitatem.

- XXVII. Totum universum ratione suæ unitatis indivisæ est infinitum in gradu primo.
- XXVIII. Omnia entia quæ numero & specie una sunt, excepta terra, sunt infinita in gradu primo.
- XXIX. Totum universum quatenus ens infinitum & unum, non potest nec simul nec succeslive in binario numero existere; simul ne quidem per omnipotentiam Divinam; succeslive autem possunt duo universa existere per omnipotentiam Divinam.
- XXX. Totum universum quatenus infinitum nullas positiones in dextrum vel sinistrum, in altum vel imum, in oriens vel occidens recipit.
- XXXI. Unitas fundamentum & basis infinitatis.
- XXXII. Totum Universum ut ens aggregatum non tamen nisi numero unum, & ratione unitatis infinitum.
- XXXIII. Eo ipso quo Ens vel absolute vel secundum quid infinitum, eo ipso non nisi unum.
- XXXIV. Ens absolute & independenter infinitum, & Ens secundum quid & dependenter infinitum ratione unitatis vel in puncto unitatis formaliter conveniunt. Verum unitas in ente absolute infinito nec actu nec potentia est divisibilis: Verum unitas in Ente dependenter infinito est potentia divisibilis.
- XXXV. Totum universum, quæ actu vel potentia liquidum & fluidum, est infinitum.

PLOENAE

*Caspar Questelius*, Vratislaviensis, IC. & Sereniss. Ducis Holsatiæ Aulae & Consistorii Ploenensis Consiliarius, (Dissertatione Academicâ de *Pulvinari morientibus non subtrahendâ*, tertiâ vice superiori annô edita, aliisque ingenii fecibus celebris) duos nuper Tractatus vernaculos evulgavit, quorum alter *Christianum in ipsô mortis articulo imparvidum* exhibet; alter verò de *Votis legitimis eorumque solutione* agit. Prioris tractatus titulus hic est: *Caspar Questels / ICti, Hochfürstl. Holstein-Plönischen bestaltten Hoff- und Consistorial-Raths / kurze doch gründliche Vorstellung eines auch im Tode getrosten Christen / dessen Ursachen / bey*

diesen letzten fast glaublosen Zeiten/ aus Göttl. Worte/ zu nützlichen Unterrichte / sonderlich aber den Schwachgläubigen zu erbaulicher Aufmunterung / von selbigem wohlmeinende mit angeführet werden. Ploen/gedruckt durch Tobias Schmidt/ Fürstl. Hoff-Duchdr. 1698. (7. plag. in 8.)

Posterioris tractatus, præsentis annò editi, titulus ità habet: Caspar Queffels/ IC. &c. nützlicher Unterrichte von schuldiger Beobachtung der rechtmäßigen Gelübden / derer Beschaffenheit vornehmlich auß H. Göttl. Schrifte / und dabey sowohl auß Geist, als Weltlichen Rechten/ gründlich angezeigt/ auch mit alten und neuen Exempeln deutlich erkläret/ und samr einer kurzen Vorrede in unterschiedlichen angezeigten Capiteln vorgetragen wird. Ploen/ bey Tobias Schmidt/ 1699. (9 $\frac{1}{2}$ . plag. in 8.) Caput 1. hujus libri Onomatologiam Votorum expendit. Cap. 2. disqvirat, an Vota adhuc licita, & in usu sint. Cap. 3. docet, quid sint, Vota, & qvotuplicia. Cap. 4. Qvis possit vovere. Cap. 5. Qvorsum Vota debeant tendere. Cap. 6. Qvâ de re Vota qveant concipi. Cap. 7. Qvomodo Vota comparata esse debeant. Cap. 8. Cui fini Vota suscipiantur. Cap. 9. An Vota necessariò semper servanda sint, vel minus. Cap. 10. de nique agit de Cognatis & Repugnantibus Votorum.

#### LV BECAE

Mense Februario hujus anni 1699. dirigente M. Martinò Christia-  
nò Göldeliò Conrectore, à Juvenibus in Lycéo Lubecensi operam li-  
teris navantibus Drama Tragicum, de *Cade HENRICI III. Gallie Regis*, exhibitum fuit, cujus Argumentum prodiit hóc titulò: Die vom zweyfachen Sturm zerscheiterte Französische Krone / bey der Entseibung HENRICI des Dritten/ Königs in Franckreich/ in einem Traur. Spiele auß der Schaubühne vorgestellt von der studirenden Jugend. (1 $\frac{1}{2}$ . plag. in 4.)

Adami Brand/ Civis & Mercatoris Lubecensis, *Itinerarium Sinicum*, haud ità pridem vernaculo sermone editum, ac anno superiori p. 16. recensitum, in *Gallican* nuper Lingvam versum, unà cum Anonymi Epistolâ de præsentis *Moscovia* Statu, prodiit, hóc titulò: *Relation du Voyage de Mr. Evert Isbrand,*

brand, *Envoyé de sa Majesté Czarienne à l'Empereur de la Chine, en 1692. 93. & 94. par le Sicur Adam Brand. Avec une Lettre de Monsieur \*\*\* sur l'Etat presens de la Moscovie.* A Amsterdam, chez Iean Louis de Lorme, 1699. (16. plag. in 8.) Accesit huic translationi *Tabula Geographica*, ex authenticis Celeberrimi Amstelodamensium Consulibus, Nicolai VVitsen, Tabulis, ipsius consensu, extracta, quâ accurata totius itineris series traditur.

Promissus *Pauli Jacobi Marpurgeri* liber, iis, qui Mercaturæ student, inserviens, cujus mense Januar. p. 32. mentionem fecimus, prelo nuper typographico exiit, hõc titulo: *P. I. M. allezeit fertiger Handels-Correspondent, oder der in Handels Wissenschaften / derselben Scripturen und Brief-Schreiben geübte Kauffmann; anweisende / wie nach einem wolgesetzten und heuriges Tages auff vornehmer Kauffleute Contoir- und Schreib-Stuben üblichen Stylo, allerhand Kauff- und Handels-Scripturen / als Adviso-Fracht-Credit-Vollmacht-Wechsel-Bodmercy-Rent- und Recommendations-Briefe / sampt allerhand Obligationen, Qvitanzen / Assignationen / Connoissemerten / Contracten / Vollmachten / Facturen / Courant-Zeit-Verkauff- und Factorie-Rechnungen / &c. wie solche auch Nahmen haben mögen / und bey wolbestakten Handlungen vorkommen können / yerlich zu concipiren, und richtig aufzufertigen / die in Handelsbriefen vorkommende frembde Wörter geschicklich zu employren / auch hohe und niedrige Standes-Personen mit den ihnen zukommenden Titulis recht zu beehren sind.*

Allen Kauffleuten und Handels-Bedienten / die mit Brieffschafften und Rechnungen umbgehen / sehr nützlich und nothwendig zu lesen, Raseburg /  
druckts Sigismund Hoffmann /

1699. (1½. Alphab.  
in 8.)

*Iacobi à Mellen, Ecclesie Lubec. Presbyteri, Relatio de curiosis nonnullis circa Tumulos Sepulchrales Cimbricos Observationibus, quas cum illo communicavit V. Cl. Christianus Dethleuus Rhodius, Ecclesie Barmstettensis in Comitatu Ranzovio Pastor.*

Quandoquidem ii de bono publico egregiè merentur, qui eò allaborant, ut abstrusis; majorum nostrorù antiquitatibus solerti ipsorum operâ aliquid lucis accedat; laudanda sanè est eximia Adm. Rev. Viri, *Christiani Dethleui Rhodii*, Pastoris Barmstettensis, (super. an. 1698. p. 248. memorati) industria, quâ varios hæc tenus *Sepulchrales veterum Cimbrorum Tumulos*, ubiq; passim in Comitatu Ranzovio, ubi degit, (immò omni hæc Chersoneso nostrâ) obvios, scrutatus est, & accuratè partim eorum structuram observavit, partim verò studiosè collegit, quicquid in antiquissimis istis monumentis inveniri potuit. Quæ cum ita comparata sint, ut meritò curiosis eruditorum oculis animisq; se commendent, temperare nobis non possumus, quin ea juris faciamus publici, quæ laudatus antiquitatis scrutator, pro benevolò, quo erga nos est, animo, per amicas nuper literas nobiscum communicavit; sperantes, pace ejus illud factum iri, ipsumque non habiturum, cur nobis utilitati publicæ litantibus succenseat.

Primo igitur loco de *Vrnis sepulchralibus*, quæ plerumque tumulis istis continentur, (ac ossibus humanis, à cadaverum crematione reliquis, impletæ sunt) sedulus noster Observator monet, se triplici hæc tenus situ eas collocatas vidisse. Nonnullæ enim, ait, duorum saltim vel trium pedum altitudine sub humo latent, ac modicâ arenæ lapidumve mole injectâ coopertæ sunt. Aliæ ipsam terræ superficiem premunt, ingesto tamen desuper arenæ lapidumve cumulo, qui ad trium circiter cubitorum, vel viri unius, altitudinem assurgit. Aliæ denique tumulis majoribus inclusæ sunt, & vel superiorem ipsorum locum occupant, quando mediocres tantum sunt acervi, vel medium, si planè magni & immodici existunt; cum dentur, qui vel 120. passus ambitu suo complectantur. Haud vana inde Dn. *Rhodio* conjectura nascitur, primi ordinis ossuaria plebejæ saltim vel inferioris sortis hominum cineres asservare; præsertim, cum in iis, præter fibulas, uncas, & id genus alia, nullius pretii

pretii ἐργαλεῖα, nihil ferè reperiatur : teste figurâ II. Tab. III. Tab. III. quæ uncinulum ferreum exhibet, an. 1697. in pago Hembdingen Fig. II. ex urnâ sepulchrali erutum, iisque non absimilem, quibus adhuc hodie foeminae rusticae utuntur, quoties suppara sua, ab antica genuum parte levata, retortis tergo fimbriis connectunt. Secundi ordinis urnas hominibus paullo digniori loco constitutis inservisse putat, cum in iis cultellos, acus discriminales sive comatorias, & alia ejusmodi aramenta, invenire liceat; qualia Fig. 4. 6. 9. 10. 12. delineata sunt. Tertii denique ordinis tumulos non nisi Heroum & Belli Ducum, eorumque familiarum, monumenta sepulchralia esse existimat, cum ex iis plerumque arma, monilia aurea, & varia id genus pretiosa alia, eruantur.

Quod ipsam *Tumulorum structuram* sive *internam faciem* concernit, in primis notari meretur sequens collium aliquot hujus generis sepulchralium descriptio. Primus horum, ad unum alterumve teli jactum a templo Barmstettersi versus Septentrionem situs, cum an. 1689. aperiretur, & terra trium circiter pedum altitudine effossa esset, in plagâ orientali stratum quoddam lapideum habebat, lecti instar formatum, ac latitudine duos, longitudine verò 6. vel 7. pedes æquans, cujus superior pars utrinque certis (ut ita dicam) prominentiis, instar crucis alicujus rudioris, erat prædita. Nulla autem circa vel subter lectum huncce saxeum apparebant urnarum ibi olim conditarum vestigia; neque lati ejusmodi lapides, quibus aliàs ossuaria intercipi solent, aderant. In parte tamen inferiori, Occidentem versus, & quidem trium aut quatuor pedum altitudine depressius, duæ occurrebant cavitates sive cellulae, fornicum instar è lapidibus structæ, sibi que oppositæ, tantæ amplitudinis, ut hominem sedentem possent capere; in quibus haud obscura tam urnarum, quam ossium ibi antehac reconditorum, licet jam temporis longinquitate consumptorum, vestigia cernere licebat.

Ad istam tumuli hactenus descripti formam curiosus ipsius Scrutator observat, apud veteres non tantum cremationem sed etiam humationem mortuorum in usu fuisse, adeoque harum antiquitatum peritis expendendum relinquit, annon utriusque ritus hic apparuerint indicia? Addit etiam, eo quo ipse vivit loco an. 1679. ab

operariis nonnullis, puteum fodientibus, ad 8. vel 9. pedum à superficie terræ altitudinem, inter plurimos lapides fornicem quasi constituentes, integrum Sceleton humanum, unà cum ferrei ensis frusto, repertum fuisse. Vbi simul obiter recenset, paulò profundius jacuisse parvum homunculi orichalcei (modò non aurei) simulacrum, cum nonnullis annulis; quorum tamen ipse potiri non potuerit, cum se absente fuerint reperta, & Mercatori Hamburgensi donata, qui postea negaverit, sibi constare, quorsum ea devenerint.

Si nostram qualemcunque hîc sententiam exponere licet, stratum illud lapideum, in tumulo suprâ memorato repertum, nihil aliud fuisse videtur, quam ustrina, sive focus, qui comburendis olim cadaveribus interviit. Nam ejusmodi lapidum compages, huic usui quondam apud veteres destinata & adhibita, in cœmeteriis eorum non infreqvens est; uti dudum in *Historiâ nostrâ Vrnæ Sepulchralis Sarmaticæ*, Ienæ an. 1679. editâ, observavimus, ubi p. II. de lapideis id genus lectis, in Posnanensi Poloniæ Palatinatu detectis, legas: *Focorum instar erant facti, ad duas ulnas terrâ recti. Forma erat quadrangularis, longitudo ulnarum quatuor, latitudo duarum: nonnulli tamen paulò minores fuerunt.* Nec dissentientem habemus celeberrimum, nostrique dum viveret amantissimum, *Academiæ Kiloniensis Polyhistorum & Medicum, D. Io. Danielem Majorum*, ultimo quem edidit libro, cui titulus: *Weydölcherres Eimbriens/ cap. 28. p. 40.* dicentem: *den mittlern Platz aber desselben/ (loci scilicet, cremationi funeris destinati) machren sie gang eben/ und ystflertzen ihn mehrentheils etliche Fuß lang und breit/ mit theils platten/ theils andern Steinen/ aus: Worauff sie hernach den Körper der thrigen verbrenneten.* Interim tamen haud negaverim, præter cremationem mortuorum, etiam nonnunquam (licet rariùs) hãmationem apud veteres obtinuisse, ejus documentum Sceleton illud, cum armis aliisque reculis protractum, liquidò præbere potuit.

Sed alium videamus tumulum præ cæteris notandum, quem *Dn. Rhodius* ad pagum quendam, Cölln dictum, ac dimidio milliari (notozephyrum versùs) Barmstedio disitum, se offendisse memorat. Is ità comparatus fuit, ut duplicem sepulturæ locum, &

quidem unum alteri substratum, continuerit. In medio enim colle uxor fuit condita, & sub eâ, versùs terræ superficiem, maritus; eeu ex diversis utriusque sexûs cimeliis, utensilibus & armis, mox describendis, patuit.

Priusquam verò talia in tumulis reperta memoremus, notandum est, *ferri* usum in his oris multò recentiore usu *æris* fuisse. Nam ubi ferri quidquam effoditur, ibi urnam quoque unam vel alteram sepulcralem adhuc integram licet offendere; at ubi tantum æramenta eruuntur, ibi figulina osluaria nuniâ temporis longinquitate dudum periëre & consumpta sunt: quod plurimis exemplis, & vel centum collium perlustratione se observâsse, Scrutator noster asserit. Pari modo etiam supra laudatus *D. Major*, d. l. c. 43. p. 65. annotavit, *Dasß bey weitem nicht so viemahl Eisen- als Kupferne Dinge/ denen alten Nordisch- und Cimbrischen Urnen beygelegt/ gefunden werden. Und solches daher / weil entweder die Erfindung und Gebrauch des Eisens nicht so alt; oder weil man das Eisen zu gering gegen das Erz gehalten / den Verstorbenen eine letzte Ehre das mit anzuhun/ &c.* Nec mirum, cum reapse ætas ærea mortalium multò antiqvior sit ferræa; de cuius æreæ (quam & fraxineam appellant) ætatis hominibus *Ascræus Poëta* (*ἔργ. 2 ἡμέρ. vers. 149. sq.*) dudum cecinit: *τοῖς δ' ἦν χαλκῆα μὲν τέυχῆα, χαλκῆοι δὲ τῆς ἱκοί, χαλκῶ δ' ἐργάζοντο. μέλας δ' ἐκ ἔσπε σίδηρος*. i. e. *His erant ænea arma, æneaque domus, ære verò operabantur; nigrum enim nondum erat ferrum.* Ad hæc verba *Cl. D. Olaus Rudbeckius*, Celeberrimum *Academix Vpsaliensis* decus, *Atlanticæ part. III. Cap. 7. p. 145. ait*: *Dår Hesiodus förmåler/ att de i den Alderen före Kopperwåpn / så finnes der til här i Sverige många gamla Es- terdömen; såsom en Kopperwåxa/ den i Hans Kongl. Månß. gamla Archivo förvaras / såsom och en Kopperwårja/ tämlig tiöck och floor/ &c. i. e. Ejus rei, quod Hesiodus homines æneæ ætatis armis ex ære fabricatis usos fuisse memoret, Sveonia nostra plurima documenta præbet. Facit enim huc ænea securis, quæ in veteri Archivo Regio asservatur; item æneus gladius ingens sativ, &c. cuius effigies d. l. p. 98. conspicienda est.*

Sed cum ejusmodi utensilia, arma, aut fragmenta ænea, quæ

antiquissimis veterum sepulchris insunt, haud rarò viridem (eumque sæpe nitidè splendentem) colorem præferant; non desunt quidem, qui existimant, illa certò quodam pigmento sive vernice, imò succinò fortè liqvefacto, obducta esse. (vid. Cl. *Tenzelii* *Mos. natl. Unterred.* an. 1695. p. 982. & D. *Major* *Cimbr.* p. 73.) At Dn. *Rhodi* rectè observat, viridem hunc colorem nil aliud esse, quàm veram *æru*ginem, temporis longinquitate & telluris uligine contractam; quod præter validas D. *Majoris* rationes, d. l. p. 73. legendas, inde probat, quod æramenta illa non ubivis æque vireant, sed modò hic modo illic pristinum adhuc servant fulgorem: tuius rei exemplum *Nos* quoque in *Histor. Vrnæ Sepulcr. Sarmaticæ* p. 22. & 26. dedimus. Imò addit, æruginem istam, antiquis ejusmodi instrumentis æneis abrafam, præsentissimum contra febrem quartanam esse remedium; quod (à B. Doct. *Schönaga*st/ Medico primùm *Hamburgensi*, deinde S. R. M. *Daniæ* Consiliario, & supremo Ducatùs *Holsatiæ* Physico Provinciali, edoctus) vel vicies expertus sit.

De *Ferri* etiàm rubigine memorabile est, quod idem refert: scilicet se an. 1698. ad pagum *Aspern* (quartà milliaris parte, *Euroaquilonem* versùs, *Barmstedio* remotum) in urnà quadam sepulchrali Cultrum ferreum, iis, quibus hodie utitur, non absimilem, reperisse, sed laminà adeò turgidà, ac si flatu intumuerit; quæ dum fortè improvidi amici contrectatione fracta fuit, pulverem sparfit pulchrè rubentem, cujus *λείψανα* quidem curiosus Possessor adhuc servat, sed illum Chymico examini subicere non potuit.

Jam ad ea accedimus, quæ hætenus ab Amico nostro in tumulis urnisque sepulchralibus reperta sunt. Vbi primo loco ex Regno Animalium occurrunt *Ranæ*; mirum dictu, at verissimum. Nam an. 1689. circa veris initium contigit, duos plebejæ fortis ac futorii opificii homines, istiusmodi tumulos eruendorum thesaurorum gratia fodi putantes, clam unum alterumve collem rimatos fuisse; ubi quidem auri argentiqve nihil, at duastamen urnas, ferè integras, totidemque ranas iis incumbentes, offenderunt. Hæc res, postquam innotuit, superstitiosum nonnullis terrorem incussit, aliis verò mendacii peperit suspicionem. Ipse Dn. *Rhodi*, portenti certitudinem exploraturus, fossores hosce seriò interrogavit, an ea,

quæ

quæ referrent, veritati essent consona? Affirmarunt illi, & sanctè admodum testati sunt, se ranas istas medio colle, in ipso urnarum orificio, reperisse. Nec eos mentitos fuisse exitus probavit. Cùm enim sequenti anno, circa idem veris auspiciis, ad pagam *Seebe* (quarta milliaris parte euro-aquilonem versùs à templo Barmstedensi remotum) tumulus sepulchralis aperiretur, jamque ad urnam usque deventum esset, prope illam quinque bufones, sive annuæ Ranæ jacebant, nec non, simul ac soli calidiori exponebantur, & vitam & motus vires recuperabant. In viam igitur, quâ coaxantia ista animalcula in collem pervenerint, inquiri cœptum; tandemque foramen rotundum, à muribus forsitan agrestibus paratum, apparuit, per quod ea intrasse, sibi que de hybernis latebris prospexisse est credibile.

Sed misso regno Animalium (quò *Ossa* etiam *humana*, à cadaverum crematione reliqua, ac urnis asservata pertinent) è Minerali potius ea contemlemur, quæ tumulis sepulchralibus sunt eruta. De *Anuro* hîc præcipuè dicendum erit, ac Ornatu muliebri, è nobiliori isto metallo constante, cujus exempla Tabula nostra III. subministrat. Figura enim 3. *Annulum* spiralem, multis circumvolutionibus notabilem, exhibet, è purissimo auro confectum, simulque adeò nitidè splendentem, ac si recens ex aurifabri officinâ prodierit. Quâ in re planè similis est aureæ isti *Helici* sepulchrali, quam B. D. *Major* d. l. p. 81. describit, & non tam digitorum, quàm potius capitis ac crinium olim ornamentum fuisse existimat. Fuit autem præsens *κεκμήλιον* nostrum an. 1693. repertum, in tumulo quodam ad viam publicam, juxta pagum *Monfeloh*, milliari integro aquilonem versùs Barmstedio disitum, ac Bordsesholmensi quondam Monasterio subjectum, jam verò ad Breitenburgensè Dominium pertinentem. Ibidem quoque fuit eruta *Armilla*, quam Fig. 5. & bini illi *Cultelli*, quos Fig. 9. & 12. sistit; Sed ista tantum *ærea*, nec non virente penitus æruginè obducta, *λείψανα* sunt. E quo metallo etiam in vicino colle gladius inventus fuit; unde colligas, amantium fortè tumulos, sive conjugum sepulchra, ibi quondam extitisse, cùm præter ea, quæ ad mundum muliebrem spectant, etiam arma viros decentiâ continuerint.

At ista tamen *Armilla*, quam Fig. I. ostendit, planè *antea* est; li-

Tab. III.  
Fig. 3.

Fig. 5. 9.  
12.

Fig. 1.

çet aurum, ex quo constat, Arabico non par sit (cujus generis armillam B. Ioh. Ristius olim, haud procul Albi fluvio, in urnâ marmorea invenit) sed illi saltim, quod ex Gvineâ, Africæ provinciâ, afferri solet. Pendet autem unciam cum dimidia, sive 3. lothones, & tortilis admodum & flexibilis est, nec non singulari prorsus modo ad Dn. Rhodium pervenit. Is enim cum an. 1693. ingentem tumulum sepulchralem ad pagum Cölln (cujus supra mentionem fecimus) perfoderet, non tantum medio ipsius loco urnarum atque osium reliquias, sed etiam versus plagam orientalem foramen quoddam sive cavernam reperit, tantæ magnitudinis, ut exprorecto brachio fornicem illum perscrutari licuerit. Extraxit inde *forcipem*, evellendis crinibus inservientem, (*Haar-Kneipe*) quam Fig.

Fig. 4.  
Fig. 6.

4. exhibet, nec non aliud *instrumentum* Fig. 6. delineatum, & uno latere acutum; quod eque (cum B. D. *Majore*) capillis sive discriminandis, sive complanandis, olim destinatum fuisse credimus. Ità enim ille d. l. cap. 44. p. 68. ubi simile ferè instrumentum affert: Ein  $\frac{3}{4}$ . Zoll langes / und 1. Zoll breites / aber ganz dünnes kupfernes Haar-Messer / daran vermußlich ein hölzerner / aber nachgehends verrotteeter Handgriff gefessen. Der Gebrauch mag wol vielleicht gewesen seyn / die zwar gut genug geschetelten / aber da und dort sich auffwerffend und gleichsam braufende Haare an und über die Stirne damit zu complaniren / und sehr sanffte wiederumb nieder zu legen. His duobus cimeliis Scrutator noster contentus, domum petiit, ignarus, longè potiora adhuc ibi remansisse, suamque fefellisse industriam. Elapsis enim aliquot septimanis, pueri rustici, ibi fortè pecori pascenti custodes dati, dum glebas tumuli perfossi pedibus conculcant, *Monile aureum*, unâ cum aliis duobus ejusdem metalli *instrumentis oblongis*, & aliâ, quam Fig. I. exhibuimus, *Armillâ*, offendunt; quibus omnibus integro isto die non tantum crepundiorum loco utuntur, sed eadem quoque, ingruente vesperâ domum abituri, abijciunt. Major tamen natu puer ad suos reversus, narrat, quid invenerit, eamque crepundiorum partem, quam ipse habuerit, se facile recuperaturum asserens, unâ cum fratre adultiore eâdem adhuc vesperâ denuò rus petit, ac *Armillam*, quam diximus, matri affert. Hanc illa tantum æream, seu ex orichalco paratam existimans,

Ioco annuli, claves ferreas continentis, aliquantisper usurpavit; at postquam, luto striis detricto, auri splendor apparuit, mulier rustica, id quos res est suspicans, armillam istam aurifabro vicini vici *Elmeshorn*, ostendit, qui eam ex purissimo constare auro videns, ipsi quindecim imperiales obtulit. Sed abnuvit fœmina, & majus inde lucrum sperans abiit. Paullò post Dn. *Rhodium* *Elmeshornii* resciscens, quid contigerit, armillam istam sibi monstrari petiit, idque difficulter satis à muliere obtinuit; immò, licet eam consequendi modica initio vel nulla spes affluerit, tandem tamen ope patris rusticæ voti sui compos factus, *κεμήλιον* hoc quinquaginta marcis Lubecensibus redemit. De reliquis autem puerorum natu minimorum crepundiis nihil comperire potuit; nisi, quod *Monile* illud, cujus mentionem fecimus, armillæ huic planè simile extiterit, & quod *oblonga* ista *instrumenta* à pueris *kleine Schwengels* / i. e. talia, quæ hinc inde vibrari possunt, appellata fuerint: unde fortè colligas, ea gemina fuisse illis, quæ B. D. *Major* d. l. p. 68. exhibet, & vocat *zwey Naar. Niegel* / zu ohngesehr  $2\frac{1}{2}$  Zollen / in der mitten mit einem / unten einen kleinen Ring habenden / jedoch nicht beweglichen / und vielmehr an der rings herumb vielmahl eingekerbten Stange fest sitzenden Würbel. Derer Gebrauch etwa dieser gewesen; über und hinter den Ohren / zwischen den Haaren verborgen zu seyn / und an gedachten Ringlein einige Zierraten des Haupts / als heutiges Tages die Ohren-Perlen / und andere kostbare Pendenten seyn / daran zu hengen. Quod reliquum est, ex quò res ista pluribus innotuit, tumulus ille, quem diximus, à nonnullis auro inhiantibus majori adhuc curâ fuit perfossus; sed præter bustum è magnis lapidibus quadratâ formâ structum, & urnarum fragmenta, nil nisi *gladium æreum*, longitudine duos pedes totidemque pollices cum dimidio æquantem, detexerunt, quem Dn. *Rhodium*, unâ cum aliis id genus armis, possidet.

Idem verò & *Lignum* inter ea numerat, quæ tumulis veterum sepulchralibus extracta servat. Nam an. 1693. ad Pagum *Luxhorn* / (dimidio milliari, ævilonem versùs, Barmstedio remotum) capulum gladii, vel potius supremum ipsum nodum (*Degen-Knopff*) ex ære factum, invenit, cui adhuc notabilis pars ligni abiegni inhaeret, quò olim gladius firmatus fuit. Quadratæ autem figuræ

nec

nec inelegans est nodus hic; cum quò conferri poterit similis ferè capulus, quem B. D. *Major* l. sæpè dicto, p. 72. delineatum sistit, qui etiam p. 62. vaginae lignæ, in tumulto quodam repertæ, meminit.

Sed nec *Lapidum* singularium sepulchretis erutorum obliviscendam est. Quò spectat haud vulgaris ille perforatus sphaericæ formæ Lapis, quem Tab. III. fig. 8. exhibet. Is an. 1695. ad supra memoratum pagum *Aspern* à filiis Dn. *Rhodii* eorumque Informatore in urnâ quâdam sepulchrali repertus fuit, & si non capulo gladii firmando olim inserviit (quale exemplum ap. *Ol. Rudbeckium* Atlant. To. I. cap. 24. p. 653. legas, ubi ejusmodi perforatum lapidem, Tab. 7. fig. 15. lit. B. expressum, een *Schwerdsknay af Green* appellat) certè tamen inter arma veterum referendus est, cum tales globuli lapidei, loris funiculisque innexi, scuticæ cujusdam seu flagelli militaris vicem præstitisse videantur; quod eruditè probat laudatus D. *Major*, d. l. p. 46. sq. Nec defunt nobis oblongi, & vel utrinque vel ab unâ parte in cuneorum modum acuminati lapides, ex urnis Cimbricis extracti, ac eo sine perforati, ut vel funiculo trajecto, vel immisso etiam baculo, in hostium capita vibrari possent; de quibus, ut & de quadratis illis *Cuneis*, ex filice paratis, qui perperam vulgò pro *Cerauniis* haberi solent, fortè alibi nobis dicendi occasio nascetur. Inrerim Dn. *Rhodium* testatur, se nullo hæctenus tumulto ejusmodi *cuneos* invenisse, licet tales possideat alibi erutos, nec non *eotem*, quinque pollicum longitudine, duorumque latitudine insignem, quem an. 1691. *Bramstedii* effossum, à Commissario Regio *Aperhosis* accepit.

Superest, ut de *Æramentis* tumulorum adhuc pauca moneamus. Vbi præter ea, quorum jam abundè mentio facta est, nec non *Acus*, *fibulasque*, *stylos*, & id genus alia, à Dn. *Rhodio* hæctenus diligenter collecta, instrumentum illud æreum notari meretur, quod Tab. III. Fig. 2. expressimus. Duplicis illud annuli quasi majoris minorisque, formam præfert, & Possessori sui hunc olim usum habuisse videtur, ut transmittendo atque sustinendo gladio inservierit. Quid autem sibi velit bulla sive fibula ærea, Fig. 7. delineata, & quem antiquivens usum præstitit, nos æquè ac curiosum Possessorem latere ingenuè fatemur.



# NOVA LITERARIA

## MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

*Edita Mense Aprili M DC XCIX.*

### ROSTOCHII

**M**atthias Stein/ I. V. D. & Cod. Prof. P. nec non Academiae Rector, die 6. Martii *Programma* publicavit, quo exequias *Johannis Christiani Sandtritters/ Lipsiensis, Philof. Baccalaurei & SS. Theol. Studiosi, (an. 1674. nati, ac d. 10. Januarii anni hujus 1699. mortui)* frequenter eundas indixit.

Die 18. Martii *Johannes Petrus Grünenberg/ Phil. & SS. Theol. D. hujusque Prof. P. Ord. ac Tractus Mecklenburgici speciatim sic dicti Superintendentens, & Consistorii Ducalis Assessor designatus, primam Praeses Disputationem habuit, Respondente (Conjugis fratre) Davide Henrico Kapkenio, Luneburgensi, quæ sextuplicem usum Locorum Matth. II, 25. & Hof. XI, 1. de Filio Dei ex Aegypto divinitus vocato, exhibet. Nam ex duobus hisce Locis, idem D. Grünenbergius auctoritate Facultatis Theologicae, jam anno superiori, binas Disputationes inaugurales conscripsit, & praeside Facult. Theol. Decano ac Seniore D. Andrea Daniele Habichhorstio proposuit, priorem quidem pro *Baccalaureatu*, alteram verò pro *Doctoratu*; ceu in *Novis Literariis* an. 1698. p. 19. & 34. memoravimus. Sub finem posterioris Disputationis inauguralis, Sciagraphiam novæ hujus, quam nunc habuit, Dissertationis jam delineavit, sextuplicem illum usum certis metris comprehendens, ubi 1. *Dogmaticus* ita habet: *Est Scriptura sibi sine fraude gravissima testis.* Succedit 2. *Elencticus*, ex hoc epigrammate cognoscendus: *Turpe, Dei Christum quod Filius esse negatur.* Hunc excipit 3. *Pædenticus*, cum inscriptione: *Quod te sancta vocant caelorum fata, sagvaris.* Sequitur 4. *Epanorthoticus*, cum dicto mnemoneutico:*

N

Egy-

*Ægyptum quid vis, contemnens astra, timere?* Additur 5. *Paracleticus*, cum lemmate: *Non sibi; pro nostrâ Jæsus est pace vocatus*. Vltimus denique est *Docimasticus*, hęc carmine monocolorē comprehensus: *Pulchrum Scripturæ sensum quis ritē frequentat?* (5. plag. in 4.)

Respondens hujus Disputationis, D. H. *Kœpkenius*, antehac Ienæ sub præsidio D. *Joh. Andrea Schmidii*, (hodie Theol. Prof. in Academia Iuliâ) proposuit *A & Ω omnis Theologiæ, ut Ens & Summum Bonum*. Deinde Helmstadii, eodem Præsidente, *Johannis Baptista Helmontii*, *Philosophi per ignem, in doctrinâ de Statu integritatis & corruptionis errantes ignes examinavit*.

Die 22. Martii prælaudatus D. *Matthias Stett*/Academiae Rector, Respondente *Meinone Iohanne Sassen*, Fris. Orientali, Disputationem Juridicam de *Dissonantiâ Juris Civilis, Canonici & Hodierni*, ex Tit. 9. 10. 11. & 12. Lib. I. Instit. publicæ Disquisitioni exposuit. (4½. plag. in 4.) Hęc ipsâ Disputatione continuatur Dissertatio de eadem *Dissonantiâ* ex Tit. I. & seqq. Instit. jam antè aliquot annos proposita, cœu ex sequenti Præsidis hujus Dissertationum hæstenus habitarum Syllabò patebit:

Disp. Inauguralis, exhibens *Conclusiones forenses de Contractibus, à Jurisprudentiâ Justinianèâ diversis*. 1689. (4½. plag. in 4.)

Disputationes aliquot Juridico-Policæ, in *Joh. Christoph. Bemannii Meditationes Politicas*. 1690. & 91.

Disp. exhibens *Dissonantiam Juris Civilis & Moderni*, ex Tit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. Libri I. Instit. Justin. eorumque occasione collectam. 1692.

Disp. Juris Publici de *Monarchiâ Limitatâ*, Respondente Præsidis Fratris *Conradò Steiniò*, Rostoch. 1696.

Disp. exhibens Fasciculum Conclusionum Theoretico-Practicarum de *Delictis*, Resp. & Auct. *Carolo Ernesto L. B. de Schvvan*, 1698. (vid. p. 8.)

Die 28. Martii Natalis Sereniss. Ducis Mecklenburgici Regentis, **FRIDERICI WILHELMI**, Academiae Rostochiensis Patroni & Cancellarii Magnificentissimi, *Orationibus Panegyricis*, inter applau-

plausus Musicos, (præviis Programmatibus iuicatoriis, ab *Henrico Christiano Tielcke*, I. V. D. & Orator. Prof. P. conscriptis) solenniter celebratus est: & quidem horis antemeridianis à *M. Gabriele Martiano*, Panormitano-Siculò, olim Pontificiæ religioni, nunc Orthodoxiæ Evangelicæ addicto, (de quò an. super. 1698. p. 174.) horis vero pomeridianis ab *Flamone Henrico Grünbergio*, Harburgo-Luneb. (prædicti *D. Ioh. Petri Grünbergii*, SS. Theol. Prof. & Superint. fratre.)

Die 29. Martii Præside *Iohanne Nicolao Quistorpio*, SS. Theol. D. ejusdemque Prof. P. Pastore Nicolaitanò, ac R. Ministerii Directore, *Collegii Disputatorii*, *Theses ex universâ Theologiâ selectas exhibentis*, Disputationem septimam proposuit Auctor & Respondens *M. Iohannes Ioachim Poltzius*, Rostochiensis, (*Iohannis Mauricii Poltzii*, SS. Theol. D. & Pastoris ad *D. Ioh. nec non Rev. Min. Senioris*, filius) quâ Disputatione è Locò de *Scripturâ sacra* inter alia agitur de *Inspiratione* ejus, contra illos, qui sanctis Scriptoribus *Sphalmata mnemonica* tribuerunt, ac pluribus resolvitur dubium ab ipsis inde motum, quòd *Matthæus* cap. XXVII, 9. *Feremiam* pro *Zachariâ* citaverit, &c. (1½. plag. in 4.)

*Caroli Friderici Ferberi*, Hereditarii in Kassebom, I Cti, & summi Dicafterii Mecklenburg. Advocati, Discursus Historico-Politicus Thuanus, de *Principe Christianò Politico, prudenti Belli Pacisque Moderatore & Arbitro*, Typographi manus sumtusque exspectat. Tribus verò libris Discursus hic absolvitur, quibus funestissimi Belli Civilis & externi motus componendi, Pacemque tam inter Aulicos Principisque subditos conservandi, quàm inter Principes vicinos stabiliendi remedia, ex *Ill. Thuani* 1. 2. 3. & 4. Historiar. volumine, nec non ex *Taciti*, *Stradæ*, *Hug. Grotii* Ann. Hist. aliorumque Histor. & Polit. nec non *Saavedræ* scriptis adducuntur, rationibusque & exemplis illustrantur.

Tres denique *Conciones Funebres* nuper Rostochii impressæ sunt, quarum primam *Georgius Fridericus Märck*, Pastor Buzoviensis Senior, in funere *Iohannis Alberti à Plüzkow*, Consilarii

Provincialis Mecklenburgici, & Principatus Sverinensis Mareschalli, Hereditarii in Trechovv, Trebsovv, &c. ex Apoc. XIV, 13. Buzovii habuit, hęc titulõ: Das in der Liebe Jesu sterbende und zur Ruhe gebrachte Kind Gottes (21. plag. in fol.) Secundam Schvvanæ habuit *Ioachimus Müller*/Pastor Schvvanensis, & Circuli Præpositus, in funere *Sophie Elisabetha Schwarztopf*/Conjugis *Dieterici Wolfrath*/Capitanei Ducalis arcis Schvvanensis, & Hereditarii in Warstorff & Brockhusen, filiaque B. *Casparis Schwarztopf*/ I. V. D. & Consulis Wismariensis, ex Loco 2. Tim. IV, 7. 8. hęc titulõ: des H. Apostels Pauli und aller Gläubtgen schwerer Kampff und Glaubens-Stieg. (15. plag. in fol.) Tertia fuit habita ab *Albertò Helmichio*, Pastore Rittermanshagensi, in funere *Anna Barbara Müllerin*/ Conjugis *Danielis Statii*, Buzoviensis, Pastoris Ecclesiæ Mega-Givizensis, prope Warenam, ex Ierem. XXXI, 3. hęc titulõ: die ewige aus Güte uns zu sich ziehende Liebe Gottes. (7. plag. in 4.)

## GRYPHISWALDIAE

Superiori mense Martio typis Sedinensibus impressus est liber, cui titulus: *Macarismi, seu de verâ Beatitudine libellus, h. e. Synoptica Concionis Matth. V, 1-10. à Salvatore Christo Jesu habita Tractatio Exegetico-Polemico-Moralis, auctore Conrado Tiburtio Rango, SS. Th. D. & Prof. Publ. Primario in Academ. Gryphicâ, Consistorii Regii Præside, Pomerania & Rugia Suprint. generali, ac Facult. suæ Decanò.* (10. plag. in 12.)

## SEDINI

Præsens *Gymnasi Regii Sedinensis* facies, ibidemque docentium series hæc est:

*L. Hermannus Witte* / Pastor Marianus & Theol. Prof. Primarius.

*L. Gottlieb Eckstein* / Theol. & LL. OO. Prof. P.

*N. A. Pompejus*, I. V. D. ejusdemque & Eloquentiæ Prof. P.  
*Christianus Lembke*, Med. D. & Prof. P.

*Johannes Georgius Röserus*, SS. Theol. D. Prof. P. & Rector.

*Paulus*

*Paulus Ietze*, Græcæ Lingvæ & Poëſeos Prof. Ord.

*Johannes Petrus Gergerus*, Gallicæ & Italicæ Ling. Prof.

GEDANI

In Athenæo *D. Samuel Schelgwigius* disputavit ex Theologiâ  
*contra Quackeros* (1) 27. Novembr. 1698. de *Eucharistiâ*, Resp.  
*Bartholomæo Hauckio*, Stargardiâ-Boruffo. (2) 11. Decembr. de *Ecclesiâ*,  
 Resp. *Immanuele Kühn*, Colbergâ Pomerano. (3) 22. Januarii 1699.  
 de *Hierarchiâ Ecclesiasticâ*, Resp. *Marco Mohr*, Elmshornio Hol-  
 fato. (4) 29. Januar. sub eodem titulo, Resp. *Iohanne Salomone Rish-*  
*zero*, Gedan. (5) 19. Febr. sub eodem titulo, Resp. *Bartolomæo*  
*Hauckio*, Stargard. Boruffo. (6) 19. Martii de *Hierarchiâ Politicâ*, Resp.  
*Iohanne Matthæo Hesflo*, Colbergâ Pomer. (7) 2. Aprilis sub eodem  
 titulo, Resp. *Iacobo Zytzau*, Pentzlinensi Mecklenb. (8) 9. Aprilis  
 de *Hierarchiâ æconomicâ & de Novissimis*, Resp. *Paulo Theophilo Hoff-*  
*manno*, Torgensi Misnico. Quælibet Disputatio continet 3½. pl.

*D. Iohannes Godofredus à Dieffeldorff*, ex Iure disputa-  
 vit (1) 4. Decembr. 1698. de *Iudice erubescente ut Viro bo-*  
*no*. (2) 26. Febr. 1699. de *Iudice erubescente ut Iurisperito*. In u-  
 traque Disputatione respondit Auctor *Matthias Mannius*, Elbingen-  
 sis. Quælibet earum continet 3. pl.

Sub moderamine *Christophori Bebrii*, Eloq. & Poëſeos Prof.  
 P. (1) 18. Decembr. 1698. Actus Progymnasticus de *Templo Mnemo-*  
*ſynes* exhibebatur, perorantibus sex Adolescentibus, patriâ (exce-  
 pto uno) Gedanensibus, nempe *Iohanne Ephraim Gnoſſio*, *Salo-*  
*mone Theophilo Pomian Pesarovio*, *Christiano Nicolao Hoppio*, Soll-  
 qvellâ Marchico, *Michaele Gottlieb Hanschio*, *Samuele VVolfſſio* &  
*Sigismundo Alberto Rosenberg*. (2) 15. Januarii de *Nativitate Christi*  
 versibus heroicis, suo studio concinnatis, publicè perorabant  
*Gottlieb Schelgwigius*, *Iohannes Georgius Rosenberg*, *Ludovicus VVol-*  
*ters*, & *Daniel Fremauth*, omnes, præter tertium Holmiâ Sve-  
 cum, Gedanenses.

Sub moderamine *Constantini Wolffii*, Græcæ & Hebr. Lin-  
 gvæ Prof. P. 5. Februarii, præmisso programme 1. pl. Orationem

Græcam de Christo θεανθρώπων solenniter habuit *Paulus Theophilus Hoffmannus*, Torgâ Misn.

Præterea ibidem 27. Octobr. & diebus sequentibus 1698. publicâ auctione distrahebatur exquisitissima Bibliotheca *Mölleriana*, à Patre *M. Salomone Mollero*, & Filio *D. Iohanne Gottlieb Mollero* collecta. Catalogus constat. 29. pl.

Sub finem an. 1698. recusum edebatur *D. Iohannis Gerhardi Cimmeliæ spirituale piorum cordium*, Germanicè: Frommer Herzen Geistliches Kleinod/das ist / Vier unterschiedene Tractätlein/ deren das Erste in sich begreift eine Erklärung des Catechismi, durch auserlesene Sprüche heiliger Schrift: Das Andere/ Geistliche Gespräch Gottes des Herrn und einer gläubigen Seele. Das Dritte/ Trost- Sprüche und Trost-Gründe in allerhand Noth und Anfechtung. Das Vierte/ die Litaney mit andächtigen Herzens-Geuffern erkläret. Auf gnädige Anordnung einer hohen Fürstlichen Person zusammen getragen durch *Iohannem Gerhard D.* mit etner neuen Vorrede *D. samuel Schelwigs/ Dantsig/ Drucks und verlegtes Johann Zacharias Stolle.* (12 $\frac{1}{2}$ . plag. in 12.)

7. Ianuarii 1699. vesperi circa horam undecimam placidè obdormivit *Michael Strausius*, Ecclesiæ ad *D. Mariæ* Minister, in orthodoxâ doctrinâ solidè fundatus, ejusdemque tenacissimus. Nascbatur Gedani 1641. d. 15. Septembr. studiis primùm in patrio Athenæo, usque ad annum 1660. hinc *Wittebergæ*, *Lipsiæ*, Jenæque incubuit. Ministerium à 1672. obire cœpit in *Güttland*, Infulæ *Gedanensis* pago, altero autem abhinc anno in urbem vocatus Ecclesiæ ad *D. Iohannis* usque ad 1682. atque posthac Ecclesiæ *Marianæ* ad finem vitæ fideliter nec sine Zelo pro veritate inservivit. Bibliotheca illius per auctionem 4. Febr. seqq. divendebatur. Defuncto in functione successit *M. Johannes Christophorus Kosteuschertus*, qui an. 1685. primùm in *Academia Gryphisvaldensi* Logicæ & *Metaphysicæ*, atque hinc ab anno 1686. per decennium ferè integrum in Athenæo patrio *Gedanensi* Philosophiæ primæ & practicæ Professionem publicam, unâ cum Bibliothecarii munere obiit: Inde Ecclesiastes ad *D. Barbaræ* factus, nuper die 15. Martii auditoribus pri-

pristinis valedixit, & 22. ejusdem mensis primâ concione cœtum ad D. Mariæ salutavit.

ELBINGÆ

1. Octobris 1698. circa horam X. antemeridianam rebus mortaliū eximebatur *Ernestus König*, Philos. Mag. & Gymnasii Rector, qui anno 1635. 28. Aprilis in oppido Pomeraniæ Uchtenhagen, prope Stargardiam, natus, anno 1660. in Regio *Stetinesium* Gymnasio Professionem Eloquentiæ nactus, anno 1667. *Thorunien-si*, atqve hinc anno 1688. *Elbingensi* Gymnasio Rector præfectus est, Vir plurimæ eruditionis & indefessæ diligentiæ, cui 23. Octobris Thorunii *Johannes Czimmermannus*, Præconfulis ibidem Filius, Patri cognominis, in splendidâ Panegyri *Orationem* encomiasticam habuit, typis exculam (6. plag. in fol.)

REGIOMONTI

Die 16. Martii, post decem dierum decubitus, febris malignâ extinctus, ac 25. Martii funeratus fuit *Michaël Pantelius*, Med. D. cujus an. superiori 1698. mense Octob. p. 182. mentionem fecimus. Prodiit is in hanc lucem Gedani an. 1665. d. 30. Septembris, ac primùm in Scholâ patriâ, deinde in Athenâ, quod ibidem viget, literis humanioribus imbutus, an. 1687. in Regiomontanam Academiam se contulit, ubi integrum ferè quinquennium commoratus, Medicinæ operam dedit. Hinc Lugdunum Batavorum petiit, ibidemque an. 1693. præviâ Disputatione Inaugurali de *Calculo Renum & Vesicæ*, solenni ritu *Doctoris* titulum adeptus est. Vnde domum se recipiens, excursu in Germaniam & cum primis Saxoniam inferiorem factò, an. 1695. ad suos rediit, eodemque annò denuò in Academia Regiomontanâ nomen suum professus, ibidem, pro obtinendâ docendi facultate, an. 1698. d. 11. Septembris Disputationem Medico-Chymicam, de *Mercurio, & ejus in usu medico. operandi ratione*, habuit, quam d. l. recensuimus.

Die 31. Martii *Godofredus Wegnerus*, S. S. Theol. D. & Prof. Ord. Disputationum Theologicarum quibus *Enanthiophania in Libris Symbolicis Lutheranis* occurrentes conciliantur, primam  
pro-

propofuit, Respondente *Iohanne Iacobo Storbeck/ Qvednav. Prus-  
fo.* (3. plag. in 4.)

## REVALIAE

Sub ipfum præfentis anni aufpicium prodiit *Revalia, Eftbonia  
Metropolis, Liberata, exhibita Calend. Januar. MDC LXXXIX:*  
(1. plag. in 8 ) Catalogus hic hominum Literatorum, *Revalie*, degen-  
tium, (quos inter, præter plurimos Nobiles Svecos, etiam Comes  
quidam, & Liberi Barones nonnulli referuntur) eadem profus ra-  
tione adornatus eft, quâ hactenus in Livoniâ *Riga & Dorpatum* (ad  
*Lubeca Literata* exemplum) eruditos fuos exhibuerunt. Con-  
cinnavit autem hunc Syllabum *Iohannes Rudolphus Brehm*, Erf-  
furto-Thuringus, Eloquentiæ & Hiftor. Profeflor in Gymnafio Re-  
valienfi, quem an. fuper. 1698. p. 77. laudavimus.

*Gebhardus Himfelius*, Med. D. novam haud itâ pridem *Salis*  
ex aquâ (certâ modificatione motûs & quietis) præcipitatâ coquen-  
di rationem adinvenit, cujus Specimen fuperiori anno in Infulâ  
*Wormsö* (è regione Hapfaliæ fitâ, & operi huic ἀλοποιητικῷ de-  
ftinatâ) edidit. Meretur hæc de re legi *Testimonium* vernaculum,  
memorato D. *Himfelio* ab iis, qui documento ifti interfuere, datum,  
*Revaliæ*que typis impreffum, quod itâ habet:

*Akteſt, welches dem Tit. Herrn Doct. Gebhard Himfeln, von  
denen bey der Salz-Probe gewefenen Bevollmäch-  
tigten ertheilet worden:*

Wir unterfchriebene Wittgewercke / und zu Unterfuchung der Pro-  
be des neu-angelegten Salzwerckes auf *Wormsö* Bevollmächti-  
ge / habè hiemit und krafft dieses / nach unserm besten Wissen und Gewiſ-  
ſen / dem Hn Doct. Gebhard Himfeln, über dem was wir gesehen / er-  
fahren / und wahr zu feyn erkand / unserer Vollmache gemäß attesti-  
ren ſollen und wollen:

1. Nachdem er uns das Geheimniß der Präcipitation fund ge-  
ſhan / und wir ihm auff unsere Treue und Redlichkeit / die Sache nicht  
zu offenbaren / verſichert; ſo haben wir das præcipitirte Waſſer / ſo  
in Rüſſen geſammlet / und worinnen die Präcipitation aus Noth und  
wegen Mangel nöthiger Bau-Materialien zur Anfertigung der dazu  
ſonſten

sonsten gehörigen Zeiße geschehen müssen/ probiret und befunden/ daß nachdem das Gewitter und die Zeit es ihm zugelassen/ er auch unerschiedene Arten präcipitirten Wassers in obgedachten Rüssen/ in Vorrath gehabt/ nemlich im ersten/ welches nicht lange in der Präcipitation stehen können/ wug ein Glas 30 $\frac{1}{2}$  Loth / welches wilden Wassers 30 Loth hielte / und des gemeinen Salz-Wassers/ so starck mans auch ohne Präcipitation und von Natur bisher haben können/ 30 $\frac{1}{2}$  Loth/ die andere Art des präcipitirten Wassers wug 31 $\frac{1}{2}$  Loth/ die dritte 31 $\frac{1}{2}$  Loth/ die vierde 32 $\frac{1}{2}$  Loth/ die fünfte 32 $\frac{1}{2}$  Loth.

2. Ferner befinden und erkennen wir warhafftig zu seyn/ daß diese Präcipitation und Scheidung geschehe bloß allein durch eine Modification der Bewegung und Ruhe/ ohne künstliche Machinen oder andere Arbeit / (welche viele Unkosten zu erhalten und auszuhalten erfordern /) als Einschöpfen des Wassers in die zur Präcipitation bereiteten Zeißen/ und Aufschöpfung des präcipitirten so wohl / als des über demselben stehenden süßen Wassers.

3. Attestiren wir/ daß diese Präcipitation eben solchergestalt/ wie das Getreyde / denen Veränderungen des Gewitters unterworfen / demnach / wenn wir die Gewitter/ welche wir ordinaire zu haben pflegen/ betrachten/ befinden wir/ daß man eben solchen Staat hierauff machen kan/ als ein Land-Mann auff seinen Acker-Bau.

4. Befinden wir der Warheit gemäß zu seyn/ daß in eben solcher Zeit/ als in einem kleinen Zeiße die Präcipitation geschlehet/ es auch in gleich geschwinder Zeit in einem neben liegenden grossen Zeiße geschehen kan / sie mögen auch so groß seyn wie sie wollen/ wenn nur ihre Höhe einander gleich seyn.

5. So viel wir durch den Geschmack und das Gesichte urtheilen können / ist das davon gefortene Salz ohn allen Tadel/ so wohl nach dem Geschmack als nach der Farbe/ weil so wohl die in dem gemeinen Salz-Wasser steckende Bitterkeit als auch Röthe durch ihn in unser Gegenwart davon geschleden worden.

6. Was übrigens bey dem Salz-Sieden vorgegangen / wird das darüber geführte Protocoll ausweisen / wie neml. von der ersten Gattung präcipitirten Wassers mit 350. Scheit Holz / 3. Külmee

und

und ein Stoff Salz gefotten worden. Von der andern Gattung mit 400. Scheit Holz/ 6. Rülmet und  $7\frac{1}{2}$  Stoff. Von der dritten Gattung mit 450. Scheit Holz/ 6. Rülmet  $9\frac{1}{2}$  Stoff Salz; von der vierdren Gattung mit 564. Scheit Holz/ 16. Rülmet Salz/ von der fünfften Gattung mit 185. Scheit Holz 8. Rülmet Salz.

7. Das Holz/ welches beytm Sieden verbraucht worden/ war gemenger mit Ellern/ Bircken und Espen/ und so viel wir auff das genauffte abnehmen könten/ eine Revalsche Elle lang.

8. Wir haben eines in das andere gerechnet/ und den Faden von 700. Scheit Holz befunden/welcher 6. Ketinländische Fuß lang und hoch war.

Dieses haben wir zu Greuer der Warheit hiemit unter eigenhändiger Unterschrift und beygedruckten Pertschafft bekräftigen wollen. Gegeben bey dem Salz-Sied-Hause auff der Insul Wormsöo/ den 24. Maji, Anno 1698.

Christ. Mariaest. Hasselblatt/  
p. t. Past. Nuck.

(L. S.)

Isaac Xulin/  
Professor.

(L. S.)

Caspar Henrich Sperbach/  
Pastor zu Haysal.

(L. S.)

Joh. Joachim Helwich/  
Direct. Mus. G. R. R.

(L. S.)

Jacob Meyer/  
Gräfl. Königsmarct. Inspector.  
(L. S.)

#### HAFNIAE

*Christianus Wormius, VVilhelmi, Conferentia Consiliarii, filius, M. Michaëli Hendrichson in Pastoratu Ecclesiae D. Nicolai aliquando successurns, iphis Calendis Martii sacrum Vicarii Pastoris munus suscepit, & in Templo D. Mariae inauguratus fuit; die 5. Martii verò à Praepositò M. Iohanne Dorschéo introductus & Ecclesiae D. Nicolai fuit commendatus.*

Die 8. Martii *Iohannes Wandalinus, SS. Theol. D. & Prof. Primarius, Respondente Jacobo Meulengracht, Philosophiae Baecalaureo, disputavit de Notis vera Ecclesiae. (7. plag. in 4.)* Paragra-

graphus 1. hujus Dissertationis agit de Donatistarum sententiâ, quâ sibi olim in Africâ veram Ecclesiam arrogârunt, exclusis reliquis omnibus per totum orbem Christianis cœtibus. 2. Comparat Pontificios cum Donatistis. 3. Demonstrat, Pontificios abuti Augustini effatò de Ecclesiâ, quòd qui eam habere nolunt matrem, nec Deum habituri sint patrem. 4. Probat, extra veram Ecclesiam neminem salvari posse. 5. Recenset Notas Ecclesiæ apud Adversarios. 6. Proponit quæstionem inter Nos & Romanenses agitatam, quorum sit vera Ecclesia? & asserit, hoc non nisi ex Scripturis sciri posse. Quapropter 7. & 8. dictum Ioh. X, 27. explicat, simulque demonstrat, per vocem Christi intelligendam esse vocem Legis Moralis, vocem *ἰσαγγελίας* in scriptis Prophetarum V. T. vocem Apostolorum & Evangelistarum, ac vocem Pastorum in Ecclesiâ; non autem vocem Legum Ceremonialium, vocem Traditionum, vocem Carnis & Sangvinis, aut vocem Spiritûs Enthusiastici. 9. Probat, Principium Ecclesiæ constitutum, quod ei dat esse, Verbum Dei esse. 10. Asserit, Notas veras Ecclesiæ esse puram Verbi Divini prædicationem, & rectam administrationem Sacramentorum. 11. Respondet ad Objectiones Pontificiorum, dum nostras Ecclesiæ notas ut minùs sufficientes traducunt. 12. Occurrit eorum exceptioni, Ecclesiam ipsam notiozem esse, purâ Doctrinâ & rectâ Sacramentorum administratione. 13. & 14. Diluunt Socinianorum & Arminianorum argumenta & argutias, non easdem solùm tibias cum Pontificiis instantium, sed etiam dicentium, quòd illud, quod est instrumentum colligendæ Ecclesiæ, non possit esse certa Nota Ecclesiæ collectæ, & quòd prædicatio pura, non sit nisi sola Pastoris actio, adeoque non possit esse nota Ecclesiæ. 15. & sequentes, Notas illas examinant, quibus Pontificii nituntur, dum suam Ecclesiam veram Christi Ecclesiam esse contendunt, & quidem 16. Vnitatem, 17. Sanctitatem, 18. Miracula, 19. & 20. Catholicismum, 21. & 22. Antiquitatem, ac denique 23. 24. 25. Successionem Episcoporum, ventilant.

Eòdem d. 8. Martii horis pomeridianis, *M. Andreas Frölundæ*, in Auditoriò Collegii Medicæi, Respondente *Iohanne Alberti Vieth*, Exercitationem sentiam de *Χείρο-κρη προδοσιψία* *Sacerdotum Ebreorum*,

*rum, stante Templo*, proposuit. (2. plag. in 4.) De præcedentibus quinque hujus argumenti Exercitationibus vide super. an. 1698. p. 79.

Sequenti die 9. Martii, Præside *Bartoldo Botfaccò*, SS. Theol. D. & Prof. Regiò, nec non Ecclesiæ Teutonicæ S. Petri Pastore, *M. Henricus Schleeff*, Sulzâ-Mecklenburgicus, Disputationem Theologicam habuit, de *Omnipræsentia Christi Hominis, in Exinanitionis statu consideratâ*, divisitque illam in tria Capita, quorum primum agit de Omnipræsentia in genere, afferens §. 1. vocis hujus Etymologiam, §. 2. Homonymiam, & §. 3. Synonymiam. §. 3. & 4. probatur, quòd Omnipræsentia non sit attributum Dei essentialè, §. 5. quòd nec ipsa immenitas, §. 6. quòd Omnipræsentia Dei non à solâ essentiali divinæ immensitate, sed quoque à divinâ potentia & voluntate dependeat, §. 7. quòd omnipræsentia carnis Christi unica & adæqvata causa non fuerit unio personalis, §. 8. quòd præsentia Dei in Philosophorum scholis depicta non sit consideranda. §. 9. Definitionem Omnipræsentia sinit, cujus formalis conceptus involvit & propinquitatem substantialem §. 10. & universalem operationem §. 11. quæ probatur ex Ierem. XXIII, 23. 24. ab aliis præsentia divinæ speciebus §. 12. ab oppositò hujus præsentia §. 13. & à suffragiis Theologorum §. 14. Caput secundum agit de Majestate Omnipræsentia Christi Hominis, in statu humiliationis nondum plenè usurpatâ, quam, præmissâ §. 1. controversiâ inter Tubingenses & Marpurgenses, §. 2. 3. & 4. probat à verâ *κένωσει* in genere factâ, §. 5. ab exinanitione omnipotentia, §. 6. à Christi glorificatione, §. 7. & 8. à causâ finali & fructu ascensionis Christi in cœlos, §. 9. à veritate mortis Christi, §. 10. à Theologorum orthodoxorum testimoniis. §. 11. Respondet ad Objectionem ex Ioh. III, 13. & §. 12. ex Ioh. V, 17. desumptam, §. 13. destruit illam exceptionem, quâ præsentia partialiter & inadæqvate pro nudâ *ἀδιασασία* seu indistantiâ sumitur, §. 14. Diluitur argumentum, petitum ab assumptione humanitatis in infinitam *τῆ λόγου υπόστασιν*, itemque §. 15. aliud, quòd fundatur in intimâ duarum naturarum unione, earumque *περιχωρήσει* mutuâ &

& profundissimâ. Caput tertium denique agit de Majestate Omnipræsentia hominis Christi in statu exinanitionis particulariter usurpatâ, quæ §. 1. & 2. ex operibus Christi apud homines ratione loci absentes peractis; §. 3. è divinò cultu à credentibus ipsi exhibitò; & §. 4. ex institutione Eucharistia; demonstratur.

Sumptibus Iohannis Iusti Erythropili, Bibliopola: Hafniensis, at typis Hamburgensibus, exscripta est Translatio Germanica Concionum Anglicarum *Nehemia Rogers*, quibus explicavit *Parabolam de Divite Stulto*, Luc. XII, 16-21. Accedit ejusdem Auctoris *Comitas Christiana*, sive *ultimum Vale Paulinum*, concione quâdam, Londini habitâ, ex 2. Corinth. XIII, II. propositum. Vtriusque versionis titulus hic est: *Der Reiche Thor/ oder gelehrte und Schriftmäßige Erklärung des Gleichnisses Luc. 12, v. 16-21. Und er sagte ihnen ein Gleichniß und sprach: Es war ein reicher Mensch/ des Feld hatte wohl getragen / &c. beschrieben in Englischer Sprache von den hochgelehrten und berühmten Nehemia Rogers, Diener des Evangelii Jesu Christi zu Doddinghurst in Essex. Noch ist hiebergesüget ein Tractatlein eben dieses Auctoris, genant Die Christliche Freundlichkeit / oder Pauli letzter Abschied / vorgeragen in zwo Predigten über 2. Corinth. 13, v. 11. in St. Margarithen Kirche zu London, bey seinem Abschied von dieser Kirche zu einer andern. Nunmehr dem zuechhaber zu Dienste ins Hoch-Teutsche übersetzer. Copenhagen/in Verlegung Johann Just Erythropilus/ 1699. (3. Alphab. in 4.)*

Sub prælo calet *Historia Romana L. Annaei Flori*, clarissimi scriptoris, *Versio Danica*, adornata à à *M. Magno Wyngaard*, olim S. holæ Tistedensis in Jutiâ Rectore. (in 8.)

Nec non *Relatio Danica de Energumenis Tistedensibus.* (in 8.)

*Observationes Anatomicae mensis Februarii 1699.*

Die 14. Febr. ex Regina Serenissima prædiò Seelandicò *Monstrum Suillum* Hafniam perlatum & cultro anatomico subjectom

fuit, constans ex capite grandiori unicò, perfectis oculis & auribus, dentibus 4. inferioribus acutis caninis, & 2. superioribus, collò & pectore unicò, sed bifurcatò abdomine, & spinà dorsì duplici, caudis duabus, quatuor pedibus posterioribus ritè formatis, & unguis bifulcis, setisque tenerioribus instructum. Apophyses pedum & superiorum artuum teneræ valde molliter tantum cohærebant, rectèque distingvi poterant ab osibus; 2. pedes anteriores quoque debitæ magnitudinis possidebat, cum unguis bifidis, & in dorsò pariter adhuc alios duos pedes, dimidià sui parte concretos intus omoplata dextra dependentes foras, reliquà sui parte intus latentes. Cujus sexus fuerit hoc monstrum suillum, accuratè dici nequit, (videtur tamen foeminini fuisse) nam antequàm in urbem allatum est, ab imperitiori vulgò rusticò jam visceribus & interaneis suis fuit spoliatum, ac rudiori futurà ex filò trajectò coagmentatum, ut umbilici insertio, utrum unica vel duplex fuerit, non apparuerit amplius, nec reliquæ partes internæ examinari potuerint. Quilibet pes duas anteriores latiores, totidemque angustiores posteriores habebat unguas. Edebatur hoc monstrum cum aliis viventibus, licet mortuum: Videtur tamen ex justâ magnitudine suâ, legitimum partus terminum attingisse. Sub colli vertèbris spina dorsì demum dividi conspiciebatur; Costæ tenuiores oblongæ satis utrinque transparebant, & obliquè versùs spinam sursum excurrerant, Proboscis, oculi & aures, mucò quasi conglutinati connivebant; ob metum putredinis saluginosum foetorem spirabat, nares ferientem. Sed accuratam duplici hujus fetus suilli descriptionem, unà cum *Monstrò Humano bicipite* Lundbyensi, Celeberrimus Archiater Regius, *D. Georgius Francus de Franckenau*, brevi editurus est.

Die 20. Februarii S. R. Maj. Clementiâ denuò curiosis Artis Medicæ & Chirurgiæ cultoribus *Cadaver Mulieris* (quæ se ipsam laqueo jugulaverat) ad Anatomen concessit; ubi præter alias Demonstrationes Anatomicas, *Dn. à Buchwald* peritâ manu nitidisque instrumentis varias operationes Chirurgicas instituit, nimirum: In Abdomine, Paracenthesin, Gastrorhaphiam, Lithotomiam, Sectionem Herniæ, & fistulæ ani; in Thorace, Paracenthesin

thelin Pectoris, & amputationem Mammæ; in Capite, Polypi extractionem, fistulæ lachrymalis sectionem, ac Trepani applicationem; in Artubus, futuram tendinum, arteriarum, sectionemque aneurismatis, &c.

*Ottobonis Sperlingii, IC. & Consilarii Regii,  
de Ambactis apud J. Casarem Scholion.*

J. Casar's locus ad quem quædam annotaturi sumus exstat l. 6. p. m. 229. Omnes, (Galli) in bello versantur, atque eorum, ut quisque est genere copiusque amplissimus, ita plurimos circum se Ambactos Clientesque habet.

Per Ambactos possent dici intelligi debere servos & ministros, per Clientes verò Nobiles, ingenuos, Comites, amicos. Verissima dixit Cæsar, ita enim non solum Galli, sed & Germani, omnesque retrò Septentrionales vixerunt, his servis & Amicis stipati, prout illorum historiæ quavis paginâ ferè docent.

Primus fuit Cluverius, cui suboluit de Germanicâ vocis origine in *Ambactis*. Et rectè quidem ab *Ambt*/munere seu officio nomen deduxit quod Belgæ *Ambacht* vocare solent, & cum *Ambactis* propius facit.

Hoc saltem quæritur, an *Ambacti* fuerint ingenui veteribus? quod existimarunt multi. Ex omni autem antiquitate Septentrionalium constat eos servos fuisse; nulli verò servi antiquis ingenui & liberi, neque Romanis, neque Græcis, nec apud Septentrionales populos ullos. Nam aut ipsi in servitutem se tradiderant, aut in servitutem accepti & capti erant. Sive igitur ministri sive famuli sint dicendi, servi tamen erant *Ambacti*. Ennium illâ voce *Ambacti* usum scribunt, & exstat in ejus fragmentis, quæ collegerunt docti viri, sed & Cæsarem suos *Ambactos* ex eo petiisse Turnebus voluit: quod non video opus esse, cum Cæsar illa scribens in Galliâ vixerit & nomen illud inter Gallos sæpius audiverit. Hinc itaque Glossarium vetus *Ambactus* δῆλον μισθωτός, ὡς ἔννιος. Ex Ennio Festus attulit, & ex Festo Paulus, qui Gallicam linguam agnoscit in voce

At non soli Galli sic loquebantur, sed omnes Celtae, h. e. Septentrionales. Celtica enim lingua a Scythis ipsis totum Septentrionem usque ad Alpes & Illyrios pervasit, quæ deinde, Danis linguam illustrantibus, Danica coepit vocari, non Gothica, non Norvegica, non Islandica, non Suecica, ut in meâ dissert. de linguæ Danicæ prerogativâ inter Septentrionales pluribus docui, & adhuc docere poterò. Ad hanc igitur linguam communem Septentrionalium *Ambactus* & *Ambatt* pro Servo & Servâ originem suam refert, eoque spectant Diodori Siculi verba I, 5. p. m. 212. ubi loquitur de Gallis: *ἐπαύγονται δὲ καὶ θεράπωντας ἐλευθέρους, ἐκ τῶν πενήτων καλαλέγοντες, οἷς ἠνιόχοις καὶ παρασπισαῖς χρῶνται κατὰ τὰς μάχας.* Vixisse autem Diodorus Sículus videtur, & paulo ante Cæsaris in Galliam expeditionem, & cum J. Cæsare, & cum Augusto.

Ideo non negandum mihi sumam fuisse Gallis Ambactos etiam liberos homines & ingenuos. Et *θεράπωντας* idcirco vocavit Diodorus, & quidem *ἐλευθέρους*, non verò *δούλους*. Nam eadem vox sæpe significationem extendit aut contrahit in hæc vel illâ gente. Et fuisse Septentrionalibus omnis generis ministros, & famulos, & libertos & Servos discimus, tam ingenuos, quam mancipia spectantes. Ingenuos vocabant *Frialsir*, *Frelsemænd* Danis, qui aut erant *Devoti*, aut *Soldurii*, ut Cæsar illos vocavit, Comites & Amici, ut Tacitus eos appellat, *παρασπισαί*, ut Diodorum audivimus interpretantem. Et rectè quidem Cæsar illos describit, I. 3. B. Gall. p. m. 112. nisi quod Devotos & Soldurios confundat, cum multi fuerint Devoti, qui non erant Soldurii; Sunt enim *Soldurii*, qui ex quadrâ & stipendiis Domini sui vivebant, licet se non devovissent. Fuerunt nihilominus multi ex illis Solduriis, qui etiam devoti erant. Alii erant *Devoti*, per solam amicitiam, nullâ Domini mercede vel stipendiis intervenientibus, comitantes & commorantes: sicque vera sunt, si sic distingvantur, quæ Cæsar habet: *Adcantuannus*, inquit, cum 600. *Devotis*, quos illi *Soldurios* appellant; quorum hæc est conditio, ut omnibus in vitâ commodis cum his fruantur, quorum se amicitia dediderint. Si quid in per vim accidat,

dat, aut eundem casum unâ ferant, aut sibi mortem consciscant. Neque adhuc hominum memoriâ repertus est quovquam, qui eo interfecto, cujus amicitia se devovisset, mori recusaret. Eadem ratio apud Septentrionaliores, etiam ultimos, in ipsâ Islandiâ, qui ex Norvegiâ, Angliâ, Daniâ, Sveciâ, Gothiâ, coaluerunt, obtinuit. Dicitur enim de Audâ divite, in Landnama Sagâ p. 52. quando ex Scotiâ Islandiam petiit: *Epter thad for Audur at leita Islands; hun hafthi a skip, medser thriatigi Karla frialsa: h. e. Posthæc Auda ad Islandiam quærendam navigavit: Habuit illa secum in navi triginta nobiles & ingenuos viros; scilicet præter servos & servas alias.* Sic quoque de Geirmundo prædicat idem liber p. 60. *Geirmundi thotti Landnam sitt oflitid, er hann hafthi rausnarbu oc fjölmönt, svo at hann hafthi 80. Frelsingia. h. e. Geirmundo videbatur possessio quam ceperat nimis angusta, erat enim ipsi magnifica domus, & familia magna: ita ut 80. nobiles & liberos aleret.* Hi igitur, quos Cæsar Devotos & Soldurios ibi vocat, illic Ambactos & Clientes appellavit; Infra illos erant liberti, quibus Libertas ex servitute manumissis dabatur, & Septentrionalium aut Danicâ linguâ dicebantur *Leysinger*, & *ðöggifvæne* / ex soluti servitute: quibus idem jus cum ingenuis, nihilque differebant, nisi quod aliquando in servitute fuerant, adeo ut Domini & Patroni non vererentur filias suas illis collocare. Hos quoque ingenuos & libertos sub alio nomine comprehendebant communi, *Svenne* Danicè & *Sveinir* Islandicè appellantes. Sed *Ambatt* etiam in Septentrione usitatissimum mansit vocabulum, at non tam latâ significatione ut apud Gallos: neque enim Viri *Ambatti* dicuntur, sed *thralle* h. e. mancipia: fœminæ solæ illis *Ambatter* audiunt, & quidem non ingenuæ, sed servæ & mancipia. Ex *Ambatt*, & ex eadem radice descendit *Ambod*, quæ sunt *utensilia servilia* sive marium sive fœmellarum, cum quo convenit *Ambost* Germanorum, tanquam præcipuum inter Instrumenta, *Incus*.

Sed Germanis hodie *Tralle* & *Ambaris* dicuntur *Schlayen* & *Schlayinnen* quod perpetua ipsis cum Slavis & Sarmatis bella essent, ex quibus captivi & mancipia quæ serviebant, propriè *Schlayen* dici coeperunt; postea ad omnia mancipia translatum vocabulum,

Erat & aliud Septentrionalibus nomen, quod ad *Ambatt* pertinet;

net, nec minùs antiquum: vocabant enim illas etiam servas *Fleckotta*, propriè maculatas, *gesflechte* / vel quod ex servitute maculam retinerent, vel quod Domini peculiaribus maculis illas notarent. Occurrit illud vocabulum in Landnamâ Islandicâ jam dictâ p. 173. ubi permutatur Hecla *Fleckotta*, *Enska*, *serva Anglica* a Steinunâ Dominâ cum terris quibusdam, quas sibi comparavit. Hæ notæ & maculæ in servis sunt fortè vibices, & ὑπωπιασμοί, quibus servi sæpius afficiebantur, quos idcirco S. Paulus 1. ad Corinth. 9. non sine causâ conjungit; ὑπωπιάζω με τὰ σῶμα, ἕ δαλαγωγῶ. Et propterea *μασιγιά* servi sunt dicti, Verberones, Flagriones: Nonio, *νωτοπληγισ*. At ὑπωπιασμοί & ὑπόπια sunt propriè, ut Suidas explicat, ὑπὸ τὰς ὄπας τῶν πληγῶν ἴχνη. Hæc igitur varium ac maculosum tergum ac faciem reddebant, ut est apud Plautum, quoniam vibices & fugilla, Danis *Fluß* / maculas insignes relinquunt. *Μολυβδίδας* appellat has maculas Clemens Alexandr. l. 4. Stromat. p. m. 580. εἰδὲ καθαράν ἀπολύσει τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ὡς περ μολυβδίδας τὰς ἐπιθυμίας μετ' εαυτῆς φερομένην. Sunt igitur istæ maculæ lividæ instar plumbi vel plumbeatis flagris factæ, ut verè talia mancipia *Fleckotta* dici potuerint. Sic idem Islandi *Flecka* ovem vocant variegatam, ein bund *gesflechte* Schaff. Atque inde Sueci tam ex *Flecka* quàm *Fleckotta* suas in hunc usque diem puellas *Flitser* appellare perrexeerunt.

*Ambactis* igitur nihil cum Latinâ lingvâ commercii, nec ut *actus*: aut *circumactus* Ambactus dici debet, prout Festus voluit & Paulus: sed manet Gallicum, Celticum, Septentrionale, & Danicum vocabulum: Gallis honestius & latius, cæteris Septentrionalibus servilius. Hinc de operariis & opificibus hæc vox Germanis quondam familiaris erat, ut & hodie die *Kempster* / & ein *Ambmann* idem quod *Handwerksmann* / quin & veteribus *ambachten* verbum, idem erat quod manibus operari, ut apud Willeramum: *Sie ambachten themo luibe*, id est, cibum vitæ operabantur. Et apud Otfriedum in Evangelio l. i. c. 25. *ambachten*, operari. Nec Keronis Glossarium aliter: *Minister*, *Ambacht*. *mini*straverit, *ambacht*: *Officina*, *Ambacht*. *Rectius*.

Rectius vertissent, Operarius, operatus sit, Officina opificis. Prout Norvegis *Verckmadr* etiam dicitur operarius, parum differens a *Thrall* seu mancipio.

Et de antiquitate hujus vocis apud Septentrionales Germanos & Gallos eò minus dubitandum super est, quod Gothi in Italiam venientes & Galliam & Hispaniam, prout ante Celtæ vocem in suâ Linguâ retinuerint, ut ostendunt loca quædam Evangeliorum 4. Gothicorum, quæ Franc. Junius edidit, Marci 9. v. 35. *Der soll der seyn te seyn für allen/und aller Knecht.* Ubi Gothicè *Andbaths* reperitur, quasi ultimus Servorum omnium. Quamvis eruditissimus Junius hoc nomen honoratioribus servis existimet tribui, locus tamen ipse Marci, ejusque argumentum, aliud videtur suadere. Nam de *Scalck*, quod etiam servum significat, hoc potius verum est, illud honoratioribus convenisse. Multis nomina data fuerunt *Scalcorum*, & nobilissima munera Mareskalki, & Godscaleki, &c. tribuerunt, quod non fecissent, si servile quid in illis nominibus fuisset, quod omnino omnis causâ devitabant. Nec tam apud Danos quam apud Saxonas & Germanos *Scalci* nomen familiare fuit, ut Suenonis apud Danos, ita ut *Svenne* & *Schâlcke* pari passu ambulasse videntur, atque commune nomen fuisse, quando de ministris tam honoratioribus quam vilioribus sermo erat. Ein *Schalck* Germanis hodie aliquantum usu detortum est in pejorem partem, *hominem nimis versutè lepidum* indicare volentibus. *Andbaths* verò non ita, sed ad veros servos pertinet, ut ostendit locus Marci jam dictus, & alter locus ejusdem c. 10. v. 45. ubi *andbatjan* existat; *Des Menschen Sohn ist nicht kommen / daß er ihm dienen lasse/sondern daß er diene / und gebe sein Leben zur Bezahlung für viele.* quod erat mancipiorum vilissimorum. In Galliâ ergo *Ambathi*, Ministri honoratiores, in Septentrione reliquo mancipia.

Nec vereor *Ambubajas* apud Suetonium & Petronium huc trahere. Scortilla enim erant & servæ etiam illæ. *Cenitabat*, ait Suetonius in Nerone, *inter scortorum Ambubajarumque ministeria in publico.* Interpretor servas a barbaris captas nomine *Ambart* detorto in *Ambubajas*. Sic Petronius, quando Trimalchio Fortunatæ suæ irascens eam *Ambubajam* vocat. *Ambubaja* nunc memisit, si

de matrâ illam sustuli, hominem inter homines feci. Procul erat Trimalchio à Bajis positus, indicat autem eam servam fuisse, & liberioris conditionis per se factam, & servam ab exteris regionibus petitam, ideo *Ambactam* & *Ambubajam*. Facile enim apud Romanos talia vocabula invertuntur.

Illud autem dicendum adhuc superest, cur *Ambacti* & *Ambachts* nomen hodie servitutem reliquerit, nec supersit nisi inter ingenuos, aut planè defecerit aliis substitutis nominibus. Nam non raro contingit, tempore nomina vel deleri, vel mutari in pejus, vel in melius. Sic *Tyranni* nomen olim honestum, hodie nequissimum habetur: *Bondonis* nomen olim dignissimum, nunc vilissimum censetur: contra *Comitum* nomen olim mediocre, nunc inter illustria valde positum est: *Cancellarii* nomen non ultra Scribam aut Notarium intra cancellos quondam significavit; hodie quot dignitatibus, quanta luce circumfusum eminet? Ita quoque *Ambacti* aut *Ambats* deserunt: aut ad Illustria munera conversi ascenderunt: Germanis *Ampmann*, Danis *Ronsonß Embdsmand*, Norvegis *Ombudsmand* vocati: quæ post Christianam religionem introductam in usum venerunt, cum servi & mancipia desinerent, aut ne essent lex Evangelica & Christiana vellet, & nomen quidem *Ambat* a servitute liberavit, servos & servitutem ipsam tollere non potuit, manet hic durior, illic liberior, & ut dicatur quod res est, ingenuè serviunt.

Hæc habui de *Ambactis* brevissimè dicenda.

#### CARTEMVNDÆ in FIONIA

*Excerptum è Literis Matthiæ Henrici Schachtii,*

*Scholæ Cartemundensis Rectoris, datis*

*an. 1699. ipsi Nonis*

*Martiis.*

Instituti nostri ( de *Facie Humanâ*, in *Vegetabilibus* & *corporeibus inanimatis*, nonnulla commentandi) ratio Imaginibus iis solummodo occupatur, quæ humanam quandam speciem, vel in solido, vel in partibus, naturæ ludentis beneficio referunt. Pri-

Tab. IV. man scribendi ansam dedit *Radix Curiosa Bryonia*, in olitoris nostri hotto,

Fig. I.

horto, dum terram purgaret Hortulanus, effossæ, quæ & formâ & magnitudine infantulum recens natum, ex plurimis partibus exprimit. Caput (referente Hortulano) oblongâ rotunditate instar cranii humani, cirrhum in vertice novis foliorum caulibus & Cymatiâ mentiens, improvidè amputatum fuit & comminutum, antequam in nostras pervenit manus. Brachiis caret, sed in sinistro latere vestigium quoddam effracti brachii visitur; Reliquum autem corpus papillis, umbilico, pene, fœmoribus & tibiis (flexò tanquam poplite) leviter reclinatis, humani æmulum est, exceptis pedibus, quorum alter gracilior, alter paulò crassior, in longiusculas radices desit, sed ligone itidem laceratas & obruncatas, antequam Musæoli nostri custodiæ inter alia naturæ rariora hæc radix concederetur. Cujus iconem hic damus, sed minus artificiosam, propter præcipitantis temporis festinationem, quæ nos ad alia vocat. Ex variis variorum Scriptorum Herbariis, Miscellaneis, Relationibus, Itinerariis, Musæis, &c. non pauca huc spectantia congesimus, præter nonnulla à nobis ipsis observata, quorum specimina aliquot nostrâ possessione tenemus. Paucis abhinc annis ad littus Cartemundianum lapillum invenimus, saxeæ substantiæ, ad rubedinem vergentem, in quo Naturæ adumbratio hominem agrestem, tibias infantem, obscurioribus ductibus delineavit. Monachi effigiem in rhombo vitreo congelato, cum permultis astantibus testibus oculatis, ante biennium vidimus, cujus & delineationem veram & descriptionem *Observationibus nostris Miscellaneis* inseruimus Obs. XIII. Clarissimi *Th. Bircherodii* Musæum, quòd Othenis nitet, pro inveteratâ inter nos amicitia, curiosa quædam instituto nostro inservienda porrigit. Alia aliis debemus, sed in schedulis nondum in ordinem redactis elucubrantur, antequam Doctorum oculis & censuræ exponi possunt. Opusculi nostri Sectio prima in singularia divisa capita *Plantas* inspicit, quarum vel ligna, vel flores, vel denique radices & spongiæ, humanam quandam effigiem monstrant. Secunda Sectio *Lapides* tam ignobiles quam pretiosos examinat, quorum modicam congesimus seriem. Tertia *metallorum, mineralium, aliorumque corporum inanimatorum* figuras describit cum suis historiis & rationibus

bus quibusdam Physicis. Hic Scopus noster est; Sed quò nos trahit calamus? Ignoscite his pagellis, ne tadium vobis obrepat, dum ex undis maris Balthici insuetos quosdam incolas extrahamus è genere *testaceorum*, qui in oris nostris, ut natu majores piscatores & nautæ referunt, nunquam antea visi, proximè tamen elapsò autumnò unus post alterum captus est, & nostro Musæolo tanquam portentum allatus. Primus est *Cancer echinatus*, qui mucronatis spinis, iisque satis validis, in extremitatibus testæ horret, in plano autem dorsi brevioribus gaudet aculeis sed æque robustis. Inter oculos cornu quadrifidum tanquam proboscis eminet, cæteris partibus cancro vulgari non adeò dissimilis est testa, quam hic delincentam damus. Qvales fuerint forcipes seu chelæ hujus animalculi, utrum aculeis ejusmodi horridæ an verò glabræ, dicere pro certo nequimus, quia nobis non fuerunt visæ, nec viderunt nautæ, qui hunc cancrum ita mutilatum & quidem mortuum ceperunt. Forsitan in consueto certamine & conflictu cum aliis sui generis, forcipes pedesque demorsos amisit, antequam ex undis fuit extractus. Rarum certè est naturæ spectaculum, in quo hoc peculiare deprehendimus sæpius, quod cum status cœli pluvius, & madidæ ventorum procellæ ingruant, ex omni tum parte nigrescat testa tanquam pice obducta; serenitate autem cœli instante in rubedinem, & quidem miniatum dilutum, vergat. Quoties itaque hanc testam colores mutare videmus, toties aëris temperamenti mutationem vaticinari audemus, ut facti tam certi non sint in dubio cœli statu indicando, quam dictum in hac testa indicium.

Fig. 4. Secundus est *Cancellus, turbinem Norvagicum inhabitans*; Ad Insulam Promontorii Cartemundani Romsöam inter haleces retibus irretitos quatuor ejusmodi cancellos ceperunt piscatores nostri, nec plures, nec pauciores. Mare Americanum id genus animalculorum copiosè frequentat, ut habet *Carolus Rochefort* in Historia Insularum Americanarum, *Anilles* à Geographis vulgo appellatarum; sed in hisce Balthicis fluctibus, nec post nec ante id tempus reperti sunt Cancelli. Peculiaris Cancellorum est progenies, Americanis Cancellis admodum similis, ut ovum ovo, nisi quod hic turbinem Norvagicum, ille nautili concham, in hospitium & corpo-

peris sui munimentum contra hostium insidias eligat Cancellus. Totius animalculi præcipua pars anterior caput est, cum annexis pedibus ac forcipulis. Hæc parte corporis cancerum quodammodo refert testâ rubescente munita: Inferior autem pars à capite ad caudam tenuis est, imbecillis, nuda & mollis ad instar locustarum, testâ carens sed cuticula vestita, quæ inseritur conchæ, duobus tamen pedibus in acutum desinentibus, tanquam retinaculis existit, quibus forsâ corpus in testâ retinet ne elabatur. Historiam Cancellorum satis accuratam descripsit Gesnerus, quem gnauiter secuti sunt Aldrovandus Ionstonius, alii, sed nullam apud eos inter variantes figuras delineationem inuenimus, huic nostro Cancello simillimam. Quâ ratione in litus nostrum iactati sint hospites hi infrequentes, autumare nequimus, nisi forsâ è Norvegia vel aliunde navium carinis huc venientium adhæserint, easque ad Insulam Romsøe, ubi frequens ad anchoras navium est statio, reliquerint; Namque turbines Norvagici, quibus teguntur, in mari hoc Balthico non ante sunt reperti, sed è Norvegia ad nos transferuntur. Hæc modò in fretò Helsingoram versus Cancer Moluccanus Annò 1633. captus est, & Musæo Wormiano Hassniæ dicatus.

Tertius Cancer est monstrosus, quem expiscationibus redemptus plebejus civitatis hujus dono nobis obtulit. Primò aspectu cum monstrum illud in manu accedentis piscatoris lustraremus, bufonem vel tale quid portenti credebamur, sed propius animalculum intuentes, insolitæ formæ cancerum, non sine admiratione deprehendimus. Caput instar bufonis elatius protuberat, sed mucronatum & in acutum desinens, non quidem mobile & separatum per se, sed cum reliqua parte testæ solidum. Medio dorsi testula quædam balani Norvagici crispâ insidet cum sua apertura absque operculo vacua. Hujusce conchæ icones ac descriptiones videat Lector curiosus in Dissertatione nostrâ Physico-Historica de Cochleis, Conchis & Conchylis Class. 1. Num. 10. Corpus ad latera cum quâdam rotunditate declinat, tuberculos hinc inde rotundos, tanquam in serie, inprimis circa extremitates habens. Caudam versus lineâ incurvatâ finitur dorsi testâ, quam cauda lata vulgaris formæ, ut in cancris foemellis videmus, excipit, sub quâ

Fig. 2.

ova permulta indurata & rubescentia conspiciuntur. Corpus hujusce cancri hoc anomalum monstrat, quod in longitudinem abeat, reliquis cancris domesticis in latitudinem crescentibus, quâ insolitâ formâ bufonem non ineptè repræsentat. Pedes tenuiores sunt & præacuti, cum vulgarium cancrorum pedes complurimi forcipibus in ultimis articulis muniantur. Totus hic cancer aëri à nautis expositus & induratus, qualis jam in nostro deprehenditur Musæo, subcinereum refert colorem, interspersis undiqve maculis ad albedinem vergentibus. Uberiorem hujus & reliquorum descriptionem in Observationibus nostris Miscellaneis expectet Lector. Hisce misis manum de tabula ut tollamus, monet angusta charta. Latitant equidem in Bibliothecâ nostrâ Beati Parentis & aliorum Manuscripta non pœnitendi fructûs, quibus hæc vice supersedebimus.

## RENDSBURGI

B. Christiani à Stöffen/ SS. Theol. Doct. & S. R. M. Daniæ ac Norvagiæ Consiliarii quondam Ecclesiastici, nec non per Ducatum Slesvico-Holsaticum Superintendentis Generalis, Tractatus posthumus nuper typis Glückstadtensibus prodit, quò eximia *quatuor Cantica vernacula nostra Ecclesie*, tempore Adventûs, Nativitatis, Passionis, & Resurrectionis Christi adhiberi solita, explicantur. Titulus Operis hic est: *Vier auserlesene Gesänge / als Advents / Weihnachts / Passions und Ostern /*  
 1. Nun komm der Heyden Heyland. 1. Ein Kindelein so löblich. 3. O wir armen Sünder. 4. Christ lag in Todes-Banden. Wie solches alles mit der Heil. Schrifft übereinstimmet / und sind selbige erkläret von Christian von Stöffen / D. &c. Glückstadt / in Verlegung B. Herrel / Buchhändl. in Hamburg / 1699. (1. Alph. 6. plag. in 8.)

## KILONII

Henricus Opitius, SS. Theol. D. & Prof. P. Ord. in signe *Opus Biblicum*, cui hactenus plurimum laboris impendit, brevi (volente Deo) typis exscribi curabit. Titulus operis, unde totam in-

instituti rationem cognoscere licet, hic est: *Biblia Sacra, eaqve Hebraica Veteris & Græca Novi Testamenti; & quidem quoad Textum Hebraicum cum variis Codicibus & Manuscriptis, & optimis impressis omnibus, per multos annos collata, ac juxta Masoram aliaqve principia critica denuò recognita, accuratissimeqve emendata: Quoad Textum Græcum verò juxta Exemplar Oxoniense Anglicanum expressa, Variisqve Lektionibus selectis ex plurimis Manuscriptis instructa. Cum novâ Versione interlineari, Vocum vim & emphasin sollicitè exprimente, ac Textui Originali (& quidem in Vet. Testamento etiam quoad Accentus) accuratissime respondente; itemqve cum Summariis & Partitionibus Librorum & Capitum singulorum iisdem præmissis, ut & cum Locis Parallelis ac Notis succinctis Marginalibus, Idiotismos Hebrææ & Græcæ Lingg. illustrantibus; nec non cum Mappis Geographicis, Terram Sanctam, ac Patriarcharum, Christi item & Apostolorum Itinera, accuratè monstrantibus, ut & cum Figuris æneis, Tabernaculum & Templum Salomonæ, Arcam fœderis, Altare holocausti, Vasaqve Cultûs Levitici, & Instrumenta Musica olim in iis usitata, exprimentibus. Studio & operâ Henrici Opitii, SS. Theol. D. & in Academ. Kiloniensi Prof. Publ. Kilonii & Hamburgi, apud Gottfried Liebezeit. (in fol.)*

*Henricus Müblius*, Ecclesiarum ac Scholarum Slesvico-Holfticarum Superintendens Generalis, Concionator Aulicus Primarius, ac Præpositus, nec non Professor Theologus atqve Philologus Ordinarius, tres hæctenus Disputationes, de *Apodixi s. Demonstratione ac Probatione Scripturariâ*, habuit: Quarum primam ipsò Præside, mense Februario hujus anni 1699. defendit *Albertus Jun. Seldæ Palæog. Bremensis*. Secundam Auctor Inauguralem esse voluit, eamqve, pro supremis in Theologiâ Honoribus consequendis, sub præsidio *Christophori Franckii*, S. Theol. D. & Professoris Primarii, nec non Academiæ Pro-Cancellarii, d. 7. Martii publicæ solenniqve disquisitioni submisit. Tertiam deniqve, ipsò iterum Præside, die 14. Martii proposuit *Henricus Albertus Schumacher* / Bremensis. Omnes tres 18. plagulis in 4. absoluntur.

Mense Februario hujus anni *Johannes Bartholomæus Nasser*, Slesvicensis, Præsides *Simone Henricò Musæo*, I. V. D. Institution. nec non Jur. Nat. & Gent. Professore Ordinariò, ac Facult. Jurid. h. t. Decanò, pro Licentiâ summos in utroque Jure honores & privilegia Doctoralia legitime consequendi, Positiones Inaugurales de *Jure, quod Marito circa personam Vxoris obtingit*, publico examini submitit. (4. plag. in 4.)

*Wilhelmus Huldericus Waldschmidt*, Med. D. ejusdemque & Philosphiæ Experimentalis Prof. P. in illustrem nuper *Societatem Leopoldinam Academia Naturæ Cnriosorum* receptus est, ac *Dioctis* nomen obtinuit.

*Johannes Ludovicus Hannemann*, Med. D. Philos. Natur. Prof. P. Ord. ac Societatis Leopoldinæ Collega, dictus Nestor II, *Apologiam Astrologiæ* nuper evulgavit, sive Tractatum vernaculum, cui titulus: *Verhädigung der Astrologie, oder rechtmäßige Erklärung der Sprüche / so von dem Hn. Professore Stürmiò in seinem Tractat, genandt; Die Abfertigung Bileams, gegen die Artes divinandi sind angeführet worden; worinnen gezeigt wird, daß die Astrologia judiciaria, Chiromantia, Metoposcopia und Geomantia, aus den Gründen der H. Schrift und der Natur süßlich können behauptet werden. Hamburg, bey G. Nebezeit 1699. (5. plag. in 4.)* Oppositus est hic Tractatus (omni licet humanitate & modestiâ) Scripto vernaculo Celeb. Mathematici Altorfiani, *Johannis Christophori Stürmii*, quò ille Astrologiam judiciariam, aliasque divinandi artes, aggressus est. Inprimis autem S. Scripturæ dicta, ab eò ad stabiliendam suam sententiam allata, vindicantur & explicantur, ut: Cap. 1. Locus Gen. I, 14. Cap. 2. Loca Levit. XX, 6. 27. & Deut. XVIII, 10-12. Cap. 3. Historia Bileam. Cap. 4. Locus Judic. V, 20. Cap. 5. Locus Jobi XXXVII, 7. Cap. 6. Locus Jerem. X, 2. & denique Cap. 7. Locus Matth. II, 9. 10. de Stellâ, quæ tempore nativitatis Christi Magis in Oriente apparuit. Clauditur tandem hic Tractatus distinctione Artium divinandi (1) in *Licitas notas*, quales sunt Astrologia judiciaria, Chiromantia, Metoposcopia, & Geomantia; (2) in *licitas secretas, sive mysticas*, quæ pan-

paucis innotescunt; & (3) in *illicitas*, quæ diabolum auctorem habent, & pactum cum eodem, vel implicite vel explicitè tale, involvunt,

*Ejusdem D. Iob. Ludovici Hannemanni Continuatio*

*Porismatum de infinito & infinitis.*

(*vid. Mart. p. 84.*)

36. Totum universum non nisi infinitam in se reciprocam & reciprocantem habet operationem, à Deo per suum Omnipotens Verbum, Fiat, inditam.
37. Totius universi operatio reciproca & reciprocans a Deo indita ideas ideatas & ideas ideantes infinitas presse sequitur.
38. Ideæ, quas Totum universum in sua operatione modo & ordine immutabili sequitur, sunt infinitæ.
39. Per totius universi infiniti infinitam œconomiam sese diffundunt innatæ ideæ infinitæ tam ideantes quam ideatæ.
40. Ideæ Ideantes numero & specie sunt infinitæ.
41. Omnes Ideæ Ideantes ut ut numero infinitæ, ratione reciprocæ & reciprocantis operationis ideæ Deo ab æterno innatæ nunquam non conformes & ejus voluntati analogæ sunt, & ab ejus nutu absolute dependentes.
42. Quemadmodum Ideæ Ideantes modo infinito sunt activæ, eodem modo ideæ ideatæ sunt passivæ sub fato non reciprocantis sed reciprocatae operationis.
43. Ideæ Ideantes numero infinitæ infinitos per œconomiam rerum spiritualium & corporearum spargunt suæ infinitatis Characteres.
44. Ideæ Ideantes non nisi veræ existentia Omnipotentis Numinis characteres ac signaturæ sunt.
45. Ideæ Ideantes suæ operationis centrum ex quo manant, habent modo unum, quod est omnipotens Dei verbum Fiat.
46. Verbum hoc Dei Fiat omnes Ideas ideantes regit, disponit, activat, movet ad rerum productionem.
47. Ideæ Ideantes in mente humana principia innata omnium scientiarum artium & lingvarum gignunt.

48. Omnia idearum ideantium præter centrum primum activum quod est verbum Dei Fiat; habeant & centrum secundario movens, quod est idea Dei hominum mentibus innata; ac Signatura Numinis Omnipotentis omnibus rebus insita.
49. Ideæ Ideantes vel operatrices quoniam numero & Specie sunt infinitæ, in operatione sua sine intermissione æquali ordine & harmonia nunquam non operantur.
50. Ideæ Ideantes operationis suæ initium habent in fluido & liquido.
51. Nullæ idearum operatricum operationes sunt vel esse possunt nisi sub fato liquidi & fluidi.
52. Totum universum non posset sustinere nomen universi, nisi actu vel potentia esset liquidum.
53. Liquidum & fluidum est primum omnium rerum principium.
54. Nullum corpus adeo solidum est aut adeo firmum cujus operatio non in fluido & liquido consistat.
55. Fluidum & liquidum in se nullis circumscribitur terminis & nunquam non est activum vel & movens.
56. Omne liquidum & fluidum violenter in nexum solidi coit, suam tamen sub hisce vinculis formam fluidi & liquidi illasam tenet & servat.
57. Quæ ad liquida & fluida referuntur sunt vel liquidissima, liquidiora & liquida.
58. Liquidissimum omnium modo datur unicum, quod & per omnes creaturas meat, activat earumque vita est & anima.
59. Illud liquidissimum fluidissimumque abstracte purum in extensione & operatione sua est infinitum.
60. Illud liquidissimum, fluidissimum abstracte purum est omnium creaturarum formosissimum activissimum.
61. Ideæ Ideantes hoc fluidissimum ac liquidissimum non materialiter sed formaliter constituunt absolvunt movent activant.
62. Fluor est idearum ideantium vel operatricum ut & ideatarum principium in quo, principium ex quo & principium per quod.
63. Ideæ ideantes vel operatrices in rebus solidis & contextu firmo gaudentibus florem suum innatum illasam servant & retinent

nent ejusque beneficio solum sunt operatrices.

64. Fluor est rerum omnium ut inter se cohæreant & amico commercio gaudeant indissolubilis nexus.
65. Fluor est in universo infinitatis tam ratione extensionis quam operationis principium constitutivum.
66. Fluor Deo T. O. M. ita volente est totius universi essentia, cuncta in pulcherrimo ordine & harmonia combinans.
67. Totius universi esse, operari ac moveri, unice consistit & fundatur in fluore.
68. Omnium rerum creatarum perfectio & pulchritudo solum & duntaxat in fluore consistunt.
69. Quicquid in toto universo pulchrum, perfectum & formosum, est floris particeps.
70. Quod si Deus T. O. M. ex universo fluorem tolleret, eo ipso in chaos omnis ordinis & harmoniæ expers converteretur.
71. Natura totius universi non nisi in fluido, cum fluido, & per fluidum operatur.
72. Fluor non duntaxat hujus universi præsentis & perituri, verum & futuri in vita beata universi in æternum permansuri, humano concipiendi modo, pulcherrima essentia est, & erit.
73. Omnium rerum vita in fluore consistit.
74. Omnium rerum commercium in fluore fundatur, & quod caret fluore tam actuali quam potentiali, est non ens.
75. Fluor est æternæ ac infinitæ durationis solius Dei omnipotentia annihilabilis.
76. Fluor, ut omnium primo entia per omnipotentem Dei creationem ex nihilo in existentia apparere fecit; sic vi floris hæc Mundi compages tandem, Deo jubente, dissolvetur.

Idem D. *Joh. Lud. Hannemannus* in eo occupatus est, ut B. D. *Georgii Hannai*, Physici Othomiensis, ac Insulæ Fioniæ Medici Provincialis, nec non Polyhistoris eruditissimi, Vitam consignet. Is antehac Ethices in Gymnasio Othoniensi Professor fuit; deinde Rendsburgi in Holsatiâ Regiâ per quinquennium praxin Medicam

exercuit, Denique an. 1697. Othoniam reversus, Poliatri, Medicique ceu diximus, Provincialis munus ibi obiit, ac mense superiori Martio labente è vivis excessit. Commentarium doctissimum de *Rore marino*, ut & alium de *Thure*, nec non aliquot *Epistolarum* Centurias ad prælum paratas reliquit. Vitæ ipsius curriculum ut cum erudito orbe communicet laudatus D. *Hannemannus*, se non tantum Heredum precibus, sed ipsi etiam Defuncto *ex pacto* debere, in literis profitetur; *Siquidem cum B. Viro*, ait, *quocum mihi fraterna intercessit amicitia, tale pactum initum, quod si ego prius vitâ defungerer, hic meam vitam describeret, si ille priusictum falcis mortu expiriretur, ego illi hoc beneficium præstarem.*

*Observatio singularis de futurâ annonæ caritate vel vilitate, ex literis D. Ioh. Ludovici Hannemanni,*

*Prof. P. Kilon.*

Rustici Holsatiæ nostræ seniores *ex ramorum numero radicibus secalis annatorum* de caritate vel annonæ vilitate iudicium ferre solent. Sicque elapsi anni (1698.) ætate radices secalis *quindecim* vel & *sedecim* habuere ramos annatos, hinc quoque secalis tonna *quindecim* & *sedecim* marcis vendita; hęc autem vere radices secalis *septem* vel & *octo* ramos habent annatos, hinc & conjiciunt hęc annõ tonnam frumenti secalis octo marcis venditum iri. Arbitrantur, se in hęc præfagio esse indubitato certos, & per traditionem a rusticis senioribus ad seniores & juniores esse propagatum.

#### LV BECAE

Superiori mense Martiõ prodiit: *Series Regum Hungariæ è Nummis aureis, quos vulgò Ducatos appellant, collecta & descripta, ac Imp. Caf. LEOPOLDO, P. Fel. Aug. P. P. Optimo Principi, humili ac devotâ manu oblata à Jacobo à Mellen, Lubecensi.* Lubecæ, sumptibus Io. Wiedemeyer, 1699. (9 $\frac{1}{2}$ . plag. in 4.) Libro hęc, à trecentis & quod excurrit annis, *Hungariæ Regum*, sibi ordine succedentium, Series repetitur, & quidem juxta *Nummos aureos* à singulis usos, qui historicè, genealogicè ac heraldicè explicantur, eâ prorsus ratione, quâ idem Auctor haud ita pridem *Nummos unciales argenteos, sive Thaleros*, illustrare cœpit,

pit, ceu anno superiori mens. Mart. p. 44. sq. diximus. Sunt autem Reges Hungariae, quorum Nummi aurei, accuratè æri incisi, hic afferuntur, (simulque S. Imp. Majestati humillimè offeruntur) sequentes: 1. *Ludovicus I.* 2. *Sigismundus.* 3. *Albertus* Austriacus. 4. *Vladislaus* Jagellonicus. 5. *Iohannes Hunniades*, Hung. R. Gubernator. 6. *Ladislavus* posthumus. 7. *Matthias I.* Corvinus. 8. *Vladislaus II.* 9. *Ludovicus II.* 10. *Ferdinandus I.* Austriacus. (11. *Iohannes I.* Sepusienfis. 12. *Iohannes II.* Sepusienfis.) 13. *Maximilianus II.* 14. *Rudolphus II.* 15. *Matthias II.* 16. *Ferdinandus II.* 17. *Ferdinandus III.* 18. *Leopoldus.*

*Henricus Lubbertus*, Pastor Ecclesiæ Bælendorffienfis, in ditione Lubecensium, postquam superiori anno evulgavit *Pseudo-Christianum Lutheranium, à Gentilibus damnatum, in iis rebus, quæ ad cultum divinum & statum ecclesiasticum pertinent*, ceu an. 1698. p. 146. sq. memoravimus; simili operà nupèr edidit *Pseudo-Christianum Lutheranium à Gentilibus damnatum, in iis rebus, quæ ad Statum Civilem & Politicum spectant*, cui operi vernaculo titulus est; *Der von den ehrbaren Heyden verdammtte Luthersche Schein-Christ, in denen Stücken / die zum Weltlichen und Regier. Stande gehören / &c. Kageburg, bey Sigm. Hoffmann, 16, 9. (8. pläg. in 8.)*

Caput 1. hujus libri agit de Religione, tanquam fundamento Reipublicæ: 2. De Zelò imperantium pro religione: 3. De unitate religionis in Republica: 4. De Sumptibus ad cultum religiosum necessariis: 5. De observatione publici & communis commodi. (6) 7. De Legibus: 8. De Pœnâ Mali: 9. De ejectione hominum male feriatòrum & nocivòrum: 10. De Judiciis & Processibus judicialibus: 11. De Bellò. 12. De Servatione Fœderum: 13. De Jure Monetæ: 14. De Contributionibus Censu & Vestigalibus: 15. De Civium & Subditorum debito. 16. De Concordiâ Reipublicæ.

Apud Iohannem Wiedemeyer, Bibliopolam, prostat *Archontologia Pugillaris, Seriem Regum & Principum, tam Ecclesiasticorum quam Sæcularium, Historico- Genealogico- Heraldicam, ab anno Christi M D. ad hæc usque tempora repetitam, compendiosè exhibens.* (80. pagg. in 16.) Libellus hic, totus æri incisus, (& ab eodem Auctore profectus, qui

fimi-

simile ferè opusculum, *Lumen Historiarum nostri Temporis* appellatum, sed absqve iconibus insignium, & typis tantummodo impressum, an. 1696. 7½. plag. in 8. evulgavit) exiguâ suâ mole curiosis Historiarum, eòqve pertinentium Genealogicorum ac Historicorum Studiorum cultoribus se commendat. Facile enim marsupio condidi potest, ut semper ad manus sit, quoties è recentiori præsentis ac superioris Sæculorum historiâ aliquid notatu dignum occurrit, cujus accurata Chronologia desideratur. Itâ etiam est adornatus, ut (relictò ubi vis chartæ puræ spatio) nova indies regnantium nomina & insignia facili negotio addi queant. Quod ipsum (præfatiunculâ teste) non tantum privatæ cujusvis industriæ relinqvitur, sed curabitur etiam, ut subinde nova libelli hujus editio, aucta & emendata, prodeat, quam curiosus possessor levisimo pretio sibi comparare, & (Calendarii instar) cum editione defectuosâ veteri commutare possit.

Apud eundem Joh. Wiedemeyerum venalis est *Euclides Germanicè loquens* s. *Teutsch-redender Euclides* / oder acht Bücher von denen Anfängen der Mess-Kunst / auff eine neue und ganz leichte Art / zu Nutzen allen Generalen / Ingeniern / Natur- und Warbeir-Kündigern / Baumeistern / Künstlern und Handwerckern / in Teutscher Sprach / eingerichtet und bewiesen / durch A. E. B. V. P. Hübeck und Franckfurt / 1699. (2. Alphab. in 4.)

Item B. *Theodori Reinckings Vita Animarum in morte*, s. *Das Leben der Seelen im Tode* oder kurzer / auß H. Cöntlicher Schrifft und sonst den alten Kirchen-Vätern / Herrn Lutheri, und anderer berühmten Theologen / auch theils der vernünftigen Heyden Schrifften zusammen gebrachter Discurs, von dem Zustande der Seelen / wann sie von dem Menschlichen Leibe geschieden / bis an den jüngsten Tag, Sampt nachgesetzten und erbaulich erörterten vierem Problematis vom Tode und seligen Sterben; 1. Der Tode ist schrecklich. 2. Der Tode ist tröstlich. 3. Wohl gelebt / wohl gestorben. 4. Ubel gelebt / ubel gestorben. Auß heiltger Lust und seligem Verlangen zusammen getragen / durch Theodorum Reincking Canslern / (in 12.)

Accedit *Johannis Raschii* (Rectoris Eckernfordensis) de *Immortalitate Anima* Commentatio, von der Seelen Unsterblichkeit. (in 12.)

\*\* \* \*

# NOVA LITERARIA

## MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

*Edita Mense Majo, M DC XCIX.*

### ROSTOCHII

**D**ie 4. Aprilis de *Iesu patiente* Carmen elegans Latinum Heroicum, in Auditorio majori, (præviò Programmatae invitatoriò D. *Henrici Christ. Zetelæ* / Orator. Prof. P.) recitavit *Johannes Ernestus Chrysanther*, Hertzbergâ Cheruscus, (cujus anno superiori 1698. mens. Decemb. p. 223. 230. & 231. in Syllabo Disputationum Tractatumqve D. *Andree Danielis Habichhorstii*, Fac. Theol. Senioris, hodieqve Decani, sapiensculè facta fuit mentio, quippe quò præside an. 1687. sqq. sex Disputationes publicè respondendo defendit).

Sequenti die 5. Aprilis *M. Petrus Becker*, Math. Infer. Prof. P. & Facultatis suæ Decanus, Horosophiæ Mathematicæ Exercitationem secundam, *Definitiones Mathematicas ex universâ tam generali quam speciali Arithmeticâ* exhibentem, proposuit, Respondente *M. Iohanne Ehrenfried Pfeiffer* / Misena-Misnico (B. D. *Augusti*, Superintendentis Lubecensis, filio) qui specimen hoc pro Receptione in Facultatem Philosophicam voluit edere. Prima istius Horosophiæ Mathematicæ Exercitatio, quæ Definitionum Mathematicarum caput proemiale de *Mathesi universali* exhibuit, eodem *M. Beckero* Præside jam an. 1697. à *Christiano Dieterico Haltermanno*, Rostochiensis, (nunc Phil. Magistro) fuit ventilata. (3. plag. in 4.)

Die 12. Aprilis sub Præsidio *Johannis Fechtii*, SS. Theol. D. & Prof. P. Consistorii Ducalis Assessoris, & Districtûs Rostochiensis Superintendentis, *Samuel Schmalzcius*, Stargard. Pomeranus, Respondens & Auctor, Academicæ collationi stitit Considerationem

*Concomitantia Sacramentalis*, tanquam fulcri Communioni sub-  
 anâ à Pontificiis suppositi, egitque Cap. 1. De Origine Concomitan-  
 tiæ Pontificiæ. Cap. 2. Dogmaticò (1.) Thesin Pontificiam de Con-  
 comitantia; (2.) Nostram Lutheranam, eamque veram & genui-  
 nam, de Materia hujus Sacramenti sententiam proposuit. Cap.  
 3. Polemicò, ipsius Concomitantia Examèn & Refutationem in-  
 stituit, ac demum Cap. 4. Practicò, usum institutæ tractationis bre-  
 viter ostendit. (5½ plag. in 4.)

Seqventi die 13. Aprilis, *M. Iacobus Burgmannus*, Pomeran-  
 nus, Ebraeæ hactenus Lingvæ in Academiâ Rostoch. Professor, nec  
 non Ecclesiæ D. Nicolai Minister, Amplissim Senatûs Rostochi-  
 ensis auctoritate vocatus ad Professionem *Græcæ Lingvæ* Ordinari-  
 am, quam *M. Iohannes Gottlieb Möllerus*, Gedanensis (postea SS.  
 Theol. D. & in Athenæo patrio Philos. primæ practicæque Professor,  
 jam piè defunctus) abitu suo vacuam fecerat, novum istud munus  
 sibi commissum *Oratione* publicâ de *Lingvæ Græcæ cum cæ-  
 teris Restitutione & usu presentissimo*, auspiciatus est.

Die 14. Aprilis *Matthias Stein* / I. V. D. & Codicis Prof. P.  
 Academiæque Rector, Programmate indixit funus *Erdmanni Sigis-  
 mundi Bartholdi*, Francofurtensis Marchici, (Consulis filii) qui  
 in patriâ primùm, deinde in Rostochiensis Academiâ Juris studio in-  
 cubuit, suamque industriam aliquoties publicè disputando proba-  
 vit, ceu an. superiori 1698. p. 173. & 199. nec non hòc ipso an. 1699.  
 p. 65. memoravimus.

Die 18. Aprilis *Zaccharius Grapius*, Rostochiensis, SS. The-  
 ol. Baccalaureus, & nuper electus Archidiaconus ad D. Jacobi, (cu-  
 jus frequens in his *Novis Literariis* mentio facta fuit) Amplissimi Se-  
 natûs Rostochiensis decretò, *B. Doctori Iochimo Lindemanno* (de  
 cujus obitu vid. p. 5.) in *Professione Metaphysices ac Physices* Ordina-  
 riâ surrogatus, *Orationem* inauguralem de *Inmoderata Physi-  
 corum quorundam recentiorum Curiositate* habuit.

Die 19. Aprilis sub præsidio *Ioh. Nicolai Quistorpii*, SS.  
 Theol. D. & Prof. P. Past. Nicol. & R. Min. Directoris, Disputatio-

nem *Ottavam Collegii Disputatoris*, Theses ex universâ Theologia selectas exhibentis, proposuit Auctor & Respondens *Sigismundus Lange*, Gedanensis, egitque de *Religione Adami*. (1½ plag. in 4.)

Die 20. Apr. paullò ante laudatus *D. Matthias Stein* / hactenus Academiæ Rector, præviâ Oratione de *Rigore Legis benigne temperando*, novo Rectori (d. 14. Aprilis, qui Tiburtio sacer est, electo) *D. Iohanni Ernesto Schapero*, Medicinæ Practicæ, Chymicæque Professori P. suæque Facultatis Decano, fasces tradidit; qui simul de *conservandâ Studiosorum sanitate* peroravit.

Die 25. Apr. supra memoratus *Zacharias Grapius*, novellus Metaphysices ac Physices Professor, ad *Archidiaconatum Templi s. Iacobi*, in locum *Henrici Beckeri*, nunc ejusdem Ecclesiæ Pastoris, introductus est.


Die 26. Aprilis *Iohannes Sensius*, Neobrandenb. Mecklenburgicus, per multos hactenus annos Ecclesiæ *Fürstbergenensis* in Diocesi Stargardiensi Mecklenburgicâ Pastor, (de quo vide N. L. super an. 1698. p. 252.) in locum *B. D. Ioachimi Lindemanni*, die 14. Decemb. 1698. defuncti, *Archidiaconus Templi D. Mariæ* fuit electus.

Eòdem die 26. Aprilis Præside paullò ante dictò *D. Iohanne Fechtio*, Disputationem de *Consensu Doctrinæ inter Lutheranos & Pontificios in Articulo de Missâ*, *Iohanni Dezio*, Iesuitæ, oppositam, placidæ collationi submitit *Iohannes Fridericus von Stade*, Stadenfis. (7½ plag. in 4.)

## GRYPHISWALDIAE

*M. Theodorus Dyle*, Ecclesiastes Templi primarii *D. Nicolai* circa *Eclipsin Lunarem*, quæ superiori die  $\frac{1}{5}$  Martii contigit, observavit, appulsum corporis Lunaris ad umbram Terræ non (ex vulgari Calendariographorum calculo) in C. sed potius in A. notandum fuisse; nec extitisse (ex illorum sententiâ, Latitudinem

Australē *ascendentem*, sed potius australē *descendentem*, cum Eclipsis in A cœperit & in B. deserit. Qvòd autem ipsa qvòqve obscurata pars Lunæ animadverti potuerit, ejus rei causam non putandam monet, qvòd Luna propriâ luce gaudeat; eum alias an. 1696, d. 30. Octob. horâ matutinâ 3. sq. in Eclipsi totali cum morâ, corpus Lunæ debuisset conspici, qvòd tamen planè qvâsi cœlo evanuerat. Sed ratio hujus rei, ipso iudice, inde petenda, prout Luna intersectioni umbræ aëris & terræ propinqua aut remota est. Vbi enim propinqua, aliquo modo conspicua; ubi remota, nihil advertitur; ubi proxima, rubicunda vel subsusca observari solet.




Idem M. Pyle (præter *Carmina varia Cabalistica*, & *Conciones nonnullas funebres*) Tractatum vernaculum, aliquoties recusum, edidit, qvò *Horologiorum ad cursum Solis ritè conformandorum modum* exposuit, hòc titulò: *Die gerechte Uhr/ das ist gründliche und gnugsame Anweisung/wie die Schlag-Uhren in Städten richtig/ und der algemeinen Welt-Uhr/ oder dem Himmel und Lauff der Sonnen an demselben / alß dem rechten Zeit-Messer / gerecht und gleichförmig mögen und billig sollen gestellet werden; &c.*

#### SEDINI

Die 21. Martii è vivis excessit *M. Ioachimus Erythraeus*, Templi SS. Petri & Pauli Pastor. Is Belæ, in superiori Hungariâ natus fuit an. 1637. d. 13. Decemb. Patre *Tobiâ Erythraeo*, Pastore ibidem & Seniore per 24. Regias Ecclesias. Literarum rudimenta didicit in Scholâ Neundorffiensis, & per triennium in Barthfeldiensis Gymnasio institutus, Academiam Wittebergensem petiit, ubi contra *Maccovium* in Articulo de *Prædestinatione* duas Disputationes publicè habuit. Hinc in patriam redux, Archidiaconus *Leutschoviensis* & Assessor Consistorii an. 1662. fuit constitutus. Mox autem Pontificiorum persequutionibus patriò solò ejectus, *Bregam* in Silesiâ, & hinc *Francofurtum* ad Viadrum concessit; inde *Sedinum* veniens, commodum ibi subsistendi locum invenit, ac an. 1674. Ecclesiæ primùm *Hobenzadeliensis* Pastoratum obtinuit, deinde post biennium in ipsâ urbe Ecclesiastes *Marianus* fuit vocatus, & tandem an. 1687. Pasto-

# TAB. V.

*Meridies.*



*Parhelij Gedanenses,*  
 1699  $\frac{11}{7}$  Mart.

*Septentrio.*

*Maj. 1699.*

*Oriens.*

*Occidens.*

Pastoris munus in *Æde SS. Petri & Pauli* adeptus est; quod summâ fide & industriâ ornavit, scriptis etiam, in primis *Apodemica Sacra*, celebris.

STOLPAE in POMERANIA

Dominicâ Reminiscere hujus anni in cœmeterio Templi Pa-  
læo-Stolpenſis terræ mandatus fuit *Petrus Mitzlar*, Rusticus pa-  
gi Stolpenſis *Schmaſ*, qui die 24. Febr. annô ætatis *centesimo quar-  
tô* exspiraverat; Vir nunquam interruptæ valetudinis, nisi quod  
biennium ante mortem per aliquot dies morbi malum senserit. Sex  
ante obitum menses domestica negotia, quæ hactenus quotidiè ad-  
ministraverat, curare desuit. Præterlapſo etiam anno 1698. d.  
9. Decemb. *Johannes Kramer*, civis Stolpenſis, *nonagesimo sexto*  
ætatis anno obiit.

GEDANI

Die 1<sup>o</sup> Martii præſentis anni 1699. horâ 10<sup>o</sup> matutinâ, usque  
ad horem 1<sup>o</sup> pomeridianam, *quinque Soles* Gedani visi sunt. Die  
9. Martii ☿ ☽ in 25 ☾. Die 10. Martii \* ☿ ☽ in 26 ☿ ☾. ☾  
die 9. Martii in 27 ☽. die 10. Martii ☽. ☽. die 11. ☾ in 25. ☽ ☽ ☽. Ex  
Observatione & delineatione *M. Friderici Bûbneri*, Mathes. P. P. Tab. V.

Singulare de Parheliis hisce *Prognosticon* vernaculô sermone  
concinnavit *Johannes Krtger*, quò significationem eorum tam  
generalem quam specialem sibi rimandam proposuit.

*Samuel Schelguigius*, SS. Theol. D. & Prof. P. Athenæi Re-  
ctor, & ad SS. Trinit. Pastor, nuper edidit alteram *Quakerismi con-  
futati* partem, ex promisso in *Novi Literarii* superiori anno p. 74.  
75. facta. Recensio prioris partis occurrit in *Actu Erud. Lipsiensibus* ad  
annum 1697. p. 17. seqq. Totum opus, ut titulus habet, *ea me-  
thodò tractatum est, ut primum Hypotheses Adversariorum, ex omnibus,  
quæ haberi potuerunt, illorum scriptis, summâ fide excerptæ & conveni-  
enti ordine, sive quasi historico contextæ: Atque hinc orthodoxæ An-  
titheses, cum demonstratione veritatis, objectionumque solutione exhi-  
beantur.* ( Constat Pars I. Alph. 2. pl. 9. Pars II. Alph. 3. pl. 7.)

Reliquorum scriptorum, eo Autore aut Pafide editorum, syllabus hic est.

De *Boni Politici requifitio*, Præl. D. *Michaelæ VVendelero Wittebergæ* 1663. 4to pl. 1½.

De *Seditionum caufis*. Ib. pl. 2.

*Differtationes Morales tres*. Ib. 1664. pl. 6.

De *Amore Patriæ*. Ib. 1664. pl. 2.

De *Neutra parte ex Politicis*. Ib. 1664. pl. 2.

De *Principe & Tyranno*, Resp. binis vicibus *Carolo Augusto à Neitzschitz*, Eqv. Mifn. Ib. 1665. pl. 4.

De *Forma ex Phycis*. Ib. pl. 2.

De *Societate Nuptriali*, Autore & Resp. *Hartvricho Holste*, Raceburgo Saxone. Ib. pl. 2.

De *Belifario ex Historicis*. Ib. pl. 2.

De *Virtute heroica*. Ib. pl. 2.

De *Terræ motu*. Ib. 1666. pl. 2.

De *Iuribus Majestatis*, Resp. *Ernefto Friederico Katt*, Eqv. Magdeburgico. Ib. pl. 2.

De *Bello*, Aut. & Resp. *Iohanne Ioachimo Franck*, Lipf. ib. 1667. pl. 2.

De *Legatione*. Ib. pl. 2.

De *Speâris*, quæ pro Subftantiis mediis inter Spiritum & Corpus à *Theoprafto Paracelfo* habentur, Ib. pl. 2.

*Pronuntiata politica* II. Duernionibus inclufa & toties publicè ventilata. Ib. 1666. & 1667.

De *Modis confeqvendi Majestatem*, difputatio pro Loco inter Adjunctos Facult. Philofoph. concesso 31. Octobr. habita, Resp. *Maximiliano à Mauſchrvitz*, Eqv. Silef. Ib. 1667. pl. 4.

De *Magia naturali*, Autore & Resp. *Andreâ Helyvigiô*, Gorlicenfi Lufato. Ib. pl. 2.

De *Magnificentiâ*, Aut. & Resp. *Iohanne Schelgvigio*. Gura-Sileſio, Præſidis Fratris, (qui Wittebergæ 24. Maji 1669. obiit) Ib. pl. 2½.

De *Iure lingvæ*, Resp. *VVolffg. Abrah. à Gersdorff*, Eqv. Luſato. Ib. 1667. pl. 2½.

De *Iuribus Majestatis Eccleſiaſticis*, Aut. & Resp. *Godofr. Ebersbach*, Hirschberga Sileſio. Ib. pl. 2½.

*Programmata varia in Actibus Oratorio - Poëticis Thorunii edita* 1668. seqq. Fol. in formâ patente.

De *Necessitate ex Metaphysicis*. Thorun. 1669. 4to pl. 1 $\frac{1}{2}$ .

Duerniones 7. *Controversiarum Metaphysicarum*, pro totidem *Disputationibus*. Ib. 1669.

*Idea Metaphysica*. Wireb. 12mo 1670. pl. 11.

Theses de *Succino*, Thorunii, 4to 1671. pl. 1 $\frac{1}{2}$ . de *Musica*. Ib. pl. 1 $\frac{1}{2}$ . de *Fortitudo*. ib. pl. 3.

Anweisung zur *Tichtkunst*, 12mo Wittenb 1671. pl. 6.

*Timon*, oder *Mißbrauch des Reichthums* / ein Schauspiel. Thorn/ 8vo 1671. pl. 9.

Theses de *Veritate ex Metaphysicis*. Thorun. 4to 1672. pl. 1 $\frac{1}{2}$ .

De *Metaphysica Præcognitis*, Auct. & Resp. *Daniele Schelgwigib*, *Silesio*, Præsidis *Fratre*, jam supremorum *Judiciorum* in *Ducali Borusis Advocato*. Ib. pl. 6 $\frac{1}{2}$ .

De *Causâ*, Aut. & Resp.  *Davide Fehrfeld*, *Libaviâ Curlandæ*. Ib. pl. 7.

De *Præadamitis*, Aut. & Resp. *Andreas Benjamin Hempelio*, *Silesio*. Ib. 1673. pl. 5.

De *Humanitate*, Aut. & Resp.  *Davide Zoellero*, *Thoruniensi* Ib. pl. 2.

Carmen in obitum *Friderici Hoffmanni*, *Reactoris Elbingensis*,

*Poetae celebris*. Ib. pl. 1.

*Idea Logica*. 12mo, ib. 1672. pl. 17. it. *Idea Pneumatica*. ib. pl. 2.

*Vistula exundans*, carmine German. descripta. Gedani, 1674. 12mo.

*Connexio Præceptorum Logicorum & Metaphysicorum* in *gratis repetentium tabulis* repræsentata. Ib. 4to 1674. pl. 7.

De *Urbe Romuli*. 4to Gedani, 1675. pl. 2 $\frac{1}{2}$ .

*Specimen Bibliosophistarum Gedanensium*, s. *Erudita colloquia* in *Bibliotheca publica* intra trimestre habita, cum *Invitatione ad frequentandam Bibliothecam*. ib. 8vo, pl. 7.

*Disputationes Politicae* 14. totidem *duernionibus* inclusæ. Ib. 4to 1675. 1676. 1677.

*Disputationes Theologicae ex libris Symbolicis* 7. totidem *duernionibus* inclusæ. Ib. 1675. 1678.

De *Morte & Sepulturâ Christi*, ex *Es. LIII. 9.* *Dissertationes duæ*, Aut. & Resp. *Christiano Lockervvitz*, *Strallund. Pomer. hinc Academiae*

mia Gryphisvvald. Prof. P. tandemque in Patriâ Ecclesiaste, sed morte jam abrepto. Ib. 1677. pl. 9.

De *Incrementis Bibliothecæ Gedanensis*. ib. 1677. 4to, pl. 2½.

De *Concilio Hierosolymitano*, Act. XV. 1-31. Gedani 4to 1678. Alph. 2, pl. 8. (inter XVI. Respondentes, qui hanc materiam intra biennium & quod excurrit, pertractarunt, quartus erat *Benjamin Schelgigius*, Silesius, Frater Præsidis, jam Pastor Ecclesiæ Steidnicensis in Silesiâ,

*Disputationes Ethicæ* quatuor. Ib. 4to 1678. 1679. pl. 12.

De *Subsistentiâ & Inherentiâ*, ex Metaphysicis. Ib. 1678. pl. 3.

De *Autocheiria* Aut. & Resp. *Ernesto Godofr. Heyseo*, Gedanensi, postea Philos. & Med. D. ac Prof. P. in Athenæo Patrio, qui Anno 1692. d. 20. Augusti obiit. Ib. 1678. pl. 5.

De *Providentiâ*, Aut. & Resp. *Constantino Fehlavio*, Gedanensi, jam in Patriâ Ecclesiaste ad D. Salvatoris & Gertrudis. Ib. 1678. pl. 5½.

De *Civili Institutione* ex Plutarcho, Aut. & Resp. *Ioh. Nathanaele Ferbero*, Gedan. jam Quartarum in Patriâ Magistro & ad D. Mariæ Antistite. Ib. 1679. pl. 1½.

De *Duello*, Aut. & Resp. *Ioh. Gerharδο Bartsch à Demouth*, Gedanensi, postea Dicasterii in primariâ patriæ Civitate Assessore & Consensiore, Orthodoxiæ addictissimo, qui anno 1698. d. 26. Iunii sepeliebatur. Ib. 1679. pl. 6.

De *Vitâ & Civitate optimâ*, ex *Aristot.* Aucr. & Resp. *Friderico Daniele Titio*, qui publicæ functioni proximus anno 1697. 29. Aprilis obiit. Ib. 1679. pl. 1½.

De *Lycanthropiâ*, Aut. & Resp. *Ioh. Gabriele Schmidt*, Gedan. postea Philos. & Med. Doctore, qui anno 1686. d. 18. Aug. in reditu ex peregrinatione, Helmestadii obiit. Ib. 1679. pl. 4.

*Axiomata Philosophica*, juxta seriem plerorumque capitum *Metaphysicæ* disposita ac explicata, limitata & ab objectionibus vindicata, quæ eodem Respondente II. Disputationibus inclusa ventilabantur. Ib. 8vo, pl. 8. Liber hic recudebatur Gedani 12mo 1696.

De *Memoriali libro Dei*, ex Malach. III. 16. Ib. 4to 1679. pl. 1.

De *Adventu Christi ad Iudicium*, ex 1. Theff. IV. 16. Ib. pl. 1.

De *Rechabitis*, ex *Ierem. XXXV.* Disputationes sex. 1679. 168e.

1681. habitæ, (in quarum ultimâ respondebat *Georgius Pasch*, Gedan. jam in Academia Kiloniensis Moral. Prof. P.) Hæ sub formâ tractatus Ged. 1689. 4to prodierunt, cum præmissis Animadversionibus contra *Joh. Franc. Hackium* Theologum Jesuitam pl. 20. Recensebantur in *Act. Erud. Lips.* Tom. 1. Supplementorum p. 359. 1699.

De Statuâ salariâ ex Gen. XIX. 26. Aut. & Resp. *Joh. Laurentio Fischero*, Neuteich-Borusslo, jam ad D. Johannis apud Gedanenses Diacono. Ib. 1680. pl. 3.

*Detectio veritatis*, Scrutinio veritatis iniquo & sophistico (*J. F. Hackii*) opposita. Ib. 4to. 1680. pl. 7.

Christi Unterrichte, wie sich ein Rechtgläubiger auff die verführtsche Fragen des so genandten Erforschers der Wahrheit (*J. F. Hackii*) verhalten solle. Ib. pl. 5.

De *Legibus inter arma loquentibus*, Resp. *Dieterico à Bandemer*, Eqv. Pomer. Ib. 1681. pl. 2.

De *Electione* ex Eph. I. 3. Ib. 1681. pl. 4.

Predigt von der lobwürdigen Selbstliebe ex Rom. XIII. 14. Ib. 1681. pl. 7.

De *Bethesda* ex Joh. V. 2. 1699. Dissertationes duæ, Aut. & Resp. *Godofredo Vveissio*, Thorun. hodiè in patriâ ad D. Mariæ Eccles. Ib. 1681. pl. 5.

*Examen Scrutinii Veritatis* (à *J. F. Hackio*) iterati. Ib. 1682. pl. 2. Jam ad Disputationes XV. Respondentes præsto erant, quæ intercedentes Magnifici Senatus autoritate, ob causas Politicas, institui prohibebantur. Hinc opus mansit imperfectum.

Castigatio *Trutinæ* (contra *J. F. Hackium*, qui sub nomine *Lucæ Marckievicz Trutinam* contra *Examen Scrutinii* scripserat.) Ib. 1683. pl. 10.

De *Capillamentis*. Dissert. duæ Aut. & Resp. *Nathanaële Falckio*, Gedan. (qui SS. Theol. D. & in Gymnasio Carolinò, quod Stetini est, Prof. P. ad D. Mariæ Pastor, & Synodi Præpositus, obiit 18. Aug. 1693.) Ib. 1683. 1684. pl. 8.

De *Ratione Status in religione Pontificiâ*, Dissertationes duæ Aut. & Resp. *Constantino VVolf*, Gedan. hodiè Lingv. Græcæ & Hebr. in Patriâ Prof. Ib. pl. 13.

De *Lege Naturæ*, Aut. & Resp. *Jacobo Stuve*, Gedan. qvi Pastor Kolbelgrubensis in Insulâ Dantiscanorum Nehringensi 20. Aprilis 1698. obiit. Ib. pl. 7.

*Catechismus Reinigung / das ist augenscheinlich. Erweis des mannigfaltigen Betrugs / womit die Pâbster in Verfertigung und wiederholten Druck des so genandten und gebesserten Catechismi D. Martin Luthers umgegangen.* 12mo Danzig / 1684. pl. 16.

De *Statu Ecclesiæ Evangelicæ à Lutheri morte, per 30. annos*, disputatio pro Licentia 7. Maji habita, sub præsidio D. *Andr. Qvenstedii*, Witteb. 1685. pl. 4.

Ab- und Anzugs- wie auch Licentiaten-Predigt/ derer erste den 8. p. Trinit. zu S. Catharinen bey Ablegung des Diaconats, die andere über 8. Tage darauff zur H. Dreysaltigkeit bey Anretung des Pastors in Danzig/ und die dritte Dom. Misericordias in Wittenb. gehalten worden. Danzig 4to 1685. pl. 8 $\frac{1}{2}$ .

De *Articulis fidei ad unionem Ecclesiæ nostræ cum Romanâ promovendam*, è Galliâ Argenteratum transmissis, ibidemque die XX. Julii currentis anni valvis omnium Templorum & Collegiorum, ut *Inscriptio habet*, affixis, Oratio Inauguralis, cum *Rektoratui* Gedanensis Athenæi & *Professione Theologiæ* ordinariæ publicâ Auctoritate die 11. Septemb. solenniter præficeretur. Accedit Programmata invitatorium D. *Joachimi Hoppii*, tunc Juris & Histor. P. P. & Gymnasii Inspectoris, postea Syndici, jam Consulis Gedanensis. Ibid. pl. 6.

*Meditationum Biblicarum* duerniones quinque in Joh. V. 39. Hebr. VI. 16. Eph. II. 13. Es. LII. 11. Matth. XX. 1. seqq. totidem Disputationibus excusæ. Ged. 4to 1686. 1687.

De *Stante post parietem* ex Cant. VI. 9. itemque de *Orioso verbo* ex Matth. XII. 36. 37. Dissertationes duæ, Aut. & Resp. *Martino Schütze*, Stralsundensi, hodiè Facult. Theol. in Academiâ Upsalieni Assessor & Ecclesiæ Germanicæ Pastore. Ib. pl. 5.

De *Collyridianis* Exercitatio. Ged. 1686. pl. 5.

De *Philosophicâ Turcicâ*, Oratio inauguralis, cum *M. Joh. Christophorus Rostenschuberus*, Gedan. Philosophiæ Professioni in Athenæo patrio 30. Julii præficeretur, unâ cum programme. ib. pl. 7.

Neueste Catechismus-Reinigung / das ist abgedruckene Antwort / auff ein Olivisches Lasterbuch / so man dessen / im Jahr 1684. Herausgegebenen Catechismus-Reinigung entgegen gestellet. Danzig 1686. 4to, pl. 16.

Die Gottvolgefällige Studenten-Pflege / welche der volkreichen Gemeinde zur H. Dreyfaltigkeit / am 1. Sonntag nach der Offenbarung Christi / auß Luc. II. 41. u. f. w. in der ordentlichen Frühpredige fürgestellet / und nunmehr auß Liebe Christi Jesu / und dessen nothleidenden Gliedern / auß Erbfinden des löbl. Collegii Professorii, in Druck befördert worden. Ib. 1687. 4to, pl. 3½.

De Vnione Ecclesiarum Tridentinae, atqve Augustanae Confessioni adhaerentium, Disputationes VI. Tubæ Pacis Matthæi Pratorii, Apostatae, oppositæ, annis 1686. 1687. habitæ, atqve tunc cum præfatione editæ. Gedan 1689. 4to, pl. 20. Recensentur in *Act. Erud. Lips.* T. 1. Suppl. p. 558.

Schriftmäßige Prüfung des Papstthums / das ist kurzer und bescheidenlicher / jedoch deutlich und aufrichtig gestellter Bericht / was man im Papstthum gläube / und nach Gottes Wort billig gläuben solle. Nebenst Beschreibung der fürnehmsten Ceremonien und Kirchen-Gebräuchen / welche aus den Bullarien, Pontificalien, Ceremonialen, Ritualien, Missalien, Breviarien, und dergleichen / auß Seiten der Päbster / unverwerfflichen Bücher / tren- und fleißig angeführet / auch hin und wieder / nach ihrem Werth oder Unwerth / betrachtet werden. Dantz 8vo 1687. Alph. 2. pl. 21. Recensentur in *Act. Erud. Lips.* ad annum 1688. p. 178. seqq.

Leichpredigt über Herrn General Majoren Joachim von Sydö / Ober-Commendanten in Dantz / welcher den 26. Sept. 1686. entschlief / auß 2. Tim. II. 3. 4. 5. gehalten. Ib. fol. pl. 12.

Marci Eremitæ Capitula, de iis qui putant se ex operibus justificari, cum Thesibus Theologicis libelli huic illustrando intervenientibus de Justificatione & bonis operibus. Ged. 4to 1683. pl. 3. Recensentur in *Act. Erud. Lips.* T. 1. Suppl. p. 558.

De Fructu Resurrectionis Christi, ex Hof. XIII. 14. Ib. pl. 3.

De Materia Baptismi, Aut. & Resp. Joh. Gottlieb Möllero, Gedan. (de quo vid. an. super. 1698.)

De *Furtis Dæmoniâcâ* oratio, cum *Ernesto Godofredo Heyseo*, Phil. & Med. D. Professio Physico-Medica 22. Januar. committeretur, unâ cum Programmate. Ib. 4to, pl. 4.

De *Hæreticis fugiendis*, ex Tit. III. 10. II. Aut. & Resp. *Carolo Mæring*, Gedanensi, qvî Kiloni 1691. obiit. Ged. 4to 1689. pl. 3.

De *Antiquitate Consecrationis nuptialis*, Aut. & Resp. *Ernesto Gottlieb Lûschnero*, Gedan. jam in Hollariâ Pastore. Ib. pl. 2.

De *Patrinis Matrimoqve*, Aut. & Resp. *Daniele Kollio*, Ged. Ib. pl. 3½

De *Concilio Gangrensi* Disputationes tres 1688. 1689. 1690. habitæ. Ib. pl. 8½. Recensentur in *Actis Erud. Lips.* ad annum 1680. p. 542. seqq.

Leichyr. aus Tit. II. 11. 12. 13. über *Hn Joh. Petrum Titium*, Eloqv. & Poës. Prof. Publ. welcher den 7. Septembr. 1689. verschieden. Danzig fol. pl. 16.

*Hypomnemata Hutteriana*, id est, *Analysis & Observationes compendio Locorum Theologicorum Hutteriano*, succinctâ methodo accommodatæ, Ged. 12mo 1690. pl. 16.

In *Libros Hypognosticor* Tomo VII. Operam *Augustini* insertos, *Dissertationes* duæ. Ged. 4to 1691. pl. 7.

De *Unione mysticâ fidelium cum Christo* *Ἐὰν ἴδωμεν*, Aut. & Resp. *Christiano Dæblero*, Gedan. Ib. pl. 3.

Die *Nachfolge Christi* nach Anweisung der *Sonn- und Festtags Evangelien* gesetzt. Franckf. u. Leipz. 1691. 4to, Alph. 4.

De *Lingvâ Beatorum in alterâ vitâ*, Aut. & Resp. *Gabriele Grodeck*, Gedan. jam *Literaturæ Talmudicæ* in *Academiâ Lips.* Prof. Publ. Extraord. Ged. 4to 1692. pl. 3½.

De *Stolis Beatorum*, Resp. *Nathanaele Gryshovv*, Ged. Ib. pl. 5.

*Cynosura Conscientiæ*, od. *Leit Stern des Bewissens*, das ist deutl. und schriftmäßige Erörterung vieler, mehrentheils seltsamer und ungemainer, auch einiger zwar noch niemals vollständig ausgeführter Bewissens-Fragen, dabey einer jeden ein denckwürdiger Anhang von alerhand erbaulichen Geschichten, oder andern nützlichen Lehren, so aus alten und neuen Scribenten mit Fleiß und aufrichtig zusammen getragen worden, sich befindet. Franckf. u. Leipzig 4to 1692. Alph. 4. Recensetur in *Act. Erud. Lips.* ad annum hunc p. 450.

*Programmata inauguralia cum Athenæo Gedanensi præficerentur* 23. Septembr. 1688. *Joh. Schultzius*, I. V. D. ejusdemque & Histor. Prof. ac Athenæi Inspector, hodie Consiliarius Electoralis ac Juris in Academia Francof. Prof. P. 26. Octobr. ejusdem anni *Christophorus Behrius*, Eloqv. & Poet. Prof. 27. Martii 1692. *M. Constantinus Volfius*, Græcæ & Hebr. Lingvæ Prof. 5. April. 1696. *Joh. Glossemayerus*, Medic. ejusque ac Physicæ Prof. 12. Julii *Joh. Gottlieb Möllerus*, Philos. Primæ & Pract. Professor ac Reip. Bibliothecarius: item in obitum R. *Johannis Salomonis*, Hebr. Lingvæ Prof. qvi 1. Julii 1683. obiit; ac invitorium ad nuptias suas cum Adelgundâ natalibus Schræderiâ celebratas 5. Novembr. 1686. Fol.

Der Theologischen Facultet in Leipzig Bedencken von der Pietisterey/mit einer Vorrede. Danzig 4to 1693.

Kurze Wiederholung der Evangelischen Wahrheit/ in einigen Lehr-Puncten/ betreffende die Artickel vom Gesez und Evangelio/ von Glauben und den Wercken/ von der Rechtfertigung und Heiligung/ tim der unverantwortlichen Neugierigkeit zu steuren/ und die Rechtgläubigen für Gefahr und Schaden zu warnen. Franckf. und Leipzig 4to 1695. pl. 7½.

Predigt von Aufzreibung des Schwarm-Teuffels Dom. Oculi, nebenst einem Anhang von dem Informatorio Biblico. Ib. pl. 4.

Wollgemeine und brüderl. Erinnerung &c. Ib. pl. 2½.

Denunciation unter dem Titul *Catalogi Errorum* &c. Ib. pl. 4.

Schriftliche Nachricht an S. Ehrw. Ministerium in Danzig/ wegen des Informatorii Biblici &c. Ib. pl. 7.

Unerforschenes Gewissen für Hn. D. *Philip Jacob Spenern*, mit welchem er/ den nicht gesuchten/ aber nuumehr öffentlich angebotenen Krieg des Herrn/ zur Beschirmung der Evangelischen Wahrheit/ gegen die Pietistische Schwärmerey freudig antritt. Ib. pl. 4½.

*Itinerarium Antipietisticum*, das ist kurze Erzählung einiger Dinge/ so er auff seiner/ schon im vorigem 1694sten Jahre verrichteter Reise/ der Pietisten wegen/ in Teutschland wahrgenommen/ auff veranlassung zweyer Pasquillen/ nunmehr durch öffentlichen Druck gemacht/ Stockholm 4to 1695. pl. 16.

Ursachen warumb er denen/ so ihn eine zeitler mit Schriften angegriffen/

griffen/noch nicht antworte; nebst einer Versicherung/ daß er ihnen/  
samt und sonders/ mit Gottes Hülffe/nicht schuldig bleiben werde.  
Anno 1696. 4to, pl. I.

Gewissenhafte Rüge/der Gewissen-losen Gewissens- Rüge/welche  
Dr. D. Philipp Jacob Spener, Consistorial-Rath und Probst zu Berlin/  
wegen des Itinerarii Antipietistici angestellt/ nebenst einer brüderli-  
chen Auffmunterung/ an Hn. D. Carpvovium, und Hn. D. Hanneke-  
nium, der neuen Pietistischen Secte, wie bisshero geschehen/ also auch  
hinsüro/in Hoffnung auff den Gott der Wahrheit/berghafftig zu wie-  
dersehen. Danzig 4to 1696. pl. II.

Der Sectirischen Pietisterey 3. Theil. (vid. *Nova Literaria* su-  
perioris anni p. 10.) Hamburg 4to 1697. 1698. Alph. 4. pl. 3.

Erweiß/daß D. Spener in der eysfertigen Vorstellung sich sehr über-  
esse/ und daß die Pietisterey in denen bisshero ausgeführten Artikeln  
mehr als zu viel Sectirisches in sich habe/ auch der Erweisende sonst in  
keiner Beschuldigung unterlege. Danzig 4to 1696: pl. 8.

*Concionum Ecclesiasticarum Reformatio Dornkrelliana*, jam annò  
M. DC. XC. coram studiosâ Juventute Athenæi Gedanensis, in pu-  
licis lectionibus, examinata, nunc verò totius Ecclesiæ Evangeli-  
cæ judicio & censuræ exposita. Ib. 4to pl. 3½.

Klag und Trauer Predigt über den am 17. Junii 1696. sich inaes-  
tragenen Tode Königs *Johannis III.* in Pohlen aus 2. Reg. XXII.  
20. Ib. pl. 3.

Reliqua & quidem recentiora jam exhibita sunt in *Novis Litera-  
riis* anni superioris p. 10. 36. 55. 74. 108. 177. & h. a. p. 101.

Prodijt etiam nuper *M. Friderici Christiani Bücheri*, Verbi  
divini ad D. Cathar. Ministri, *Plato-Mysticus in Pietistâ redvivus*,  
Das ist Pietistische übereinstimmung mit der Heidnischen Philoso-  
phia Platonis und seiner Nachfolger/besonders in der Lehre von denen  
so genandten himlischen Entzückungen/alle und jede/weiche die wahre  
Gottsseeligkeit lieben/ für der Tieffe des Satans zu warnen/in einem au-  
genscheinlichen Parallelismo richtig gesetzt/schriftmäßig erörtert/und  
dem Urtheil der Evanaelischen Kirchen übergebendabey auch dem Prä-  
posito zu *Mauen H. Balthasar Köpfen*/ beyläufig geantwortet  
wird. Danzig/ gedruckt und verlegt durch *Simon Reintgerm*/  
1699

1699. 4to, (Alph. I. pl. 2.) Palmaria, quæ in hoc tractatu exhibentur, sunt sequentia: I. Præfatio (1) præcipue opponitur *Balthasari Kôpken*, insertis quibusdam, quæ ad *M. Andr. Stiefelium* vel *Stübelium* spectant. (2.) Pietismum Svengfeldianismi, & Pelagianismi convincit. (3) & vel ex unicâ propositione Platonica, palmaria Pietistarum dogmata deducit. II. Tractatus ipse, in primo quidem capite, exponit (1) Pythagoricam & Platonicam scholam Magicis artibus infamem. (2) Errores Patrum Philosophiam illam cum verbo Dei conciliantium, contra monitum Pauli Col. II. (3) Epitomen Platonismi. (4) Pernitiosissimum ejus cum doctrinâ & religione Christianâ Syncretismum. (5) Cujus se Pietismus participem fecerit, in aliquot doctrinæ capitibus, de principiis Deum ac creaturas cognoscendis: De Ecstasi: de Deo ejusque essentiâ, attributis & operationibus: de homine & partibus ejus essentialibus animâ & corpore: de homine externo & interno: de literali & vivâ cognitione, ac superstitiosâ illâ ἀποθεώσεσ: de tribus statibus Hierarchicis rebusque adiaphoris: de novissimis, consummatione mundi & vitâ æternâ, addito Chrysostomi de Philosophiâ Platonicâ & Pythagorica notabili judicio. III. In capite secundo examinat præcipuum Fanaticismi fundamentum doctrinam de Ecstasi in quæstionibus seqq. (1) An Ecstasis sit perfectio naturæ? (2) an aliquid divini sit in affectibus splenicis & Melancholicis & quæ sint causæ Ecstasis, & an hodie adhuc piis contingat? (4) An Pietistarum raptus divinæ sint & supernaturales operationes? (5) An de illorum divinitate possint esse certi? (6) An ad Paulinam Ecstasin, velut ad exemplum, rectè provocent, cujus disconvenientia cum Pietisticis raptibus per omnia causarum genera ostenditur. (7) An doctrina de verè divinâ Ecstasi ab inexpertis non possit intelligi? (quâ occasione in hac & sequentibus de Experienciâ prolixè disseritur, quid illæ præstet in rerum divinarum cognitione.) (8) An Paulus Ebr. VI. per gustum Virtutum futuri seculi intelligat vel raptum ipsorum in tertium cœlum, vel ejus fructus & effectum (9) An Experiencia nos possit de divinitate raptuum, vel aliarum rerum mysticarum, certiores reddere? (10) quid sit diabolica Ecstasis? (11) An Pietistarum raptus, prout ab ipsis describuntur, per injuriam appellentur diabolismi, &c.

## THORVNII

*M. Georgius Wendius*, Gymnafii Thorun. Rector & Prof. P. (præter editam nuper *Tabulam Genealogicam*, quæ Potentissimi Poloniæ Regis AVGVSTI II. Cognationem cum 4. sæcularibus S. R. I. Electoribus docet, 1. pl. in fol.) d. II. Februarii disputavit de *Paffione Chrifti*, mirandis quibusdam figuris in Regno Mineralium repræsentatâ, Respondente *Ioh. Chriftiano Deroga* Olsna-Silefio, & difcurrendi materiam præbentibus *Chriftophoro Lau* Mariaburg. Pruffo, *Davide Henrico à Kotwitz* Eqv. Silefio, ac *Ernefto Friderico Vahlcn*, Caminenfi Pomeran. (1. plag. in 4.)

Die 19. Febr. sub Præfidio *M. Iohannis Sartorii*, Gymn. Thorun. Prof. P. de *Pænâ ob alienum delictum inflictâ* differuit *Iohannes Czimmermannus*, Thorunienfis, Patris cognominis, Præconfulis Thorun. & Senatus hodie Præfidis, filius. (3½. plag. in 4.)

Die 25. Febr. paullò ante laudatò *M. Georgio Wendio* iterum Præfide, *Veteris & Novi Testamenti Miraculorum Parallelismus*, brevi collatione, utrum illa his, an hæc illis, extantiora fint, expendens, Divinorum Operum Admiratoribus ad considerandum exhibitus fuit, à *Iohanne Matthefio*, Liptov. Hungaro, occasionem uberius colloqvendi porrigentibus *Iohanne Petel* Cafareopol. Hung. *Isaaco Höman* Colberg. Pomer. & *Philippo Iacobo Nachlig* Thorunenfi. (1. plag. in 4.)

## REGIOMONTI

Die 4. Aprilis *M. Chriftianus Sabinius*, Alumn. Elector. & Comm. Convict. ab an. 1694. Inspector fecund. Respondente *Michaële Engel*, Tilsâ Pruffò, *Theses Philosophicas* ad disputandum propofuit. (2. plag. in 4.)

Idem Præfes hæctenus edidit:

Disp. de *Regressu Solis*, tempore *Hiskiaë Reges Iudæ*, ex Reg. XX, 6. II. & Efa. XXXVIII, 7. 8. cujus partem priorem pro receptione in Facultatem Philosoph. an. 1689. ventilavit, Respondente *Georgio Chriftophoro VVofeginio*, Regiom. Pruffo, nunc Juris Candidato,

Poste-

Posteriores verò exhibuit an. 1696. Respondente *Vladislaus Henrico Gensichen*, Tapiav. Prusso.

Disp. de *Eclipsium causis & calculo*, an. 1689. Resp. & Auct. *Andræ Hedione*, Regiom. Prusso.

Disp. de *Divisione Circuli*, in quâ potissimum examinatur nova Methodus *Caroli Renaldi*, an. 1691. Resp. *Ioh. Vilhelmo Schultz*, Eichholtz. Prusso.

Quæst. *Vtrum ea, quæ sunt Iuris Naturalis, mutationi obnoxia sint?* an. 1697. Respondente *Daniele Cornelio Sahmio*, Regiom. Prusso, Præsidis fratre.

Die 7. Aprilis sub Præsidio *Bernhardi von Sanden* junioris, SS. Theol. D. & Prof. *P. Georgius Henricus Portus*, Holland. Borusius, (*Henrici Porti*, Rectoris Hollandini filius) Disputationem Theologicam de *duobus Hircis*, Fcsto Expiationis, pro peccatis *Israëli-tarum*, juxta legem Dei oblati, & perfectam satisfactionem pro peccatis generis humani, per *Messiam futuram, præfigurantibus*, examini eruditorum subjecit. (5½. plag. in 4.)

Feriis Paschalibus *Fridericus Deutsch* SS. Theol. D. & Prof. Ord. Sec. Pastor Löbnicensis, & Sambiensis Consistorii Assessor, nec non h. t. Fac. Theol. Decanus, nomine Rectoris & Senatûs Acad. Regiom. in honorem Jesu Christi à mortuis redivi *Programma* edidit de *Pollincturâ ejusdem à mulieribus tentatâ*; Accedit Carmen *M. Hieronymi Georgi*, Poët. Prof. P. (2. plag.)

Die 28. Aprilis *M. Andreas Hedio*, Logices & Philosophiæ primæ Prof. P. Ord. Facultatis suæ Senior, & præteriti semestris Decanus, Electoral. Alumnorum Collegii & Convictorii Inspector primarius, ac Bibliothecarius Electoralis, Respondente *Arnoldo Henrico Sahme*, Regiom. Prusso, quæstionem Physicam: *An detur Divinatio per Somnum nec ne?* publicè ad disputandum proposuit. (4. plag. in 4.)

Idem Præses varia hæctenus edidit, ut: Dispp. 3. de *Theologiâ Aristotelis*.

Dipp. 4. de *Vacuo*.

Dispp. 3. de *Definitione τῶν πολλαχῶς λεγομένων.*

Disp. de *Afyllis.*

Dispp. 2. de *Naturali sciendi desiderio.*

Dispp. 3. de *Causis corruptæ Philosophiæ.*

Disp. de *Prudentiâ & Scientiâ de eadem.*

*Dialecticam & Analyticam secundum mentem Aristotelis.*

Hoc tempore in perficiendo & continuando Opere, de *diversis rerum à Deo dependendi modis*, occupatur; commentatur etiam in *Iobum*, & *Physica* ac alia istiusmodi in eòdem libro evolvit.

Prælo autem parata habet sequentia :

*Metaphysicam secundum mentem Aristotelis*, planè diversam à vulgari-  
bus libellis *Metaphysicis.*

Magnam partem *Librorum Physicorum Aristotelis.*

Opus de *Differentiis Philosophiæ Veterum & Recentiorum*, *quæ se Experimentales vocant.*

Opus de *Phœnice ave.*

Opus de *Causis corruptæ Philosophiæ*, & alia plura.

Superiori anno 1698. p. 183. mentionem fecimus *M. Laurentii Wegeri*, LL. Orient. Prof. P. Eodem Præside (præter Disp. ibidem memoratam) hætenus prodierunt :

*Theses Philosophicæ*, pro Receptione in Facult. Philosoph. Resp. *Bernhardo Reimanno*, Pruffo. 1677.

*Decas Thesium Philosophicarum*, pro loco Profess. Hebr. L. Resp. *Matthæo Corbero*, Pruffo, 1680.

Disp. Philolog. de *Verbo Dei*, Resp. *Davide Blæsing*, Regiomont. Pruffo, 1682.

*Theses Philologicæ*, Resp. *Christiano Erasmi*, Regiom. Pruff. 1684.

Disp. Philolog. super *Hosæ Cap. III, v. 4.* Resp. *Antonio Pfeiffer*, Regiom. Pr. 1686.

Disp. Philolog. in *Psalmi XXII. partem priorem*, Resp. *Gothofredo Leichter*, Elbing. 1686.

## RIGÆ

Præside *M. Michaële Pingsdörffer*/Phil. Prof. & Scholæ Recto-  
re, *Johannes Caspari*, Rigenfis, in Gymnasio Patrio d. 17. Januar. Disputa-

spurationem Philolophicam habuit, quâ *Analyticam & Dialecticam specie diversas disciplinas esse* ostendit. (1 $\frac{1}{2}$ . plag. in 4.)

*Johannes Knoll*, Lycæi Regii Rigensis Corrector, (cujus an. 1698. p. II. mentionem fecimus, quique an. 1697. *Vocabularium Biblicum Novi Testamenti* edidit) sumptibus Johannis Wiedemeyeri, Bibliopolæ Lubocensis, evulgavit *Lexicon Cornelii Nepotis tripartitum*, quò secundum excellentium Imperatorum vitas 1. *Vocabula simplicia*, 2. *Phrases atque Formulæ*, 3. *Vocum difficiliorum enucleationes continentur*. In eum finem ita digestum, ut inde usque à primis studiorum initiis ad Autorem hunc maturè cognoscendum imitandumque pueris expeditior pateat aditus. 1699. (1. Alphab. 4. plag. in 8vo.

## DORPATI

*Michaël Dau*, Poëtos atque Eloquentiæ Prof. P. d. 21. Januarii Orationem solennem habuit, quâ beatis manibus V. Cl. *M. Johannis Vppendorffii*, Professoris quondam Græcæ & Orientalium Linguarum, in almâ ad Emmam, h. e. Dorpatensi, Academiâ, parentavit; invitante ad hunc actum peculiari Programme *Svenone Cameen*, Histor. Prof. P. & Academiæ Rectore. De obitu hujus *Vppendorffii* (d. 20. Ian. sepulchro Dorpatensi illati,) vide *Nova Liter.* an. 1698. p. 183. sq.

## NIDROSIAE in NORVEGIA (vulgo DRONTHEIM)

Die 12. Martii vivis excessit *Petrus Schumacher*, illustri quondam *Greiffenfeldii* nomine, non Septentrione tantum, sed toto etiâ orbe notissimus. Quanto enim is Fortunæ lusu à mediocri vivendi sorte ad summa honorum culmina ascenderit, eademque haud satis reverenter habitâ ad ima iterû fuerit prolapsus, nemo est, qui ignoret; sed & nemo facile est, quem eruditio, rerum usus, & præclara vis ingenii viri hujus πολιτικωτάτης lateat. Post varia, & plus quam vicennialia, relegationis, custodiæ, ac mortis civilis tædia, gravissimis calculi doloribus expiravit, fueruntque è vesicâ & renibus defuncti insolitæ magnitudinis Calculi protracti, qui Musæo Regio

Hafniensi asservantur, delineati etiam in *Novellis* vernaculis, quæ singulis septimanis Hamburgi prodeunt.

#### CHRISTIANIAE in NORVEGIA

Die 13. Aprilis septuagesimo quarto ætatis suæ anno obiit *Johannes Rosing*, per triginta quinque annos *Christianiæ* Episcopus. Huic in Episcopatu isto die 25. Aprilis suffectus fuit *Johannes Munck* hactenus Episcopus *Christiansandensis* in Norvegiâ. Illius locum rursus occupavit *M. Ludovicus Stud*, Præpositus *Fionia & Pastor Ecclesiæ D. Canuti Othoniensis*; cui successit *M. N. Deichmannus*, Pastor *Coldingensis* in Jutiâ, ( qui nuper admodum cum Principe Regio CAROLO, cui in itinere ad exteros a Concionibus sacris fuerat, domum rediit ) habuitque successorem *M. N. Leigh*.

#### HAFNIAE

*Johannes Steenbuchius*, Lingvæ Hebr. Prof. P. Respondente *Antonio Musæo*, *Ioh. filio*, Philosophiæ Baccalaureo; d. 28. Mart. Dissertationem primam *Examinis Versionis vernaculæ ad Statutam Ebræi Codicis* proposuit. ( 7½. plag. in 4. ) In Præfatione Auctor dicit, se in vernaculam ( i. e. *Danicam* ) Bibliorum versionem incidisse, quæ auspiciis CHRISTIANI IV. Regis an. 1647. in 4. impressa est, ac multa ibi offendisse, quæ medicam manum polcunt. Hanc igitur admoturus, ea loca, in quibus transferendis pii Interpretes aliquid humani passi, ad tres præcipuè ordines redigit, quorum primus exhibet *omissa*, quæ supplenda; secundus *superflua*, quæ rescindenda; & tertius denique *menda*, quæ corrigenda sunt.

Die 29. Martii *M. Jacobus Rasch*, in Auditorio inferiori habuit Disputationem, cui titulus; *Abdas in aula, seu subitariae quædam cogitationes circa Persecutionem Persicam*, ( quæ Sæculo V. Ecclesiam lacesivit ) defendente *Brodero Hörup*. ( 4¼. pl. in 4. ) Præfatio hujus Disp. in genere agit de Persiâ in Christianos injuriosâ, Tractatio autem ipsa in sex sectiones dividitur, quarum 1. Persecutionis occasionem, 2. auctorem, 3. tempus, 4. durationem, 5. finem, & 6. martyrologiam recenset.

Eödém

Eòdem die *Olaus Jani Due*, Respondente *Iohanne Matthiæ*, in Auditorio Collegii Regii *Trigam Quæstionum Chronologico-Philologicarum* ventilandam proposuit: Quarum 1. statuit, fundationem Templi secundî, & quidem interioris, factam esse annò secundò Regni Cyri; at non simpliciter, hoc est, quò Astyage victò Regnum adiit; sed limitatè, nempe annò secundo Monarchiæ ipsius, quò verè dicere potuit, Deum omnia terræ Regna sibi dedisse. 2. Negat, Templum, quòd vulgò hodie Hierosolymitanum appellatur, montem Morijah pro fundamento habere. 3. Denique Sepulchrum, quòd peregrinis hodie monstrari solet, revera Christi sepulchrum esse inficiatur. (1. pl. in 4.)

Die 31. Martii *Henricus Hierild*, *Nicolai* filius, Respondente *Henrico Brunovv*, in Auditorio Collegii Medicèi examini publico subjecit *Romam Deam*, sive Dissertationem de *Cultu Romæ apud antiquos*, partim externos, ut Smyrnenses, Athenienses, &c. partim verò Romanos. (3. pl. in 4.)

*Henricus Weghorst*, I. V. D. Consiliarius Cancellariæ & Prof. P. *Jus Danicum Regis CHRISTIANI V.* superiori anno 1698. (ceu pag. 58. sq. ejusdem ann. memoravimus) sermone Latino redditum, in *Germanicam* nuper linguam transtulit, hòc titulò: *Königs Christians des Sunstren Dänisches Gesez. Auß dem Dänischen ins Teutsche übersezt. Woben die Gleichstellen und einige Deterer / die Verwandnis mit einander haben / sowohl auß dem Geseze / als auß denen Königlischen Verordnungen / die nach Verkündung dieses Gesezbuchs von A. 1683. bis A. 1698. heraußgegeben worden / am Raude mit angeführet seyn. durch N. W. Copenhaugen / Gedruckt bey Ihro Königl. Hoheit Buchdr. Joachim Schmedtgen. 1699. (1. Alphab. 13½. plag. in 8.)*

*M. Johannis Brunsmanni*, Pastoris Hafniensis, (de quo pag. 37.) *Phosphorus Apocalypticus*, Hafniæ an. 1696. editus, secundà nuper editione auctior prodiit, hòc titulò: *Ignoti Philalethis Phosphorus Apalypticus, sive periodorum Apocalypticarum exactius supputatarum recensus. Editio altera, priore auctior, corre-*

*Etiorque. Accessit geminum de Septuaginta Hebdomadibus, & Dario Templum secundum edificari curante, Auctarium. Hafniæ, literis Iustini Hög. Acad. Typogr. 1699. (1. Alphab. 2. plag. in 8.)*

¶ Prodiit etiam liber Danicus de *Luca Jacobi cum Angelo*, hęc tituló: *Jacobs Erind med Engelen / ubi hvilcken den Svagere blev mächtigere end den Stärcke / Jacob een Isra-El/sørst forhandlet af Historien selv/bestrevit Genes. 32,24-32. Siden henviist til andre Striftens Stæder / og deraf vtiløfftere forhandlet / med hosfoyet Register paa begge Materier. Fremstillet af M. Jacobo Andrea, Sogner Præst til gammel Hollander byes Meenighed paa Amøger. Kibens Hafn / hos Johann Jacob Bornheinrich / Aar 1699. (1. Alph. 17. plag. in 4.)*

Die 5. Aprilis *Hector Gothofredus Masius*, SS. Theol. D. & Prof. P. &c. Respondente *M. Severino Vvinthero*, publicè disputavit de *Doctrinâ Damoniorum, ex 1. Tim. IV, 1. sq. in abstinentiâ ab esu carnis potissimum monstratâ.* (5 $\frac{1}{2}$ . plag. in 4.) Post præloquium de perversâ apud Pontificios Passiõnis Christi memoriâ, Sectio I. hujus Dissertationis locum Apostolicum exponit, monstratque clarissimas in eo Anti-Christi notas latere, scilicet, apostasiam magnam, hypocrisin, jactationem miraculorum, mandatum de abstinentiâ à carne, & prohibitionem matrimonii, quæ omnes Ecclesiæ Romanæ convenire docentur. In Sectione II, respondetur ad Objectiones Pontificias, ac repetitâ orthodoxâ veritate, mantissa adjicitur, quæ effugia *Iohannis Dez*, *Iesuitæ*, in scripto quod vocatur *la Reunion des Protestans à Strasbourg à l'Eglise Romaine*, allata, examinat.

Die 15. Aprilis Augustissimo Regi CHRISTIANO V. de Natali quingvagesimo tertio Oratione solenni gratulatus est *Christianus Reitzer*, I. V. D. & Prof. P. nec non Vniversitatjs Regiæ h. t. Rector.

Idem quoque fecit *Castanus Wormius*, *Matthiæ* filius, Academiae Equestris alumnus.

Sed & *Ludi scenici* (vulgo *Opera*) in honorem Regii Natalis ab Equitibus Ordinum Elephantis & Dancbrogici exhibiti fuerunt, quorum titulus hic est: *Les Plaisirs des Heros*, oder die 4. edelsten

Passionen; als Ihrer Majestät unsers allergnädigsten Erb Königs allerhöchster freulichster Geburis Tag An. 1699. den 15. Aprilis feyerlichst begangen wurde/ auff dem Schlosse zu Copenhagen in der Music vorgestellt. (4. plag. in 4.) *Oblectationum* istarum *Heroicarum* promi condi erant: *Cupido*, qui Italicè; *Diana*, quæ Gallicè; *Mars*, qui Germanicè; & *Neptunus*, qui Danicè loquebatur. Hi per *Mercurium*, qui Dialecto Germaniæ inferioris utebarur, in scenam evocati, pro salute Regiâ tandem junctis vocibus vota suscipiebant.

Eodem die Potentissimo Regi de Natali suo gratulaturus *Julius Conradus Rüdeman*, Brunsvicensis, opusculum Philologico-Chronologicum de *sine currentis & initio futuri Sæculi* obtulit cui titulus: Kurze Gedancken von dem Ende des gegenwärtigen und vom Anfang des zukünftigen Sæculi, worin gründlich erwiesen/ daß dieses mit dem Ausgang dieses Jahrs/ dieser aber mit dem Eintritt in das zukünftige zu machen sey. Copenhagen/ bey Sel. J. P. Vockenhusers nachgelassener Wittwen/ 1699. (6. plag. in 8.) *Tractatum* hunc, prævio præfaminè de occasione scripti, in duas partes Auctor divisit, quarum unaquæque 4. capitibus absolvitur. In Capite 1. partis *prioris*, quæ ad statum controversiæ spectat, quæstionem non esse dicit, an Sæculum semel & semper cum anno centesimo finem habuerit? agitque hæc occasione de Sæculo triginta annorum apud veteres Gallos, & de Nestoris ætate, de Sæculo 50. annorum apud Israëlitas, de Sæculo 70. annorum ex Jerem. XXV, 9. de Sæculo 110. annorum apud Romanos, & de Ludis Sæcularibus, de Sæculo mille annorum, & de hodierno 100. annorum Sæculo. Cap. 2. ait quæstionem pariter non esse, an Sæculi currentis finis, secundum supputationem aliorum nostri vel veteris ævi populorum, in futurum annum, qui vulgo 1700. vocatur, incidat? & illustrat hanc quæstionem variò anni tam politici quam ecclesiastici, apud Israëlitas, Romanos, Persas, Græcos, Ægyptios, Moscovitas, Asiaticos, Bæotios, Christianos Alexandrinos, Anglos, Hispanos, Norvegos, Islandos, Danos, ac veteres Germanos, initiò. Cap. 3. demonstrat non esse quæstionem, an Sæculi primi finis fuerit, cum Christiani primitivæ Ecclesiæ annum nonagesimum nonum numerarent? Probatque hoc ex ætate Dionysii Exigui, qui sub initium

Sæculi VI. vixit. Hæc occasione differit de supputationibus Christianorum veterum secundum annos Consulares, de quarum defectu ex primo quidem & secundo Sæculo queritur, ex tertio tamen & sequentibus ad initium usque sexti Sæculi easdem illustrat. Hinc agit de supputatione temporum apud Christianos secundum Indictiones, secundum æram Hispanicam, secundum annos Regum & Imperatorum; imprimis æram Diocletianam, quam Dionysius Exiguus reperisse dicitur. Porro afferuntur inscriptiones, quæ videntur evincere, æram Christianam hodiernam quoque ante Dionysium in usu fuisse, simulque docetur, in posterioribus etiam Sæculis Christianos veteri supputatione usos esse. Capite 4. denique remouetur quæstio, an Sæculi finis sit annus nonagesimus nonus? assumitur autem ea: *An currens annus finis hujus, & futurus annus novi Sæculi initium sit?* quæ disceptatio inde illustratur, quod annus currens non sit nonagesimus nonus, sed centesimus. Hanc thesin verò, ceu fundamentum suæ assertionis, Auctor pluribus in Parte secundâ demonstrat, & quidem Capite 1. ex Historiâ Sacrâ & Profanâ. Quod ut eò feliciter procedat, ostendit è Scripturâ terminum à quo, nempe Nativitatem Christi ejusque annum; deinde brevibus rejicit falsas sententias, & ex Historicis undecim Sæculorum probat, Christum annò 42. Imperii Augusti natum esse; Dionysium denique & Bedam annos completos numerasse ait, quam supputationem etiam à nobis teneri monet, aliisque exemplis, nimirum supputatione conditi Mundi, Urbisque conditæ, illustrat. Capite 2. hæc supputatio ex ratione probatur, & Capite 3. testimoniis Baronii, H. Grotii, Petavii, Pontani, ac Calendariographorum, inprimis Brunsmanni & Morerii. Capite 4. demum Objectiones resolvuntur, e. g. quando dicitur, annum nonagesimum nonum non esse centesimum, nec octiduum illud à nativitate Christi esse habendum pro primo anno; item objectio de Jubilæo Judæorum & Papistarum. Tandemque generale argumentum opus claudit, unâ cum Carmine sæculari ad Regem CHRISTIANVM V.

Die 29. Aprilis M. Severinus Wintherus, Respondente Nicolao Fosio, Laurentii filio, in Collegio Medicò Dissertationum Physicarum quintam (quæ hujus materiæ altera est) de Pulvere Pyrio, ejusque

ejusque partibus constitutivis, Sulphure, Nitro & Carbonibus, habuit (5. plag. in 4.) De priori vide N. L. 1698. p. 204.

*D. Reinholdi Wagneri*

*Observatio Medica de abscessu inguinali*

*Curatione, cum perforatione Intestini*

*Ilei, & eruptione Lumbricorum.*

De Intestino Ileo innoxio lumbricis & ulceribus perforato, intra triennium jam quartum observatu dignum occurrit mihi exemplum; quippe priora duo Ephemeridibus Naturæ Curiosorum, proxime lucem aspecturis, inferi curavit gratiosissime Illustris N. Archiater Regius, *Georgius Francus de Frankenu*: Sequentia verò adhucdum in Regiâ hâc Hafniensi Metropoli recentiore memoriâ prostant. Nimirum Anno proximè præterlapso, Mense Februario, Paupercula quædam quadragenaria, in plateâ vulgo dictâ *Bergerstrasse*, abscessu inguinali cum doloribus punctoriis in sinistra pubis regione corripiebatur; ex quò sua sponte tandem disruptò nullus quidem lumbricus, foetidissimum tamen pus ipsissimaque alimenta liqvida paulò ante assumpta, hæc inter semina anisi, foeniculi, prodierunt. Adhibitâ a me internè Essentiâ balsamicâ de Peru, Vulnus Intestini per Dei gratiam restitutum, ulcere tamen externo adhucdum fistuloso remanente, utpote cum manus auxiliatrices Chirurgorum Senioris Dni *Vilhelmi à Blanckenheim*, serò admodum admisisset misera. Similiter anno labente die 15. Dec, Miles, *Andreas Glaser*, in ingvine dextro tumorem instar bubonis Venerei persensit; Chirurgus Regii Exercitus Pedestris, Dnus *Jacobus ab Aspern*, Vir in Arte suâ Experientissimus, præmissis emollientibus tumorem incidit; ex quò foetidissimum serum sanguine mixtum promanabat. Iniectione itaque Ess: Aloës, Myrrhæ, Mastichis, Olibani, s. Hyperic. & Bals. de Peru Ulcus hocce cacoëticum à putredine vindicavit. Intereâ temporis propinata Essentiâ amarâ cum Ess. balsamicâ de Peru, æger lumbricum per Vomitus rejecit, paulòque post unum alterumve lumbricum vivum per Vulnus incisione reiteratâ dilatatum eliminavit. Hinc

assumpto alternis vicibus semine Santonici, commemorata non tantum semina, sed & putamina ex pane secundo aliusque filiovis alimentis assumptis ex vulnere profluxisse mecum observavit Nobiliss. D. *Georg. Fridericus Francus de Frankenau*. Excernebantur autem talia ultra duorum Mensium spacium, nullis symptomatibus, nullaque febre ægrum infestante, quippe qui per totum curationis tempus quoad cætera sanus incedebat, suaque munia satis commodè peragebat, nisi quod hocce mense Aprili domi clinicus teneretur ob vulneris extremi feliciorē consolidationem, quam Divina gratia quoque clementissimè concessit. Patet itaque, Intestinarum tenuium vulnera non semper esse lethalia; quemadmodum plurimis fide dignissimis Exemplis illustravit nuperrimè eruditissimum Scholion Excell. D. *Joh. Jacobi Stolterfohtii*, quò mense Januarii in his Novis Literariis Observationi meæ, de horrendo Vulnere abdominis, singulari gratiâ lucem affundere dignatus est: quocumque conferantur *Ephem. Germ. N. C. de Lumbricis intestina innoxie perforantibus* Dec. II. A. V. obs. 45. item: Dec. I. A. I. obs. 35. & 45. Dec. II. A. I. p. 252. & 308. Dec. II. A. III. p. 282. Dec. II. A. V. obs. 45. Dec. II. A. VI. p. 381. Similiter *Blegny Zodiac. Med. Gall. A. I. p. 84.* it. *Bonettus in Medic. Septentrion. L. 3. Sect. 17. C. 6. P. 640. alii.*

### OTHONIAE.

*M. Elias Naur*, Professor Græcæ Lingvæ in Gymnasio Othoniensi, (de quo N. L. 1698. p. 116.) Scriptum nuper vernaculum edidit, cui titulus: *Langfredags Spræl ter Spectakel fremset af en Bedning Joh. XIX, 5. forklaret af en Christen, der til sin Siæls Ankerhold i Christe Ildelser icke vil forglemme Et Ehiste Naalegab. i. e. Speculum Parasceves: &c. quò occasione verborum Pilati: idè oύβρωσ, tota Christi patientis Historia secundum præcepta Theologiae Moralis proponitur. Kiøbenhavn hos S. Joh. Ph. Bockenhoffers Efterleverske/ 1699. (4. pl. in 12.)*

*Idem* typis evulgavit *Orationem Valedictoriam, de Clarissimis & beatissimis Scholæ Othoniensis Rectoribus, habitam in*  
 Au-

*Auditorio Scholæ Othen. die 9. Maji, 1694. Hafniæ, literis Viduæ Io. Phil. Bockenhoffer, 1699. (4½. plag. in 8.) Rectores Othonienses, quorum nomina & merita Oratione hæc recensentur, sequentes sunt: Christiernus Scytte, circa an. 1551. Laurentius Cholding, Iohannes Bangius, Iohannes Nicolai, Iohannes Petri Glandorph, Nicolaus Hammer, Canutus Besche, Iohannes Michaëlius, Ianus Petri Vedel, Canutus Richardi, Sveno Petrus, Christianus Janus, Iacobus Sperlingius, Christiernus Lundius, Ingvarus Nicolai, Georgius Falsterus, Henricus Pontopidanus, Henningius Acthonius, Matthias Bangius, & Nicolaus Halsius, cui Auctor noster succesit, ac an. 1694. Rectoratûs fascës Thomæ Brodero Bircherodio (super. an. p. 143. & 186. nobis dicto) tradidit.*

Superiori mense Apr. p. 125. mentio facta est obitûs *D. Georgii Harnæi*, Physiци Othoniensis, ac Insulæ Fioniz Medici Provincialis; de quo sequentes adhuc vitæ ipsius factorumque circumstantiæ notari merentur. Natus fuit Othoniæ in Fioniâ an. 1647. die 19. Martii, patre *Hermanno Hahn*, Senatore mercatorii ordinis Othoniensis, qui Lubecâ fuit oriundus. In Scholâ Cathedrali, ac Gymnasio patrio literas didicit, indeque an. 1665. Academiam Hafniensem petiit, ubi præter Philosophiæ studium, (cujus primam Lauream an. 1666. est adeptus) Theologiæ non tantum sed & Medicinæ se consecravit, celeberrimi imprimis Viri, *D. Thomæ Bartholini*, in formatione usus. Hinc an. 1668. auspiciis Regiis *Corrector Scholæ Cathedralis Othoniensis* fuit constitutus, & paullo post summum in Philosophiâ gradum assumpsit. Nec renuit quidem ecclesiasticum munus *Adjuncti Pastoris Templi D. Canuti Othoniensis*, an. 1671. ipsi oblatum; Sed anno sequenti Regi placuit, eum vocare ad publicam *Ethices & Eloquentiæ in Gymnasio Othoniensi Professionem*, cui officio per undeviginti annos præfuit. Interim præ in Medicam non infeliciter exercuit, ac an. 1684. præviâ disputatione inaugurali, *Hafniæ Doctor Medicinæ* fuit renunciatus, simulque cooptatus in *Academiam Leopoldinam Naturæ Curiosorum*, cujus Ephemerides, ut & Acta Medica Hafniensia, variis auxit observationibus. Anno 1692. *Rendsburgum* fuit vocatus ad obeundum Poliatri munus; sed inde post quinquennium in patriam revocatus, *Medici Provincialis*

aliis ac *Physici Othoniensis* spartam sibi conferrī passus est. Matrimonium bis contraxit, & primò quidem an. 1674. filiam *Georgii Bartholini Tavvlovii*, Ethices & Eloquentiæ Professoris Othoniensis, duxit; hâc autem an. 1683. mortuâ, sequenti anno filiam *Christiani Henrici Luja*, Med. D. & Practici Fioniæ nec non Conistorialis Collegii Assessoris, sibi copulavit. Quod utrumque conjugium licet pluribus utriusque sexûs liberis beatum fuerit, duo tamen adhuc saltim è priori supersunt filii. Tandem à generosi cujusdam (per ipsum divinâ ope sanitati restituti) ægri visitatione redux, morbo correptus fuit, & ipsis Calendis Aprilis, inter horam undecimam & duodecimam meridianam exspiravit.

## FLENSBVRGI

*Johannes Mollerus*, (ob egregia tam in Historiam patriam, quam literariam merita, sæpius nobis laudatus) *Introductionem* suam ad *Historiam Ducatum Cimbricorum, Slesvicensis & Holsatici*, jam ante aliquot annos evulgatam, & nuper etiam *Bibliotheca Septentrionis Eruditi*, (pag. 24. memoratæ) insertam, *Novâ Prefatione* ornavit, quâ (præter subnexum potiorum Sphalmatum typographicorum Bibliothecæ Septentrionis Eruditi Indicem) variâ partim *Introductionis* istius *ωαραλειπόμεια* exhibentur, partim verò *Chersoneso Furiæ-Holsaticæ* priscum *Cimbricæ* agnomen, contra *Olaum Rudbeckium* & *Joh. Dan. Majorem*, inclytam Cimbrorum veterum gentem in fines Sveciæ extremos perperam relegare conatos, breviter quidem, sed solidè tamen asseritur. Hamburgi, ap. G. Liebezeit, 1699. (4½. plag. in 8.)

## SLESVICI

Auspiciis Ducalibus impressus est *Liber Precum*, vernaculo sermone conceptarum, quarum tam in publicis Cœtus Ecclesiastici conventibus, quam privatis domibus usus est. Titulus operis ista habet: *Gottgefälliges Räuchopfer/ und Schatzkammer Geistlicher Gebete und Andachten.* (4. Alphab. circiter in 4.)

Prodiit quoque iterata editio tractatum vernaculorum B. *Augusti Stiefen* Secretarii olim Husumensis, quibus miseram *Ele-*

*mosynarum* conditionem, aliosque sui temporis defectus perstringit, hoc titulo: *Epiegel des heutigen Christenthums/ an unsern elenden Almosen; &: Wehschreyender Stein über den Greuel/ daß man zu Zusum die Diener der Justitz nicht zu Grabe tragen wollen.* Uterque tractatus, unâ cum Auctoris vitâ, & præfixis epistolis encomiasticis, *D. Kortholti, D. Morbosi* (qvi virum hunc magni ob ingenium, pietatem & doctrinam, faciebat) ac *M. Ioachimi Giesen* Past. primarii Kiloniensis, fratris ejus, primâ vice Hamburgi an. 1687. prodit. (26. plag. in 8.)

Idem Auctor inter alia Msta reliquit *Animadversiones in Opus Grammaticum Germanicum Jussti Georgii Schottelii*, quæ fortè propediem lucem videbunt.

## KILONIÏ

Die 3. Aprilis sub præsidio *Henrici Muhlîi*, Prof. P. &c. summis in Philosophiâ honoribus impetrandis; de *Pœtis Episcopis* disputavit *Sebastianus Kortholt*, Cèleb. Theologi Kiloniensis, *D. Christiani Kortholti* filius. (10 $\frac{1}{2}$ . plag. in 4.) Dissertatione hac Auctor plus quam 150. Pœtas Episcopos enumerat, meminitque ultimo loco vatam Præsulum etiamnum superstitem. Pag. 4. Opitium S. Annonis Archiepiscopi Coloniensis rhythmos publicasse negat; p. 6. probat è Duporto, Apollinariùm non esse auctorem Metaphr. Palmorum; p. 9. affert exempla Pœtarum, qvi cum versibus vitam finierunt; p. 13. è literis Datimii MS. probat, Barthium Ceponio versus suppôsuisse; p. 14. contra Freherum tuetur, Adrianum VI. non fuisse Pœtam; p. 16. prolatis probat exemplis, Bezam, Io. Auratum, Dan. Heinsium, I. C. Scaligerum, Grotium & Hugenium navos prosodicos admisisse; p. 17. de Allusionibus agit, & Bailleti errorem exponit, ac Barthii. Pag. 38. producit exempla vatam, qvi veterum nomine verlus confinxerunt; p. 40. notat Freherum Cleopatram Castilion. rhythmos Etruscos affirmantem; p. 46. contra Adr. Bailleum tuetur non existere pœma Casa, cui de *Laudibus Sodomis* titulum indidit Bailletus, qvi nomen auctoris, ty-pothetæ, impressionisque annum & locum perperam annotavit. Hac occasione parentem suum, *D. Christianum Kortholtum*, defendit,

cujus libri *de tribus Impostoribus M.* titulum reprehendit Bailletus, quod ante Morinum (prodiisse autem post Morinum patrium librum indicat) non dubitavit in memoriam revocare titulum detestabilem. Porro observat, Bailletum falli, cum à patre suo profectum dicat Anti-Salmasium & Anti-Baronium de Pane Eucharistico, cui errori præbuerint ansam Disquisitiones Anti-Baronianæ, quibus annexa est Dissert. de Pane *ἐπισσίω*. Pag. 51. Brouckhusium coram promississe ait Judicium de Poëtis Batavorum Latinis; quorum meminerit Bailletus; p. 54. luce dignas putat literas, quas possidet MSS. Pauli Peliisonii, ob limata de Philosophis, Politicis, &c. Judicia; p. 55. Canutum poëtam, quod Medicinam in Septentrione solus ante Sæc. XVI. illustravit, malè à Bartholino in libro de Poëtis Medicis omissum scribit; p. 58. indicat à Bailletto, auctore libri de pueris doctis, 23. pueros poëtas, quos nominat, prætermitti; p. 66. ejusdem errores plures refellit & Bælii; p. 69. memorat R. *Blackmorum* de Rege Athuro poëma epicum XII. librorum publicasse, quod die 18. Mart. 1697. Potent. Britan. Regi stiterit, quocirca in ordinem Equestrem, collato aurei torquæ munere, receptus sit.

Idem præcedentis Dissertationis Auctor & Respondens anno 1692. Præside parente suo D. *Christianò Kortholtò Theses Theologicas*; ac anno 1696. sub præsidio *Henrici Mublii*, Disquisitionem de *Enthusiasmo Poëtico*, publicè defendit.

#### RACEBURGI

*M. Joh. Augustus Röschius*, V. D. in Ecclesiâ Raceburgensi Minister, librum vernaculum prelo parat, quo *fata urbis Raceburgensis, Phœnicis instar è cineribus suis resurgenti*, describuntur. Titulus operis hic est: *Phœnix in cinere extinctus, & ex cinere redivivus. Der in seinem Neste erstorbene und neugebohrne Phœnix; das ist/ Die vormahls durch Göttl. Verhängnis ganz in die Asche gelegte/ und wieder zum Theil erbauete Stadt Raceburg, dabey unterschiedliche Predigten/ welche sowohl vor/in/als nach der Belagerung/ wie auch bey der darauff erfolgten wieder Erbauung der publicquen und privat-Gebäuden/ nach und nach gehalten/ und nunmehr zum stetswährenden Denck- und Danckmahls der Göttl. Wunder-Güte/ wie auch der hohen*

ben Gnade/ welche die Durchl. Häuser Braunsch. und Lüneburg höchstpreißwürdig erzeiget/auffgerichtet: Nebst der gründlichen Relation der merckwürdigen Particulariteten/ welche sich vor/ in/ und nach der Belagerung dieser Stadt Rabeburggetragen/ und durch öffentlichen Druck noch niemahls bekandt worden; mit angehängtem Gebet und Dancksagung/ so zur Zeit der Belagerung geschehen/ auff Versehen vieler Liebhaber in Druck gegeben von M. Iohanne Augusto Röschio, 20-jährigen Predigern daselbst.

## LVBECÆ

*Franciscus Wörgerus* (de quo vid. Nov. Liter. an. 1698. p. 45.) Exercitationem Biblicam evulgavit, de *Samsone instructis ad incendium Vulpibus agros comburentes Philistorum*; cum Appendice ad Historiam Simonianam, ubi de *Maxilla Asini*, quæ percussæ sunt mille Philistæi, quæ restant dubia ventilantur, ad R. Ministerii Lubecensis Seniores, Dn. M. *Bernhardum Kreckwigium*, hujus à puero Philologiæ ad extremam usque ætatem sedulum pariter atque gnarum maximè Cultorem. Lubecæ, ap. Ioh. Wiedemeyer, 1699. (4½. plag. in 8.)

Die 26. Aprilis in Lycéo Lubecensi (prævió Programmate invitatorió *Enochi Swanienii*, Rectoris) *Iohannes Christophorus Tesdorff*, Lubecensis, Orationem solennem habuit, de *Artificio multiplici*, ut homo homini admirabilis evadat.

Ultimo deniq; Aprilis die vivis excessit *Georgius Radovius*, I. V. D. Rev. Capituli Præpositus, Reip. Lubecensis Syndicus, & Consistorii Præses. Is Libevaldie in Prussia natus fuit an. 1635. d. 6. Apr. patre *Friderico Radovio*, Regiomontano, Ecclesiæ Libevaldensis, viciniquæ Castri Electoralis Preußischmarck Pastore. Salfeldiæ, Hollandiæque literis imbutus, an. 1651. Academiam Regiomontanam petiit, ubi sub præsidio M. *Fancii de Imperante* & parente publicè disputavit. Hinc an. 1653. Rostochium delatus, Theologiæ primùm operam impendit, & non tantùm *Michaële Watsono* Præsidente, ex Philosophicis de *Substantia mobili & immobili*; sed etiam in Collegio *Isaiæ D. Augusti Yareni* Disputationem Theologicam

ha-

habuit. Mutavit autem paulò post consilium, & Jurispruden-  
 tiæ studium amplexus est, in quò tantos fecit progressus, ut non  
 inodo sub *Henrici Rudolphi Redekeri* D. Præsidio tam in *Collegio In-*  
*stitutionum*, quam de *Majestate* publico eruditè confligentium col-  
 loquio sese stiterit; sed etiam, præviâ Disputatione Inaugurali de  
*Successione Conjugum*, ad *Auth. Præterea C. unde Vir. & Vx.* Præside  
 D. *Henrico Rabnio* an. 1660. habitâ, post susceptum iter literarium  
 per Germaniam, Helvetiam, Galliam & Belgium an. 1662. supre-  
 mis utriusque Juris honoribus, sive *Doctoris* titulo, ornatus fue-  
 rit. Eòdem annò à Statibus Provincialibus Ducatus Mecklen-  
 burgici ad *Syndicatum* fuit vocatus; & quadriennio post à Senatu  
 Rostochiensis Ordinariam *Juris Professionem* obtinuit. Sed istis  
 valedixit muneribus, cum anno 1686. à Magnifico Reip. Lubecen-  
 sis Magistratu ad *Syndici* officium evocaretur, cui an. 1692. *Præposi-*  
*tura Ecclesiæ Cathedralis* accessit. Ad externos sæpius Orator fuit  
 missus, & quamplurimis negotiis publicis ac civilibus, tam in  
 Aulâ Cæsareâ, quàm apud Potentiss. Daniæ Regem, Electorem  
 Brandenburgicæ, Duces Brunsvico-Luneburgenses, aliosque Ger-  
 manicæ nostræ Proceres, imprimis autem in nuperâ pacificatione  
 Risvicensi, operam suam impendit. De his negotiis ipse ita: *Quid*  
*ubique egerim, loquentur post fata mea Dissertationes typis expressæ, de-*  
*cebunt Relationes ex Actis, in Archivis asservatæ, sed & expe-*  
*ditiones apud varios Principes, præcipuè verò Imperatoriam Maje-*  
*statem, & summa Imperii Tribunalia, quibus divina benignitas*  
*me Legatum beare non dedignata est.* Ab anno 1664. vixit in  
 Conjugio filiz *Henrici Sibrandi*, J. V. D. & *Syndici* Provincialis  
 Mecklenburgici; sed sterile fuit hoc matrimonium. Tan-  
 dem à visitatione Bergerdorffensi redux in morbum inci-  
 dit, ac ipsâ Dominicâ Jubilate vitam  
 cum morte commu-  
 tavit.

---

Superiori mense Aprili, p. 122, lin. 16. pro *Altorffini, Iohannis*;  
 legendum: *Gelpherbyani, Leonhardi.*



# NOVA LITERARIA

## MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

*Edita Mense Iunio, M DC XCIX.*

### ROSTOCHII

**P**ræfide *Iohanne Petro Günenberg* / SS. Theol. D. & Prof. P. Consistorii Ducalis Mecklenb. Assessore, & Districtus Mecklenb. Superintendente, *Casparus Eberhardus zur Löven* / Kierspensis, Marco-Gvestphalus, vocatus Ecclesie Patris Kierspensis Minister, die 21. Aprilis Disputationem Theologicam ante abitum ventilandam proposuit, quæ *Dei Minister impius, cum censurâ Thomasiânâ*, Academicis observationibus modestè sistitur. (6 $\frac{1}{2}$ . plag. in 4.) Dissertationis hujus Proœmium agit de constituto per Christum Novi Testamenti Ministerio efficacissimo, & Professoris Hallensis D. *Christiani Thomasi* Thesin, *nullum Ecclesiasten impium esse Ministrum Christi*, examinandam sistit. Cap. I. Circumstantias quasdam hujus controversiæ, 2. Terminorum explicationes, 3. Statum controversiæ, ac denique 4. Confutationem sententiæ Thomasiânæ, ad incommodum deductæ, proponit.

Die 2. Maji sub præsidio *Iohannis Ioachimi Schæpfferi*, I. V. D. & Prof. P. Com. Pal. Cæs. & Consistorii Duc. Mecklenb. Assessoris, de *Vsu & abusu Elenchi Ecclesiastici, ejusque præmiis & pœnis*, disputavit Auctor *Georgius Adamus Schleusinger*, Buditsâ Lufatus (*Christiani Adami Schleusinger* / Supremi, quod Wismariæ est, Tribunalis Regii Assessoris, filius primogenitus) cujus sæpe in his Novis Literariis mentionem fecimus. (6 $\frac{1}{2}$ . plag. in 4.) Cap. 1. Juridicæ hujus Dissertationis Generalia Elenchi Ecclesiastici, ut Etymologiam, Homonymiam, Synonymiam, Definitionem, Divisionem, &c. sistit. Cap. 2. Vsum Elenchi Ecclesiastici ejusque præmia exhibet. Cap. 3. denique Abusum Elenchi Ecclesiastici ejusque pœnas proponit.

Die 3. Maji *M. Iohannes Ioachimus Weidnerus*, Rostochiensis, (quem superiori an. 1698. p. 34. & 223. diximus) in locum *B. D. Bernhardi Mülleri*, (de cuius obitu vid. p. 33. a. c.) *Diaconus Templi S. Mariæ* fuit electus.

Die 16. Maji *M. Zacharias Grapius*, Rostochiensis, SS. Theol. Baccalaureus, Physices ac Metaphysices in Academia Patriâ Prof. P. Ordinarius, & ad *Ædem S. Iacobi* Archidiaconus, Præsides *Iohanne Fechtio*, SS. Theol. D. & Prof. P. Consistorii Ducalis Mecklenb. Assessore, ac Dioces. Rostoch. Superintendente, nec non Facultatis Theol. ad hunc actum Decano, pro Licentia impetrandi summos in Theologia honores, Disputationem Inauguralem habuit, quâ *Libellum recentissimum sub rubricâ: das ewige Evangelium/der allgemeinen Wiederbringung aller Creaturen/ &c. h. e. Æternum Evangelium Ἀἰωνοπαράσσωστος omnium Creaturarum, &c.* examinavit. (12. plag. cum Programm. in 4.) Natus est hic Candidatus Rostochii an. 1671. d. 6. Octobr. Patre *Zachariâ Grapio*, SS. Theol. D. & Prof. P. primùm ad *D. Petri Pastore*, dein Superintendente Districtus Mecklenburgici, qui an. 1679. obiit; Matre verò filiâ *Balthasaris Rhavv*, Professoris olim Theologi Gryphisvvaldensis, ac postea Superintendentis Stralsundensis, quæ primis nuptiis *D. Iohanni Friderico König* Theologo Rostochiensis, juncta fuit. Literis non tantùm in Academia patriâ, sed etiam Gryphisvvaldensi, ubi an. 1694. supremos honores Philosophicos s. *Magistri* gradum nactus est, operam impendit, ac Lubecensium Patronorum gratiâ in numerum alumnorum Schabbelianorum receptus, varia solidioris doctrinæ specimena edidit. Conscriptâ deinde & sub præsidio *D. Ioh. Fechtii* habitâ Disputatione de *æterna Messia generatione ex Ps. II. patriæ* ad tempus valedixit, & in *Wittebergensem* ac *Lipsiensem* Academiam se contulit; ubi non tantùm in privatis Collegiis Ebraica, Rabbinica, Metaphysica, Moralia, artemque disputandi, & ipsam quoque Theologiam, cupidæ bonorum studiorum Juventuti tradidit; sed etiam è cathedrâ superiori Præsides disputavit de *Talmude Hierosolymitano*, de *Talmude cremando*, de *calumniâ Ono- & Chorolatris*, *Iudeis olim & Christianis adpersa*, ut & de

de *Rosâ aureâ*, quotannis à Papâ consecratâ. Hinc visâ quoque Jenensii Academia in patriam redux, præviâ (sub ejusdem, quem paulo antè memoravimus, D. Ioh. Fechtii præsidio) Disputatione Inaugurali, de *recentioribus circa Versionem B. Lutheri Germanicam controversiis*, an. 1697. d. 20. Maji Baccalaureus Theologiæ fuit renunciatus. Variis inde (præter Lectiones privatas) exercitiis publicis inclauit, quibus egit: de *Thalmude Babylonico*, de *Menæis & Menologiis Græcorum*; de *Controversia inter Juricium & Bayleum, utrum Atheismus necessariò ducat ad corruptionem morum?* de *Victore ab Edom, sine sociò sociâque torcular calcante, ad Esa. LXIII. ut & de Pajonismo, s. Controversiâ recentissimè in Galliâ & Belgiò agitatâ, de verbi divini influxu in conversionem hominis*; cæu in superioris anni 1698 Novis Literar. p. 8. 20. 151. sq. & 233. diximus. Tandem B. D. Ioa-chimo Lindemanno, in *Professione Physices ac Metaphysices*; nec non Henrico Beckero in *Archidiaconatu Templi S. Jacobi, apud Rostochienses*, fuit surrogatus, quod ex relatione mensis præcedentis p. 130. sq. repetendum est. Ad ipsam Disputationem Inauguralem quod attinet, ipsius Sectio I. Historica, titulum, argumentum, economiam &c. Scripti, quod Auctor sibi refutandum sumsit, exhibet. Vocatur autem illud: *Das ewige Evangelium der allgemeynen Wiederbringung aller Creaturen/ wie solche unter andern in rechter Erkänntniß des mittlern Zustandes der Seelen nach dem Tode nicht gegründet ist/ und nach Aufsührung der endlichen Gerichte Gottes dermahleins völlig erfolgen wird. Vorgesteller/ und zum Preiß des ewigen liebreichen Gottes/ auch in ertreckung einer seligen Begeenliebe verkündiget von einem Mitgliede D. Ph. G. (i. e. der Philadelphischen Gemeine). 9. plag. in 8. Sectio II. sistit Examen Libri Theologicum, & quidem Subsectio 1. statum illum medium (animarum post mortem) quem Auctor fingit, per certas theses ac argumenta tollit. Subsectio 2. ad Exceptiones & Objectiones, quæ pro mediò hõc statu adducuntur, respondet; Subsectio 3. ἀποκατάστασι illam universalem (quam Auctor dicti libri statuit) per theses orthodoxas & argumenta negat; Denique Subsectio 4. ad Exceptiones & Objectiones Adversarii pro hâc ἀποκατάστασι respondet.*

Die 20. Maji, paullò antè dictò *D. Iohanne Ioachimo Schæpf-fero* præfide, *Gustavus Adolphus vonder Lühe* Eqves Megapolitanus, Auctor & Respondens, Disputationem Juridicam, de *Egregiarum Personarum privilegio circa juramenta*, examini publico submitit. (7. plag. in 4.) Dissertationis hujus Caput 1. rubrum declarat, singulasqve tituli voces exponit. Cap. 2. docet, quæ personæ hodie dicendæ sint egregiæ; ut, præter Imperatorem, Papam, Electores, Duces, Principes, &c. qui abusivè dicuntur egregii, Cardinales, Episcopi, Abbates, Presbyteri, Rotæ Romanæ Auditores, Cameræ Imp. Assessores, Cancellarii, Consiliarii, Ministri majores, Comites, Barones, Nobiles, Professores, Doctores, Licentiati, Magistratus municipales, Iudices, Advocati, & honestæ foemina. Cap. 3. agit de Egregiarum Personarum immunitate à juramentis, & Cap. 4. deniqve de Egregiarum personarum privilegio circa externa juramenti.

Die 23. Maji *M. Johannes Ehrenfried Pfeiffer*, Misenâ Misnicus, (B. D. *Augusti*, Superint. Lubec. filius) jam aliquoties nobis dictus, *Oratione* solenni *D. Georgio Radovio*, Rev. Capituli Lubecensis Præposito, ejusdemqve Reipublicæ Syndico, nec non Consistorii Præsidi, nuper (ceu mensè præced. p. 159. memoravimus) defuncto, parentavit; prævio Programmate invitatorio *D. Henrici Christ. Zitelken* / Eloqv. Prof. P.

Sequenti die 24. Maji suprâ laudatus *M. Zacharias Grapius*, SS. Theol. Doctorandus, &c. Respondente *Joanne Gerckenio*, Rigâ Livonò, de *Judeorum & Muhammedanorum Chibbut Hakkebber*, i. e. *Percussione Sepulchrali*, vulgò von denen *Schlâgen im Grabe*, disputavit. (2½. plag. in 4.) Est autem *Chibbut Hakkebber*, sive *Percussio Sepulchralis*, tormenti genus, quod (ex sententiâ Judæorum & Muhammedanorum) defunctos manet, ipsò judiciò Gehennæ acrius. Ità enim *R. Elias Germanus*, citante Auctore nostro §. 20. ex *Pauli Fagii* versione: *Postquam separatus est homo ab hoc seculò, venit Angelus mortis, & sedet super sepulchrum ejus. Statim intrat anima ejus in corpus ejus, & facit illum stare super pedes suos*

suos, &c. Et in manu ejus est catena, cujus media pars est ferrea, & altera ignea, quâ verberat ( ipsum hominem ) & primâ vice dissolvuntur membra ejus; altera vice ossa ejus dissipantur, tum veniunt Angeli & colligunt ea. Quod ubi tertiâ vice ipsum percusserit, redigitur in pulverem & cinerem, & redit in sepulchrum suum, &c. Similem in modum ferè Muhammedani ineptiunt; quorum tamen æque ac Judæorum nugæ Auctor noster meritò explodit, absurdæ eorum sententiæ *Masticationem mortuorum*, quàm vulgò das *Schmeigen der Todten im Grabe* appellant, originem dedisse conjiciens.

Die 28. Maji denique *Johannes Ernestus Schaper*, Med. D. & Prof. P. Facultatis suæ Decanus, & Academiæ Rostochiensis Rector, *Programma Pentecostale*, de *Verâ Dei Agnitione*, proposuit, quò omnes, qui ad eandem pervenerunt, sibi gratulari, vitamque illâ dignam agere jus sit atque monuit (1. pl. in 4.)

GEDANI

*Constantino Wolff*, Græcæ & Hebr. Lingg. Prof. P. dirigente, *Johannes Krieg*, Gedanensis, in Gymnasio patrio d. 30. Aprilis Orationem Græcam de *Sanguine Christi* habuit.

*Andreas Kühn*, SS: Theol. D. ad S. Mariæ Pastor primarius, & R. Ministerii Senior, *Concionem* edidit, in Coronatione AVGVSTI II. Poloniæ Regis, ex Apoc. XII, 7. sq. habitam. (7. plag. in 4.) Idem hætenus scripsit:

*Dissert. de Jure Dei in Creaturas*, contra *Trviff. Maccov. Amyrald. Schydlor.* Argentor. 1646. (10. plag. in 4.)

*De Ordine Decretorum Divinorum*, contra *Trviff. Placæum*, &c. Argentor. 1647. (9. plag. in 4.)

*De Origine Schismatis*, contra *VValenburg.* Fribergæ 1650. (15. plag. in 8.)

*Vindicias Pacis Religiosæ*, pro *Dorschæo* contra *Melchiorem Cornæum.* Francof. 1656. (47. plag. in 4.)

*Beylage zur Helmstädtischen Abfertigung*, wegen D. *Calixti Abshied.* Wittenb. (7. plag. in 4.)

*De Concordiâ Ecclesiasticâ*, contra *Reinboth.* Wittebergæ, 1659. (15. plag. in 4.)

*De Puncto & momento Discrepantiæ inter Luth. & Reform. ad Relat. Colloqvii Cassellani.* Budissl, 1663. (20. plag. in 4.)

*Discretum Catholicum Autocatacritum Dn. Ernesti Landgravii Hassiæ, cum discussione motivorum ad Kom. Eccles. Annabergræ,* 1677. (46. plag. in 4.)

*Cuneum contra cuneum, & Discreti Catholici Secretarium,* ibid. 1677. (6. plag. in 4.)

*De Mysticorum Quietismo contemplativo, contra Molinos.* 1688. (20. plag. in 12.)

*Georgius Reinholdus Curicke, Dicafterii in primariâ Civitate Gedanensi Actuarius, Historiam splendidissimi Ingressus, quem AVGVSTVS II.) Rex Poloniæ, Gedani an. 1697. d. 17. Martij celebravit, figuris æneis illustratam edidit, hõc titulõ: Freuden-Bezeugung der Stadt Danzig / über die höchstemünschte Königl. Wahl / und darauß glücklich erfolgte Krönung des Durchlauchtigsten / Großmächtigsten Fürsten und Herrn / Hn. AVGVSTI des Andern / Königs in Pohlen / &c. Ihres allergnädigsten Königs und Herrn; Woben höchstgedachter Königl. Maj Königl. Einzug in besagte Stadt / die daseibst auffgerichtete Ehren-pforten / Huldbidigungs Actus, gehaltenes Feuerwerk / und was sonst denckwürdiges vorgefallen / biß an Dero Königl. Abzug / warhafftig beschrieben / und mit schönen Kupfern repräsentiret wird. Danzig / bey O. J. von Waesberge. 1698. (16. plag. & 9. fig. æn. in fol.) Auctor hujus libri idem est, qui an. 1687. Parentis sui Reinholdi Curicken, Gedanensis dum viveret Secretarii, *Historiam vernaculam Gedanensem, quæ vocatur: Der Stadt Danzig Historische Beschreibung, &c.* (4. Alph. 21. plag. in fol. cum plurimis figuris æneis) evulgavit.*

*Christophorus Bebricus, Eloqv. & Poëf. Prof. P. Schediasma Paracleticum edidit, quo Daniele Schlieff, Reip. Gedanensis Consulem Seniore, Erarii Praefectum, & in Collegio Scholarchali Proto-Bibliothecarium, super obitu Conjugis Agathæ Bodeckæ, in vigiliâ Dominicæ Palmarum mortuæ, consolatur.* (2. plag. in fol.)

Idem, præter *Carmina varia, & Programmata* diversi argumen-  
ti,

ti, ut: de *Fortunâ in Casus adversos magnorum Virorum excubante*; De *Memoriâ Cl. V. Ioannu Petri Titii*; De *Terrâ Borussiae viru Mathematicu præcipuis*; De *Laude Gymnasti Gedanensis*; De *Polonia Regibus cognomento Tertius*. De *Pace & Concordiâ*; De *Comparatione duorum Regum Poloniae, Iohannis III. & Boleslai Chrobrii*; De *Legatis*; De *Gedano Regibus suis semper fideli*; De *Coniunctione duorum studiorum, Mercaturæ & Literarum*, De *Abusu Litium*; De *Peregrinatione*; De *Morte Iesu Christi*, &c. edidit etiam:

*Panegyricum in Obiitum Seren. Polon. R. Iohannis III.* (12 $\frac{1}{2}$  plag. in fol.)

*Commentariolum de origine nominis Augustoduni, Civitatis olim in Burgundiâ.* (1. plag. in 4.)

De *Memoriâ antiquâ Terræ Borussiae breve quoddam initium.* (1. plag. in 4.)

*Introductionem in M. T. Ciceronis libros 3. de Oratore* (1. plag. in 8.)

*Rivos Plinianos, seu Imitationes à Plinii Panegyrico.* (4. pl. in 12.)

Jam clathros mordet propediem in publicum proditurus liber de *Muris Urbis Romæ*, ubi conciliantur de ambitu illorum tres hæcenus diversæ visæ sententiæ, *Plinii* in H. N. lib. 3. c. 5. *Vopuci* in Aureliano, & *Ammonis Geometræ* apud *Olympiodorum*, teste *Photio*. Ibi dem à *Plinio* ad muros illos metiendos pedem Romanum adhibitum fuisse; & quomodo is à *Pede Romano Martiani* atqve aliorum differat, ostenditur.

Mense Aprili hujus anni p. 102. *M. Iohannem Christophorum Rosteuscherum*, Ecclesiæ B. Mariæ Gedan. præfectum esse diximus; Is varia hæcenus ingenii monumenta edidit, quorum Catalogus hic est:

An. 1678. prodit *Dissertatio Historico Philol. de Colosso Danielis τετρακεταίων Quatuor Monarchiarum simulacro*; novem quaternionibus constans, habitaqve in Athenis Gedanensi sub umbone *Christiani Rosteuscheri*, I. V. L. Ejusdemqve & *Historiarum P. P.*

Eod. anno secuta est *Witeb. Diatribe Philosoph. de Quæst. An: Deo conveniat Scientia Media, sub Præsidio M. Georgii Schyvartzii, Fac. Phil. Adj. publicè discussa.*

Anno 79. successit Commentatio Philologica, quâ *Sapientia à liberu sui δυναμωδία* è Matth. II, 19. in disceptationem vocabatur, Præsede *Balthasare Stolbergio*, Græc. L. P. P.

Eod. anno disputationes binas Philologicas habuit sine Præsidis suppetiis, de *Sepulcris calce notatis* ad Matth. c. 23. v. 27. in quibus ritus ille Hebræorum Sepulcra affusâ calce designandi ad præcavendam pollutionem ac immunditiam è contactu loci sepulcralis aliâs juxtâ tenorem Legis contrahi solitam, è scriptis potissimum Talmudicis eruitur. Respond. fuère, ad priorem *Tobias Henricus Asman*, Greussenâ Thuringæ, ad alteram *Ephraim Prætorius*, Gedanensis, nunc in Patriâ ad Ædem B. Lazari V. D. M.

Ann. 80. Witeb. habuit disput. Philos. de *Angelicâ Futurorum præscientiâ*. Resp. *Anton. Schuberto*, Lign. Sil.

An. 81. Rostochii eod. Præsede prodiit *Dodecas Thesum Politicarum* de Orig. Civ. & Majestatis. Resp. *Johanne Rebeschke*, Gedan. It. Disput. Philos. de *Amore Dei*, cui adnex. Corollar. de *Panibus faciei*, genuinam eorundem figuram contra communem sententiam, ex scriptis Rabbinorum exhibens. Resp. *Fridrico Neuman*, Fridl. Megap.

A. 82. Disp. Metaphysica de *Distinctione reali & rationis*. Resp. *Jacobo Burgman*, Pomer. nunc Rostochii Græc. L. P. P. & ad Æd. Nicol. V. D. M.

A. 83. Disp. Scholastica de *Visione Dei*. Resp. *Rëtgero Gros*, Lib. Curland. it. Disp. Metaphys. de *Subsistentiâ speciali*. Resp. *Ioh. Francusco Kockerto*, Wismar.

An. 84. Disp. de *Causis essentialiter subordinatis*. Resp. *Ioh. Christ. Cramero*, Sedinensi, nunc S. Theol. D. & Temp. Jac. Pastore.

Et eum à Vener. Colleg. Theologico facultatem impetrâsset docendi privatim Theologiam & disputandi publicè super A. C. secuta est *Exercit. Theol. de Deo ad Art. 1. A. C.* Resp. *Gabriel Starcke*, Primisl. March. itemqve altera de *Homine integro & Corrupto* ad Art. 2. A. C. Resp. *Abram. Richtero*, Dirschaviensi Prusso.

A. 85. Log. & Metaph. Prof. Ord. in Acad. Gryphicâ constitutus excusit *Platonis* olim, post *Renati des Cartes* & sequacium, præcipuè *Ludovici de la Forge*, Problema: *Quod Mens humana semper cogitet*,

gitet, quâ occasione de cogitatione Mentis, & Extensione corporis essentiam ex Cartes. sententiâ absolvente, quæsitum, Resp. *Christiano Segero*, Anclam. Pomer.

Anno vero sequente ventilavit bis Positiones alias Philosophicas assertis quibusdam Cartesian. Physicis & Metaphysicis oppositas, Resp. *M. Rötgero Grot*, Lib. Curl. & *Melchiore Eppen*, Pom.

In Patriam eodem anno vocatus habuit in Athen. Ged. Diff. *Philos. de Iudicio mentis rectè formando*, in quâ de Scepticismo Cartesiano, de Iudicio mentis utrum actus sit voluntatis, de privilegio mentis nunquam errandi, nisi velit: de negato sensuum usu indaganda rerum veritate; de purâ & à phantasmatibus prorsus liberâ intellectiõne, de clarâ & distinctâ perceptione à Cartes. pro regulâ generali & adæquatâ cognoscendæ veritatis venditari solita, de glandâ pineali animæ sede, de præjudiciis &c. prolixius actum Resp. *Philippo Christoph. Pyl*, Strallundenfî, nunc in patriâ ad *Æd. Nicol. Ecclesiastæ*.

AO. 87. Dissert. Moral. de *Origine potestatis domesticæ*. Resp. *Conrado Schilder*, Lib. Curl. it. aliam de *Origine Moralitatis*, eod. Resp. it. de *Defensione sui*, Resp. *Davide Hornicco*, Rig. Livon.

An. 88. Subjecit exâmini *Renati des Cartes Metaphysicam divinam*, s. doctrinam de Deo, in quâ dogmata de dubitatione circa exist. Divinam, de Ideâ Dei innatâ, de Aseitate Dei positivâ, de extensione Mundi infinitâ, de omnipræsencia Dei in solâ ejus intimâ operatione in omnibus consistente, de radice possibilitatis in voluntate Dei ultimâ quærendâ, de contradictoriis Deo possibilibus &c. fusius excussa reperiuntur. Resp. *Ioh. Samuele Laurentio*, Berol. it. Dissert. Politic. de *Iure puniendi delicta*. Resp. *Gottfr. Benj. Textore*, Silef. it. Diff. Moralem de *Obligatione naturali ex promissione oriunda*. Resp. *Fabiano Michael. Harders*, Gedan. it. Diff. Polit. de *præcipuis Majest. juribus*. Resp. *Christ. Andr. Nixdorffio*, Gedan. it. de *Lege Civili*. Resp. *Ioh. Mæske*, Gedan. it. de *Obligatione Hominis erga Deum*. Resp. *Carolo Maring*, Gedan. it. de *Oblig. Hom. erga seipsum*. Resp. *Ernesto Gottlieb Lüschnero*, Gedanensî.

An. 89. Disceptat. instituit de *Qvæstione à Severino de Monzambano motâ*, An Resp. *Mixta sit irregularis*. Resp. *Gabriele Friderico*

*Henrico Schuman, Gedan. it. de Iustitiâ armorum. Resp. Henrico Ebo  
Tensfried Schuman, Gedan.*

Prodiit etiam *Probabilissimus Moralis circa alapani cæde vindican-  
dam fusiùs examinatus, Resp. Nathanaele Schlodt, Gedan. it. Diss.  
Philos. de Divinâ Futurorum Cognitione, Resp. Adamo Eckhardi,  
Rummelsb. Pom. it. Diss. Moral. de Temperato proprietatis jure, in  
qva Qvæst. de Communionè rerum primavà, de jure hominis ex-  
tremâ egestate pressi in rem homini abundantanti propriam, de Jure  
innoxiæ utilitatis &c. ventilantur, Resp. Constantino Gabr. Hecker,  
Gedan.*

An. 90. Diss. Philos. de *Utopiâ Spirituum Cartesianâ, Resp. Tho-  
mâ Babrio, Strales. hodie Ecclesiæ in Pomer. præposito.*

An. 91. Diss. Philologica de *Jejaniis Veterum Hebræorum ex Mai-  
monidis aliorumqve Rabbinorum scriptis deducta. Resp. Nicolao  
Richtero,, Gedan. hodie Pastore Munsterbergens.*

Diss. Moralis de *Ογκολυσία s. de Causis dissolvendi obligationem  
Jurisjurandi. Resp. Joh. Heurico Leif, Gedan.*

A. 92. Diss. de *Indigna Philosopho servitute modoqve Philos. eccle-  
stico. Resp. Christ. Frider. Crockisto. it. Dissert. Moralis de Misch-  
path Kinah s. de Iudicio Zeli apud Hebræos usitato, in puniendis ci-  
tra præviam inquisitionem publicam, ex privato tantùm Zelo, a-  
trocioribus delictis, Resp. Sigumundo Lange, Gedan. it. Dissert. de  
Immoderatâ Philosophi Curiositate, Resp. Joh. Schelovigio, Thorun-  
abhinc Facult. Philos. in Academiâ Witteberg. Adjuncto. it. de  
Syncretismo Philosophico, in qvâ conciliationes plurimæ sententiarum  
circa Controversias præsertim Physicas & Morales occurrunt. Resp.  
Joh. Vogetio, Gedan. jam Medic. Doctore.*

An. 94. Dissert. de *Hypocrisi Politicâ, per præcipua Politicæ capita  
deducta & assertis periculosis Machiavelli, Lipsii, Naudæi, Joh. Be-  
ned. Spinosa &c. opposita Resp. Casspare Corsvran, Gryph. Pomer.*

An. 95. *Triga Qvæstionum Physicarum; An Aqua contineat  
aërem? An visio fiat per receptionem? An dentur qualitates oc-  
cultæ. Resp. Christiano Bucky, Ged.*

#### REGIOMONTI

Die 6. Maji *M. Ernestus Segers, Regiom. Prussus, Respon-  
dente.*

dente *Iohanne von Sanden* / Heilgenb. Prufsò, Problema Politicum publicè ventilavit: *Virum delicta Ebriorum veniam mereantur, aut an mitius punienda sint quàm Sobriorum, nec ne?* (2½. plag. in 4.)

Die 16. Maji *M. Christianus Sabmius*, Alumnor. Elect. & Comm. Convictorii Inspector Secundarius, disputavit de *Fine Hominis*, Respondente *Jacobo Jack*, Lycc. Prufsò, Alumnoqve Electorali, qui ipse d. 25. Maji à Facultate Philosophicà examinatus est, pro obtinendo munere *Correctoris* Scholæ Provinc. Lycensis.

Die 26. Maji, Præside *Friderico Deutsch*, SS. Theol. D. & Prof. Ordinar. *Trigam Positionum*, ex *Anviquitate Ecclesiasticà selectarum*, ad disputandum proposuit *Heuricus Oelemannus*, Colbergâ Pomeranus. (1. plag. in 4.)

HAFNIAE

Natalibus Regiis, quorum alter d. 15. Aprilis, alter d. 27. ejusdem mensis recurrit, bini Nummi, ex auro & argento, dicati fuerunt. Horum primus, (Tab. VI, fig. 1. expressus) auspiciis Illustriss. Comitis *Güldenlovii Senioris* signatus, Effigiem Regis CHRISTIANI V. exhibet, cum inscriptione: VTINAM NON POSSET MORI. Inferiùs additur: cIo IDC XCIX. 15. APRIL. Aversò latere Pietas aræ adstat, accensò igne vina libans, cum perigraphæ: HAEC CVRA HOC VOIVM. Siglæ aræ inscriptæ denotant *Christianum 5. Daniæ Norvegiæqve Regem*, & nomen Monetarii A. MEYBVSCH subjungitur. Nummus secundus (fig. 2. delineatus) quem inter alia pretiosa S. R. Majestas Seren. Reginæ obtulit, adversà facie blandissimæ Principis hujus iconem & titulum præfert; aversà autem nomen tetragammaton Divinum יהוה radiat, ambeuntibus verbis Gallicis: DIEV. POVR. MON. PARTAGE.

Tab. VI.  
Fig. 1.

Fig. 2.

Die 13. Maji *Iohannes Bartholinus*, Thomæ filius, *Thesium Theologicarum* Disputationem quartam, de *Personâ Christi*,

Respondente *Iohanne Marthiâ Hammericô*, Phil. Baccalaureo, proposuit. (2 $\frac{3}{4}$ . plag. in 4.) Disputatione *primâ* egit de *Scripturâ S. cam-* que sub ipsius præsidio an. 1694. d. 23. Apr. defendit *Sixtus Aspachi*. Secundâ, Respondente *Petro Ansgarii Fil.* Phil. Baccalaureo, an. 1695. d. 20. Nov. *Deum Triunum* consideravit; & *tertiâ* denique, an. 1696. d. 3. Dec. à *Christiana VVillichio* Phil. Baccal. ventilatâ de *Pec-* *catô* disseruit. (7 $\frac{3}{4}$ . plag. in 4.)

Die 15. Maji *M. Focbo Vith*, *Alberti* filius, Respondente *Chri-* *sophoro Nicolai Wüller*; in Auditoriô Collegii Medicæi Disputatio- nem Historico-Criticam *secundam*, de *Formulis jurandi*, habuit. (2 $\frac{1}{2}$ . plag. in 4.) De *primâ* hujus argumenti Dissertatione vide *Nova Liter.* an. 1698. p. 244. Continuatâ alterâ hâc Disputatio- ne Caput secundum, atque agitur de formulis jurandi apud Ebræ- os, tam Biblicis quàm Talmudicis; nec non apud Christianos, tem- pore plantandæ non solum, sed & plantatæ Ecclesiæ. Accedit Caput tertium, quò juramenta non omninò illicita esse, probatur.

Die 22. Maji octoginta quatuor *Laureæ primæ Philosophicæ* *Candidati* defenderunt *Pauli Vindingii*, Ordinis Philos. h. t. Decani, *Æstatem Græcam*, s. Dissertationem *secundam* de *variis* *Lingue Græcæ Scriporibus*. (5 $\frac{1}{2}$ . plag. in 4.) *Prima* hujus argu- menti Dissertatio, sive *Ver Græcum*, prodit an. 1693. d. 19. Maji, eorumque Græcæ Scriptorum vitas & elogia recensuit, qui usque ad expeditionem Persarum in Græciam sub Dariô Hytasp. & Xerxe, vixerunt, ut Orphei, Musæi, Ljri, Hesiodi, Homeri, Arctini, Cynæ- thonis, Eumeli, Leschis, Archilochi, Hipponactis, Alcmanis, Terpan- dri, Tyrtæi, Mimnermi, septem Sapientum, Æsopi, Ibyci, Sapphûs, Al- cæi, Anacreontis, Onomacriti, Phalaridis, Stesichori, Pythagoræ, Phocylidis & Theognidis. *Secunda*, quæ *Æstatis* nomen gerit, Dis- sertatio, Auctores Græcos affert, qui usque ad Romanorum victo- rias & stabilitum in Græciâ imperium floruerunt, ut: inter Hi- storicos Thucydidem, Xenophontem, Ctesiam Cnidium, Polybium, Palæphatum, Apollodorum & Antigonum. Inter Geographos Scymnum, Scylacem, Dicæarchum, & Artemidorum. Inter Ora- tores Isocratem, Demosthenem, Æschinem & Lysiam. Inter Phi-

Iſoſophos Socratem, Platonem, Ariſtotelem, Theophrastum & Ocelum. Inter Medicos Hippocratem & Nicandrum. Inter Mathematicos Euclidem, Archimedem, Apollonium Pergæum, Aratum, & Geminum. Inter Poetas Æschylum, Sophoclem, Euripidem, Ariſtophanem, Pindarum, Lycophronem, Appollonium, Callimachum, Theocritum & Moſchum; quibus denique Grammatici adduntur.

Die 24. Maji *Johannes Nicolaides Beenius*, brevi diſſertatiunculâ Logicâ ( $\frac{1}{2}$  plag. in 4.) oſtendit *Vitia Dilemmatis Biantis Prienæ*, unius ex ſeptem Græciæ Sapientibus, quò is conjugium ſapienti cuique & ſapientiæ ſtudioſo diſſuadere conatus eſſe memoratur. In præmio hujus Diſſertationis Dilemma Biantis ejuſque cauſa proponitur; ſectio prima vitia Dilemmatis pandit, & ſecunda idem in auctorem ſuum retorquet.

Die 25. Maji *Promotio Baccalaureorum* facta fuit, ubi Ordinis Philoſophici Decanus *Paulus Vindingius* Orationem habuit de *proſperâ & adverſâ Univerſitatis Haſniensis hâc ſeculò fortunâ*; *Johannes Muhlenius*, autem primi Candidati Problema de *Affectibus animi* reſolvit, & *M. Stephanus Reitzernus* lauream imponendam petiit.

Post receptionem *D. Oligeri Jacobæi* in Facultatem Medicam, ſeqvens in Facultate Philoſophicâ mutatio accidit: Profefſionem Geographiæ & Historiarum ſuſcepit *Johannes Bircherodius*, *Zaniſilius*; huic verò in Profefſione Logices *Andreas Angaar* fuit ſurrogatus, & Metaphyſica *D. Henrico Wegborſt* docenda obligit. (Conf. N. L. a. c. p. 22. ſq.)

Prodiit denique *B. Johannis Laſſenii*, SS. Theol. D. & Prof. P. nec non Eccleſiæ Teutonicæ Paſtoris, ſcriptum poſthumum Germanicum, quod vocatur *Sulamitha amans, ſive Meditationes in 29. ſelecta S. Scriptura dicta*, publicis quondam concionibus cætur Dei propoſitæ, jam verò aliqua ex parte dilatatæ, & Odis ſacris illuſtratæ, hâc titulò: *D. Johannis Laſſenii, weiland Prof. P. und Paſtoris bey der Teuſchen Gemeine / Verliebte Sulamithin / oder heiliger*

heilige Betrachtungen über 26. außerselene Macht- Sprüche H. Schrift / zu Beforderung der Liebe des gekreuzigten Jesu in den himmlischen Herzen und Gemüthern seiner Außerselsten hiebevorn in öffentlichen Predigten der Gemeine Gottes vorgetragen / nachgehends in etwas erweitert / und mit so vielen Liebes- Liedern / auch erbaulichen Kupferstücken / der Kirchen Gottes und deren heiligen Gliedern zur Freude / Trost und Erbauung / mitgetheilet. Copenhagen/bey Johann Jacob Bornheinrich / 1699. (1. Alphab. 17 $\frac{1}{2}$ . plag. in 8.) Introductio hujus libri, quæ Tractationi ipsi præmittitur, quinque capitibus constat, quorum 1. agit de Necessitate Amoris erga Deum, 2. de Tempore, 3. De Causa, 4. de Modo illius, & 5. denique de Amore soli Christo præ omnibus præstando. Tractatio ipsa moralem explicationem 26. Scripturæ dictorum continet, quæ desumpta sunt ex Esa. XLII, 1-4. Ioh. VIII, 12. Hof. II, 19. 20. Esa. XXV, 4. Heb. II, 17. 18. Apoc. I, 8. II. XXI, 6. XXII, 13. Cant. I, 3. Ioh. IX, 25. 26. Esa. XL, 11. 12. Joh. X, 11. Ioh. III, 16. Pf. XXIII, 4. 1. Ioh. I, 17. Ioh. XIV, 6. Esa. XLIII, 1-3. Pf. IV, 4. Ioh. VI, 68. Ioh. X, 9. Esa. XLI, 10. 11. Thren. III, 24. 25. Hof. XIII, 14. Esa. LV, 1. Col. II, 14. Pf. XVIII, 36. Marc. VII, 37. Mich. VII, 7. Vnicuique Meditationi in fronte addita est figura ænea, & in fine Oda amoris sacra.

*De Origine Veterum Gallorum à Dite, h. e. a Germanis  
& Septentrionalibus ad Dnm. Collectores Lubecenses  
Novarum Literarior. Epistola Ottonis Sperlingii, Consilarii Regii  
& U. J. D.*

**O**bscurum hactenus argumentum, Viri Clarissimi & Eruditissimi, hoc explicare nemo tentavit, aut quod Gallos offendere nollent, qui Germanos vel Septentrionales dici æquo animo ferre vel concoquere non potuerunt, aut quod illam antiquitatem vix quisquam satis attenderit.

Hodie tamen, cum Francisci sanguinis sint, in illudque nomen Gallia veteres transferint, gaudebunt etiam, ut puto, cum ostendero, Gallos nunquam alios fuisse quam Germanos & Septentrionales:

nales: ipsisque Gallis antiquis fatentibus hoc agam, ne me calumniari vel ignota prorsus fingere mihi possint objicere.

Cluverius quidem Germ. Antiqu. l. i. p. m. 221. aliquid horum vidit, dum *Δία* & *Θεός* & Deum, & Ditem ex unico Theut descendente, & cum eo idem esse prodidit, sed parum hanc rem explicavit, imò confudit potius dum Thoth, & Toyth Ægyptium etiam eò trahit. Et post omnia fateri cogitur se nescire quid *Theuth* vocabuli sit. *Cæterum*, inquit, *quid vocabulum hoc antiquissimis illis mortalibus significaverit, haud facile in promptu est.*

Ego autem Ægyptiorum & Africanum Thoth semper distinguo ab Europæo Theuth, nec facile in aliena castra transeo, nisi manu ducat. At cum toto cælo distent Europæa & Ægyptia vel Africana, non video ob aliquam affinitatem vocum Theuth & Thoth confundenda hæc esse, & ad unam originem referenda, præsertim cum nemo docuerit, Theut ille Europæus quomodo in Africam aut Ægyptum venerit, nec quomodo aut quando Thoth Ægyptiorum in Europam descenderit.

Unde nec facile concedam Græcorum *Θεός* aut *Ζεύς* aut *Δία*, aut Titanes aut Deum, licet Europæa nomina sint, ad *Theut* quidquam spectare: vix enim illam vocem in Septentrione natam Septentrionales terras egressam fuisse statuere licet. Nulla monumenta certiores nos faciunt hujus rei, & sola allusio aut similitudo quædam vocabulorum firmum ullum argumentum præbent. Itaque hæc sinamus valere quantum possunt, & ubi Theut in usu fuerit tandem videamus.

Nullibi autem quam in Septentrione certa ejus ac manifesta sedes ac vestigia colliguntur? ibi tot dialecti hujus vocis inter Germanos Gallosque Danos Norvegos & Svecos locum habuerunt, quas enumerat Cluverius p. m. 82. quarum præcipuæ sunt *Thiod*, *Theod*, *Theut* & *Thiet* & *Died*, *Dis*, *Dout* & *Dud*: eò enim ferè cæteræ omnes se referunt, ita ut rectè concludat Cæsaris locum L. 6. Bell. Gall. huc collimare, qui ita se habet: *Gallos Deum maxime coluisse Mercurium, & se a DITE Patre prognatos ex Druidum prodizione prædicasse.*

Falsò Gallis tribuitur Mercurius à Cæsare, falsò etiam Germanis:

nis a Tacito; nesciebant enim illi Mercurios aut Joves aut Junones, aut Ditem Patrem aut ejusmodi nomina, Romanis solis Deorum instar cognita. Sed cum Galli-Cæsari referrent, *Dit* sibi Patrem esse & progenitorem, non mentiti sunt sed verissima retulerunt & illi, & Druides; quamvis Cæsar de Dite Patre hæc intellexerit, cujus nomen non a *Dit*, Septentrionalium sed à  $\omega\lambda\epsilon\tau\omega$  & Plutone Græcorum inter Romanos Latinâ Lingvâ frequentari cepit. Falsus igitur opinione suâ Cæsar fuit, dum *Dit* Septentrionalium & Gallorum aucto, Ditem Latinorum protinus sibi finxit. Hos errores pariunt allusiones vocabulorum, sicque Cæsari quoque imposuerunt: adeò ut habeant hic Rudbeckius Suecus ejusque affectæ, quo se tueantur; dum tota horrea allusionum in suis scriptis nobis aperiunt, non solum Cæsaris, sed & aliorum doctissimorum exemplis tuti, qui pari ratione seipos aliosque decipere non cessant, modò sciant etiam, exempla, quò plura sunt, eò magis illorum errores illustrare ac manifestare.

Et quoniam Cluverius ingenuè fassus est, nihil sibi de ejus vocabuli *Theut* aut *Dit* significatione in promptu esse dicere, nostrum est videre nunc, num originem & significationem veram exculpere possimus.

Hic Septentrionalium lingua omnino venit excutienda, nam quoniam & Teutones & Galli & Celti omnes ex Septentrione se diffuderunt, tanquam ex vagina gentium, per multas in vicinis regionibus provincias, etiam illic scaturigo nominum & linguarum istarum est quaerenda. Hinc est, quod Teutones Melæ in mediâ Daniâ seu Codanoniâ ponantur, nimirum quod ex ulteriore Septentrione eò usque primum sedes & nomina propagarint, deinceps per totam Germaniam se disseminarint, nomenque clarius reddiderint.

Quin & Celtarum veteris nominis obscurum etiam aliquod in illis regionibus vestigium remansit, cum aliàs ubique ferè sit extinctum illud nomen, quo post Scythas, ex quibus Celtae prodierunt, nullum in Septentrionalibus fuit quòndam celebrius vel latius patuit. Asiatici, *Aeser* Septentrionalibus dicti, postquam Septentrionem inundarunt, sive ante Pompejum M. sive fugientes cum in Asiâ grassantem, nomina quoque veterum quæ venerunt

multis modis mutarunt & obruerunt; quod exitium ad Celtas etiam se porrexit in omni Septentrione, ita ut Celticum nomen non nisi in solâ Galliâ omnium diutissimè perstiterit, postquam cæteris retrò regionibus non ampliùs audiebatur, sed propter Asarum potentiam delierat.

Asæ quippe in Septentrionem venientes miseram hanc vitam censebant, quam Celtæ priores incolæ ducebant veteris simplicitatis memores; unde non mirum in Septentrione Celticum nomen penitus deletum esse, cum nemo Celtis ampliùs similis esse vellet, sed omnes ut Asæ magnificentius vitam instituere cuperent. Hinc in *Landnama Saga* libro de origine Islandorum scripto *part. 3. c. 10. p. 102. varo their sva vel buner, at menn hugdu at Æser vero thar kvamner. h. e. tam bene vestiti erant, ut existimarent homines Asas illuc advenisse.* Hinc Asas quoque vix homines sed Deos potius credebant esse, atque Othinum suum inde *Helgi As*, Sanctum Deum & Magnum Asam vocarunt. Jam & duodecim Septentrionalium Dii *Æser* appellabantur indigenis, sic *Svinafials As* in *Nialá* Islandico scripto Deaster quidam in monte porcorum cultus legitur, & *Bardur Snæfells As*, Bardus Deaster in monte nivium, quem coluerunt postquam in fata concesserat, & superest de eo *Saga* seu Relatio, ab Islandis in scripta redacta, *Bardur Saga Snæfells As* appellata. h. e. Bardi historia nivosi montis Deastri.

Talem igitur fastum cum se facerent Asæ & Asiatici in his regionibus, Celtæ ut mendicabula quædam hominum haberi cœperunt, & ab Asis *Keltringer* ideo dicti fuerunt, quod vocabulum apud Danos adhuc in usu, sic enim mendicos & vilissimos quosque hominum vocare pergunt. Terminatio tanè vocis in *ing* significat talem qui a Celtis prodiit, ut *Yngling* dicitur qui ab Ingo descendit, *Skjoldinger*, qui a *Skjoldo*, *Lodbroockinger* qui a Regno Lodbroock Rege: ita *Keltringer* illi dici cœperunt Asis, quia Celtis non ab Asis exierant, quos pro despiciatissimis & mendicissimis Asæ regionibus illorum occupatis, traduxerunt: sicque hac significatione *Keltring* vox adsumta adhuc inter Danos & Septentrionales perseverat, ut omnes hodie ex vilissimis orti, & non nisi mendicitate ac miseris illustres *Keltringer*, *Keltring Pack* dicantur, olim nomine non

nisi ad Celtas distinguendos illorumque simplicitatem contemendam spectante.

Sic Islandi etiamnum *Kelubarn* vocant puerum pannosum & mendicium, & *Kellubur* domum vilem & nullius pretii: non a *Kilte* & *Kelte* vel *Kiolte*, ut existimat Gudmundus Andreae in Lexico suo; quæ nihil habent commune eum dictis *Kelstrinaer*, sed ab aliâ radice manant, nempe a *Kiel* vel *Kyll*, qui est in corpore humano locus a medio homine inferius tendens ad verenda, unde Islandis *Kyll* culeolus verendis tegendis aptatus, ut rectè explicat Gudmundus suo loco. Nam *Kyll* significat & verenda eorumque partes, & vestem, quæ partes illas tegit. Inferioribus Germanis illa vox est usitatissima, eodem sensu quo Danis & Septentrionalibus, hinc *Kilte* Danis & *opstite*, vestes succingere, & ab inferioribus partibus ad superiora paulum reducere, cinctu quodam adhibito & fasciâ stringente, quæ Danis *Klittebaand*, audit. Germani inferiores *sförten* & *opstörten* vocarunt, a foeminarum supparis *sförten* appellatis, quæ his fasciis succinguntur *Opstörtelband* dictis. Ita quoque *Kiltebuxer* Danorum, Germanis *Echürkhosen* appellantur, quod & illæ braccæ ab inferioribus ad medium superius succingantur. Inde ergo Islandis *Kielte* & *Kiölte* hic actus dicitur, quando quis se succingit, & *Kilting* sinus vesti anterior ad verenda spectans, quibus tamen nihil convenit cum *Kelstrinaer*, quorum originem veram a Celtis deducendam veteribus harum regionum incolis, nunc monstravi, non a *Kyll* quæ alia res est & alterius originis.

His ita probatis redimus ad vocem *Fbeut* & *Dit*, unde die *Teutsche* & *Diöste* nomen adhuc retinent, ac illam æquè ex Septentrionalium lingua fluxisse probabimus. Est enim illis vocula *Thiod*, quæ magnam gentem, & multarum nationum colluviem significat. Hinc in compositis Sueciâ ipsis *Spyrthiod*, Suonum gens magna appellatur; hinc *Thiodkonnung* Rex multarum nationum dictus fuit; hinc in *Ulflæ*, sic dictis, Evangeliiis Gothicis *Thiudans*, Rex, & Rex manus multarum nationum vocatur, & *Thiudanassom*, Regnum, aut Regnum ex multis nationibus constans. Hinc *Dithmarschen* vicina *Dithmarsia*, *Teutomarsia* multis olim dicta, quod Teutones illam *Marsiam* & regionem paludosam mari contiguam occuparint; hinc

hinc *Didrich* nomen Islandis *Thiodrekr*, quod significat Magnum ex magna gente. *Rik* enim antiquis Septentrionalibus *magnum* significat, ut *Knut hin riker*, in Annalibus Septentrionalium, Canutus Magnus est, Rex Danix celeberrimus. Sic *Ditherrus* quoque, Dominus magnæ gentis & *Ditmarus*, *Ditmer* ex *Ditmadur* contractum, Vir ex magnâ gente, ut *Stormaderen* contractè *Stormar* Vir magnus, & *Stormarii* nostri, Viri ad Storam fluvium habitantes. Tale nomen est etiam *Δευδοριξ* Betoriti filius Sicamber, qui reperitur apud Strabonem l. 7. p. m. 192. Nihil enim est aliud quam Theudericus, Theodoricus vel Dietericus.

His addi potest *Diethhofen* ad Mosellam, quæ rectè Paulo Diacono l. 1. Longobard. c. 5: *Totonus villa* vocatur: melius scripsisset *Thiotonus villam*, unde Reginoni est *Theodonus villa*, Francis *Theonville*: Germani enim prædium seu villulam *Hoff* vocarunt. Jungamus *Ditmelle* in Westphaliâ, quod Teutoburgium Latinis dici cœpit, quasi *Teut(s)burg*, adeo ut saltus ei vicinus Teutoburgiensus inde denominatus sit. Non verò a molâ vel *Môle* *Ditmelle*, quod volunt aliqui, compositum est. *Möple* siquidem vel *Mühle* Germanicæ originis vox non est, sed quoniam a Romanis molas fabricare didicerunt, vocem quoque *mola* suam fecerunt, *Môle* vocando. Dicitur verò *Ditmelle* ut *Ditmallum*. Nam *Mallum*, quod sæpius legitur in inferioris ævi Scriptoribus, Judiciorum locum publicum significat, omnemque locum, ubi conventus publicus instituebatur, à *mâlè* & *Maal*, quod est loqui & lingua (ac si diceret Francicè *Parlement*) deductum, unde Germanis *melden* / *vermelden* superest. Hæc verò loca, quò publicè conveniebant, munitiora cæteris erant, quod Romanos Teutoburgium vocare hunc locum docuit, Germanis rogatis procul dubio sic explicantibus & Romanos docentibus. Huc pertinet quoque non procul à *Ditmelle* situm *Didenhill*, nunc oppidulum, olim collis, quod ex eadem origine *Teutonum collis* explicari debet, in eum enim se recipiebant pugnatu-  
ri, ut in locum munitum paludibus, aut alio situ naturali.

Jamque faciliè, puto, liquet, cur Galli ipsi *Ditem* sibi progenitorum fuisse dixerint, dum *Dit* idem est quod *Theut* & *Thiod*; quod ex magna Septentrionalium istâ gente prodierint, κατ' ἐξοχῆν

fic dictâ Septentrionalibus, idque gloriæ sibi duxerunt inde exordia sua repetere. Islandi distinguunt inter *Thidd*, quod est fœminini generis, & significat gentem ac naturam, prout dixi; & inter *Thiod* quod est neutrius generis, & significat Regnum Hellesponticum ut accuratissimè observavit Gudmundus Andree in Lexico suo Islandico: quod me docet magnam hanc gentem *Thidd* ex Hellesponto & Scythiâ occidentem versùs in oras Septentrionales se infudisse, & *Thiodingar*, Teutones die *Teutsche*/ ex iis propagatos: nam eæ terminationes non gentem ipsam magnam, sed ex gente magna derivatos significant, ideoque *Thiodungr* Lexicon idem explicat *Virum generosum*, optimo scil. & nobilissimo genere ac gente natum, quem Havamal vocat *Thiodungs Barn*/ filium sc. generosissimum & ex amplissimâ stirpe natum.

Hoc voluerunt Germani indicare, dum se Teutones & *Teutsche* vocarunt, & Galli, cum Ditem sibi progenitorem jactarent, se nimirum ex nobiliss. & numerosissimâ omnium gente prodiisse Septentrionalium. Ex eâdem radice adhuc apud Islandos *Thyde* Colluvies & turba. *Illthyde* Turba latronum, & *at thydass* coire & coacervari, aliaque vocabula obtinent.

Nam qui *Theut* Deum aliquem Septentrionalibus fuisse credunt, eumque cultum & adoratum, quin & ab eo Teutones appellatos, nã illi Septentrionalium antiquorum mores & ordinem in Diis suis colendis perfectos minimè habent; qui nullos omnino homines Deos fecerunt, nullas imagines aut statuas eorum præfigurarunt, sed lucos, arbores, fluvios, saxa, Solem, Lunam & astra venerabantur. Unde de *Trifcone Deo terrâ edito*, prout est apud Tacitum in Germaniâ, altum prorsus silentium in omnibus aliis Annalibus, ut & de Mercurio &c. cum etiam Taciti tempore nondum Germani Deos alios nossent quam lucos sacros. Verum hæc a Romanis fluxerunt commenta, qui ex suis moribus omnia solebant interpretari. Et si qui fortè pauci fuerunt in Germaniâ, qui τῶν εἰδώλων cultum adsciverunt, edocti sunt illi has religiones a Gallis vicinis, Galli verò priùs à Romanis, quæ sanè contra mores antiquos istarum gentium adoptata fuerunt apægrinis & exteris. Hinc illa quæ de Gallis Lucanus l. 1. & co-

eum

rum Diis, Teutate, Heso, & Tarane Dianã commemoravit  
dicens:

Et quibus immittis placatur sanguine diro  
Teutates, horrens quæ feris altaribus Hesus,  
Et Taranis, Scythiã non mitior, ara Dianæ

jam talia sunt, quæ cultum Idololatricum Romanorum & Græcorum sapere videntur. Quamvis & sic interpretari hos cultus liceat, ut luco cuidam Teutatis nomen impositum & Hesi, & Taranis apud Gallos fuisse concedi possit, ibique sacrificia peracta. Nam a *Thiod* etiam multa nomina hominibus sumta dataque in Septentrione legimus. In Landnama occurrunt Thiodus Fridleifi, Thiodrekus, Thioðolfus, Thiotolfus Kodrani, Thiodgerda Floki, Thioðtarnus, & similia: unde & lucus, quem coluerunt, Teutatis, & fluvius Hesi, & saxum Taranis quoddam dici potuit apud Gallos & Septentrionales, licet Teutates ibi non coleretur, sed lucus; non Hesus, sed fluvius; nec Taranes, sed saxum. Non igitur a Viro quodam *Theut* Teutones denominatos esse statuam, sed a *Theut* vel *Thiod* gente illã magnã, quæ in Septentrione sedit, multasque ex se provincias coloniis implevit.

Possẽm hic addere de Allemannis, ex eadem ratione nomen hoc sibi fumentibus, quã Teutones a *Thiod*: nam & Allemannorum vox nihil nisi magnam gentem significat, ut *allarff* magnam & universam hereditatem; *allthing* magnum & universale judicium ac forum hominum multorum confluentium, & quæ sunt in Septentrionalium lingua notissima alia hujus significationis, quæ veram originem Allemannicam complectuntur, eaque omnia, quæ hæctenus à Scriptoribus de Allemannico nomine falso prodita sunt, evertunt. Sed nolo hæc nunc urgere; cum peculiarem desiderent enodationem, qui unicam tantum vocem Septentrionalium *Thiod* tam Teutonibus quã Gallis originem suam conservasse proposuerim exponere, quod nunc haud levibus argumentis me præstitisse confido. Valete. Dabam Hafniæ a. d. XXIX. April. Anni cõ 1699.

SLESVICI

Typis Slesvicensibus excusis est liber vernaculus, de Suscepto-

*ribus lustricis*, cui titulus: *Unordentliche Kirchen-Ordnung mit Befahren oder Tauffzeugen / in der Kirche des Herrn zu verbessern vorgestellt von M. Johanne Paschio, Hoff-Predigern zu Grafenstein, 1699.* (16. plag. in 12.) Hęc librę Auctor disquirit; 1. an necessarium sit, uti Susceptoribus lustricis? 2. Qvot Susceptores invitari debeant? 3. Qvò locò, & 4. Qvò tempore Baptismus peragendus sit. 5. An Spuriè publicè in Templis, adfistentibus tribus patrinis, sint baptizandi? 6. An ii censuram incurrant, qui tribus patrinis haud contenti, plures invitant? 7. Cujus ætatis, 8. Conditionis, 9. Indolis, & 10. Religionis Patrini esse debeant? 11. An salvà conscientià apud eos, qui ejusdem nobiscum religionis sunt, susceptoris munus rennere liceat? 12. An illi obeundo alium liceat substituere? 13. Vtrum pecunia lustrica, & qvanti pretii, eroganda sit? 14. An Parentes baptizati infantis convivium parare debeant? 15. An & qvalia Nomina baptizandis imponenda sint à Susceptoribus? 16. An solennes illa baptizantis qvæstionis: *Renunciasne Diabolo &c.* item: *Credune in Deum Patrem, &c.* Infantem baptizandum, an verò Susceptores, concernant?

## KILONII

*Johannes Fridericus Mayerus*, S. R. M. Svec. & Reverendiss. Abbatissæ Qvedlinburg. Consiliarius in Sacris Primarius, SS. Theol. D. & Prof. P. Ord. nec non Collegii Theologici Decanus, superiori mense Aprili disputavit de *Pontificibus Romanis uxeratis, & filiis Patrum in Pontificatu successoribus*, Respondente *Gregorio Langemack* Utersâ-Hollatò, (5½. plag. in 4.) Thesis 1. hujus Dissertationis asserit, Pontifices falsò se vocare Sponfos Ecclesiæ, cum illud nomen soli Christo competat. 2. Probat, qvosdam ex illis fuisse maritos proprie dictos, & contraxisse matrimonium. 3. Disquirat, qvò jure Servator noster in Catalogis Pontificum primo loco ponatur, & utrum ejus exemplo Cœlibatum suum Pontifices Romani tueri possint? 4. Agit de Petro Apostolo, num Romæ fuerit, & per 25 annos Episcopus fuerit Romanus? ubi simul de Conjugio Petri, ejusque filiâ Petronillâ, disputatur, nec non de qvæstione, utrum Petrus filium habuerit? 5. Probat, Paulum non mino-

minori jure inter Episcopos Romanos referendum quam Petrum, moveturque controversia de Ecclesia bicipite, sive Petro & Paulo Pontificum Prædecessoribus. 6. Afferit, Paulum quoque maritum fuisse videri, quod peculiari diatriba probandum promittitur. 7. de Clemente Romano agit, eique uxorem & liberos fuisse ex Epistola ad Corinthios ostendit, rejecta Decretali Pseudo-Clementis Epistolâ. 8. Afferit Platina in Vita Cleti assertionem, Lucam Evangelistam conjugio junctum fuisse, quæ obiter ex antiquis Platinae editionibus contra recentiorum castrationem vindicatur. 9. Docet, constitutionem de cœlibatu Sacerdotum, quam Calixto I. quidam tribuerunt, rectius referri ad Calixtum II. certè diu post Calixti I. tempora cœlibatum clericorum improbatum Sylvestro Papæ & Leoni M. Siricium quoque Pontificem svasisse potius cœlibatum, quam severius præcepisse. 10. Pontificum uxorum illustre exemplum ficit, Amadeum scilicet Sabaudia Ducem, postea Felicem V. de quo Æneæ Sylvii postea Papæ (II.) egregium testimonium affertur. 11. Producit Hormisdam & Sergium III. Patres Pontificum. 12. Denique agit de Sylverio & Johanne XI. filiis Pontificum, eorumque in Pontificatu successoribus.

Idem Collegii Theol. Decanus, D. Io. Frid. Mayerus, editò nuper *Programmate* Studiosos in Academiâ Kiloniensi ad Prælectiones suas de *novis Controversiis*, illustri trigæ recentium Gallorum, Ludovico Eliæ Dupino, Johanni Mabillonio, & Francisco de Salignac Fenelonio, Archiepiscopo Cameracensi, motis, invitavit, (i. plag. in 4.) Nec non die 14. Maji alio *Programmate*, quò Sacra solennia Pentecostalia pie celebranda indixit, vexatissimam hujus ævè ac superiorum sæculorum quæstionem: *An speranda sit Spiritus S. Incarnatio?* ventilavit, eandemque merito negavit, utpote (α) scopo ac fini unico incarnationis (β) numero duorum Testamentorum, & Novi Fœderis perfectioni, ac denique (γ) jam factæ Spiritus S. statim post ascensionem Christi missioni, adversantem. Notandum vero, p. 10. hujus Programmatiss lin. 4. Typographi culpâ verba aliquot omiſſa esse, quæ sequentem in modum resarcienda sunt: *Equidem Florimundus Ramundus, sive potius, ut veri auctoris nomen addam, Ludovicus Richeomus, Jesuita, libro 2. &c.*

Celeberrimi hujus Academiæ quondam Polyhistoris, B. *Danielis Georgii Morhofii*, *Dissertationes varia*, seorsim hæcenus editæ, nec amplius apud Bibliopolas venales, uno nuper volumine comprehensæ prodierunt, hęc titulõ: *Danielis Georgii Morhofii Dissertationes Academiæ & Epistolica*, quibus rariora quædam argumenta tractantur, omnes: in unum volumen collatæ, & consensu Filiorum editæ. *Accesit* Autoris Vita, quæ tum *Lectiones ejus Academicas*, tum *Scripta edita & edenda*; *Elogia item ac Judicia Clarorum Virorum exhibet*: & *Præfatio Joannis Burchardi Maji*, quæ institutum hujus operis declarat, &c. Hamburgi, sumptibus Gottfr. Liebernickel, 1699. (3. Alph. 15½. plag. in 4.) *Dissertationes*, volumine isthęc comprehensæ, sunt sequentes:

*Diff. de Morbis & eorum Remediis*, sub Præsidio D. *Henr. Kaspen* Rostochii an. 1658. habita.

*Diff. de Jure Silentii*, habita *Fanékeræ*, 1661.

*De Enthusiasmo seu Furore Poetico.*

*Diff. I. de Divinitate Principum*, Resp. *Herone Hersenio* Rostochii habita 1662.

*Diff. II. ejusdem argumenti.*

*Gratulatio in Doctoratum Christiani Kortholti, Princeps Medicus*, *Dissert. Resp. Reimaro Nicol. Stapeln* Rostochii habita 1665.

*Descriptio Actorum Promotionis* in omnibus Facultatibus *Academiæ Christian-Albertinæ*, quæ *Kilonii* est.

*Diff. de Sole Igneo*, Resp. *Martino Bützer* *Kilonii* habita 1672.

*De Metallorum Transmutatione.*

*Diff. de Paradoxis Sensuum*, Resp. *Andræ Plomann*, *Kil.* 1676.

*De Scypho vitreo per certum humanæ vocis sonitum fracto.*

*Diff. de Eloquentiâ in tacendo*, Resp. *Antonio Hardvici*, *Kil.* 1684.

*De Patavinitate Livianâ.*

*De Quintâ Essentiâ*, catholicõ morborum remedio.

*Epistola*, quæ *Juvenem* in *Academiâ viventem* dehortatur à *Disputatione de Latinitate in Digestis*, de quâ ipsi lis erat cum *Professoribus suis*.

*Fragmentum Dissertationis de Meritõ Germanorum Literariis.*

Lucem quoque nuper denuò in Germanià vidit *Guntheri Christophori Schelhameri*, D. Archiatri Gottorpiensis, in Acad. Kilon. Prof. Med. Primar. & Nat. Cur. Leopold. Adjuncti, de *Motu Mercurii in tubo Torricelliano Epistola*; cui accessit altera ejusdem argumenti *Bernhardini Ramazzini*, in Mutinensi Lyceo Medic. Professoris celeberrimi, & ejusd. Acad. Leopold. Collegæ; itemque tertia, sive ejusdem Schelhameri ad objectiones Ramazzinianas Responsio. Kilonii, sumt. Sebast. Richelii, 1699. (10. plag. in 8.) Occasio trium Epistolarum istarum hæc est. Postquam Torricellianæ fistulæ hydrargyrò impletæ, ad gravitatem aëris computandam usus innotuit, inter alios eruditos curiososque viros etiam D. Ramazzini, Professor Mutinensis, per annum integrum quotidianas hujus rei observationes instituit, easque postmodum Illustri Societatis Leopoldinæ Præsidi, *Lucæ Schræckio* transmisit, qui illas an. 1696. publici juris fecit. Addidit quoque laudatus D. Ramazzini observationibus suis discursum, quò inter alia causam reddere voluit, quâ impulsus Mercurius serenò tempore ac sudò cœlò in fistulâ ascendat, decidat contra atque decumbat, cum pluvix aut tempestatibus vel instant vel aërem jam tum conturbant occupantve. Sed quoniam ipsius sententia, opusculò illò proposita, D. Schelhamero haud satis congrua visa est, datâ is ad eundem D. Schræckium Epistolâ, problema istud aliò convenientiori modò solvere conatus fuit. Opposuit autem D. Ramazzini huic Schelhamerianæ Epistolæ aliam, quàm unâ cum priori illâ in Italiâ edi curavit. Has duas D. Schelhamerus jam in Germaniâ recudi fecit, tertiamque addidit, quâ ad objectiones Ramazzinianas respondet.

Oratio illa solennis, quàm anno præcedenti 1698. p. 124. à *Iohanne Burchardo Majo*, Eloqv. & Histor. Prof. P. occasione Nuptiarum Ducalium Cimbricarum habitam fuisse memoravimus, typis exscripta est, hòc titulò: *Panegyricus Nuptialis, cum Serenissimus Princeps ac Dominus, Dn. FRIDERICVS, Heres Norvagiæ, Dux Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ & Ditmarsiæ, Comes Oldenburgi & Delmenhorstii, &c. Serenissimam Principem ac Dominam, Dn. HEDVIGEM SOPHIAM, Serenissimi ac Potentissimi Svecorum Regis CA-*

ROLI IX. *Filiam natu maximam, Viraginem excelsissimam, sibi reique publicæ utiliter atque auspiciato Anno 1698. d. 2. Iunii Conjugem adsciret, nomine ac jussu Academia Kiloniensis dictus à Io. Burchardo Majo, Eloq. & Hist. Prof. Kilonii, literis Ioach. Reumanni, Acad. Typogr. (8. plag. in fol.) Accedit Samuelis Reyheri, IC. in almâ Christian-Albertinâ Codicis & Mathematicum Prof. P. Tabula Genealogica, quâ is Serenissimis Neogamis, ex multiplici Augustissimorum Majorum nexu ortis, mentes vegetas, sanitatem incorruptam, vires integerrimas, vitam perennem, regimen pacificum, prolem optatam, felicitatem perpetuam, ardenti voto humillime precatur.*

Idem *Samuel Reyherus* edidit *Versionem Germanicam priorum 6. Euclidis Librorum*, hoc titulo: *Samuel Reyhers, ICTi, und bey der Hochfürstl. Holsteinischen Vniversitet Codic. und Mathematicum Prof. in Teutscher Sprache vorgestellter Euclides, dessen 6. erste Bücher/auff sonderbare und sehr leichte Art/ mit Algebraischen/ und aus der neuesten Löse-Kunst entlehneten Zeichen/ also daß jeder derselben Beweis auch in andern Sprachen gebrauchen kan/ eingerichtet/ auch des 2. Buchs Vorträge nebst der gemeinen auff Algebraische Art bewiesen sind. Kiel/ bey Joh. Sebast. Kicheln/ 1699. (1. Alphab. 6. plag. in 4.)*

Prodiit etiam Liber, cui titulus: *Ἀποκατάστασις Act. III, 21. solida & orthodoxa Expositio, s. Scripturâ corroborata, Patrum itidem, & Theologorum testimonii confirmata; Fanaticis nostri temporis, & qui illis adstipulantur, imprimis verò Dn. Petro Poireto, & Evangelii æterni Auctori M. D. PH. G. opposita, & ab eorum Strophis vindicata, Auctore Christiano Gottlieb Koch. 1699. (1. Alphab. 8. plag. in 8.) Tractatus hic in 5. Sectiones dispescitur, agitque Sectio I. de *heterodoxâ ἀποκατάστασις interpretationis auctoribus*; ubi Articulus 1. *Fanaticos nostri temporis* delineat. 2. *Orsum & progressum heterodoxæ sententiæ in prioribus sæculis* exhibet. 3. *Inchoatam recensendi telam ad nostra usque tempora* conuinuat. Sectio II. *ἀποκατάστασις orthodoxæ & solidè* exponit; ubi Artic. 1. *Homonymiam vocis ἀποκατάστασις & ἀποκατάστασις per-**

perpendit. 2. *Ἀποκατάστασιν* nec cum personis conjungi, neque per restitutionem propriè sic dictam exponi posse demonstrat. 3. Constructam autem *ἀποκατάστασιν* cum τῷ χρόνῳ finem & consummationem sæculi denotare, eamque significationem hòc locò posse admitti, probatur. 4. *Ἀποκατάστασιν* cum rebus prædictis constructam idem ac perfectionem, impletionem & exhibitionem esse, eandemque significationem nostro loco non repugnare, ostendit. 5. *Ἀποκατάστασις* per *ἀνακεφαλáισιν* exposita, renovationem & innovationem denotat, & *παλιγγενεσία* æquivipollet. Sectio III. agit de P. *Poireti & M. D. Ph. G. sententiá*; ubi Artic. 1. Mentem illorum definitione quãdam tradit. 2. Definitionis exegefin, & ipsius quidem *ἀποκαταστάσεως* œconomiam proponit. 3. *Ἀποκαταστάσεως* medium s. purificationem piorum nondum perfectè purorum post hanc vitam futuram illustrat, Sectio IV. agit de *Orthodoxá Antithesi, ejusque probatione*; ubi occurrat Artic. 1. *Œconomix ἀποκαταστάσεως* à Poireto & Evangelij æterni auctore traditæ Elenchus, ejusdemque vindiciæ. 2. Purificationis piorum nondum perfectè purorum post hanc vitam futuræ Elenchus, ejusdemque vindiciæ. Sectio V. denique agit de *Heterodoxa ἀποκαταστάσεως Interpretationis fructibus*; qui sunt: 1. De resurrectione corporum neque piè neque orthodoxè sentire, eamque maximá ex parte vel planè negare, vel in allegorias mutare, & in meram spiritualem & mysticam resurrectionem convertere. 2. Libertinismum plerosque introducere, omnibusque fabularum sectatoribus, in quãvis etiam sectá viventibus, salutem promittere, nugis autem obicem ponentes contemnere. 3. Plerosque vel ipsas seditiones movere, vel periculose de Magistratibus loqui, vel earum auctores non detestari.

*Continuatio Porismatum D. Joh. Lud. Hannemannii  
de Infinito.*

77. Fluor suam operationem in infinitum Dei jussu extendit.  
78. Fluor infinitorum Mysteriorum thesaurus est, & fons, ex quo omnia in universo manant phænomena.

79. Fluor infinitatis caractere quoad extensionem à Deo donatus est.
80. Fluor est rerum omnium creatarum intrinsecum esse formale constitutum, & operativum.
81. Fluor est causæ materialis, formalis; & Efficientis, sed tamen dependentis, & instar immanenti oceani ex actu primo in actum secundum scaturiens fons.
82. Fluor infinitis caracteribus æterni Numinis existentiam probantibus gaudet.
83. Fluor omnipotentia Dei creantis, conservantis, & tandem aliquando totum universum destruentis organum est. Cum quo & per quod (licet omnia sine eo possit) omnia sapientissimè operatur, ac ei omnium suorum idiomatum characteres plenissimè impressit.
84. Fluor omnium rerum vita, omniumque rerum vita conservatio non nisi à fluore dependet.
85. Fluor in quo, ex quo & per quem totius universi formalis essentia consistit, est Lux.
86. Lux est fluor spirituosus omnibus creaturis suam pulchritudinem abunde largiens.
87. Lux est fluor, qui & cum mentibus angelicis & hominum animabus se se communicat.
88. Lux est fluor, in quo & mentes angelicæ, & animæ hominum suum formale esse inveniunt.
89. Lux est fluor, cujus non nisi spirituales substantiæ quidditative, & constitutive primario participes sunt, & secundario corpora ejus floris nunquam non expertia sunt, vel esse possunt, quo si priventur, merum nihilum entitativum sunt.
90. Lux, quam Deus primo die suo omnipotenti verbo, Fiat, ex nihilo entitativo existere fecit, nullam aliam formalem rationem habet, quam fluorem essentialem.
91. Lux quæ est fluor spirituosus, rerum omnium creatarum, quas Deus diebus quinque subsequentibus creavit, est Basis.
92. Lux, quæ est fluor, omnium primo ex corporum familia sese inseruit in aquam, eique fluorem perennem splendoremque largita est.

93. Lux qua fluor est infinitæ extensionis, omnisque interitus sua natura, nisi Deus destruat, in totum expers.
94. Omnis fluor, qui heterogenietate caret, non nisi unicus, & infinitus est.
95. Omnis fluor nullum aliud intrinsecum formale habet, nisi lucem.
96. Lux est fluor, à quo & omne fluidissimum, & liquidissimum, & abstractè acceptum, unicè & solitariè dependet, eoque prior.
97. Quod anima est in homine, hoc lux est in omni fluidissimo, & liquidissimo, & abstractè & concretè accepto.
98. Lux qua fluor, est omnium creaturarum tam spiritualium, quam corporearum indissolubilis nexus,
99. Lux qua fluor, jussu Dei in hominum corpora mortua tandem aliquando influet, ac viva sistet ritu simili, quo in primæ creationis actu creaturas jubente Deo animavit.
100. Deus sine lucis floris spirituosus adminiculo corpora non resuscitaturus est.
101. Deus creatione lucis floris spirituosus ex benignitate sua hominum corporibus ex morte resurgendi indidit necessitatem absolutam.
102. Quoniam Deo benignissimo placuit animarum hominum formalem rationem in fluore purissimo i.e. luce collocare; eo ipso immortalitatem contulit.
103. Omnis fluor purissimus ac omnis heterogenietatis expers, non nisi æternus ac interitus expers (salva Deo omnipotentia, qua omnia annihilare potest) esse potest.
104. Sine fluore (humano concipiendi modo hoc Mysterium summi Numinis) nec creatio corporum facta, vel resurrectio mortuorum hominum fieri potest.
105. Solus rerum fluor lux omnis atheismi irrogus est.
106. Solus rerum fluor, & gentes barbaras sine revelatione verbi Divini Numen aliquod summum existere docet, & ut cogantur admittere, convincit.
107. Lumen naturæ & rationis nisi præsupponeret fluorem, eumque existere, omniaque pervadere animadverteret, Numinis

alicujus existentiam non crederet, aut credere posset.

108. Totius naturæ, artiumq; omnium industriæ nil quicquam ultra fluorem potest.
109. Inane & vacuum Mosaicum carebat fluore actuali sed non potentiali.
110. Deus ex nihilo negativo creans, omnium primo creavit fluorem potentialem.
111. Dei jussu i. e. verbo fiat! fluor potentialis transit in fluorem actualem, purissimum nitidissimum..
112. Qui fluor actualis purissimus, nitidissimus fuit lux.
113. Lux propter fluorem suum à Deo dicitur bona.
114. Lux & tenebræ inter se nullam aliam habent differentiam, quam quod hæc sit fluor spirituosus purissimus omnis heterogenietatis expers: Tenebræ è contra sunt fluor impurus aliqua heterogenitate inquinatus.
115. Lux quæ fluor purus, non potest inquinari ullius rei impuritate, ut res impurissimas penetret, tamen sartam & testam suam servat puritatem primigeniam.
116. Omnes Dei apparitiones, quibus hominibus piis suam essentiam manifestavit, fuerunt in fluore, aut aliqua essentia fluiori analoga.
117. Omnia Dei miracula præstantissima non nisi in fluore purissimo fuerunt peracta.
118. Deus ipse non nisi in fluore aliquo sese manifestare desiderat.
119. Quemadmodum omnia Dei miracula non nisi in fluore purissimo fiunt; sic è contra diaboli actiones non nisi in fluore aliquo impuro & heterogeneo, purissimo fluiori opposito, fiunt.
120. Purissimus fluor, diabolo diros cruciatus affert, ac eo non nisi per obliquum & in suum gravissimum cruciatum fruitur.
121. Damnatorum cruciatus non nisi impurus, ac heterogenus fluor erit.
122. Quemadmodum modo numero unus datur fluor purissimus, ita eodem modo numero una datur Magia, quæ ex purissimo fluore fluit, & in purissimo fluore, & per purissimum fluorem (concurrente Deo) operatur.

## VTHINI

Concio funebris, quam *Johannes Daniel Büttemeister* / Episcopatus Lubecensis Superintendens, & Concionator Aulicus Vthinensis, superiori anno in funere Seren. Principis CHRISTIANAE, Conjugis Reverendissimi Principis ac Domini AVGVSTI FRIDERICI, (cujus obitum & sepulturam an. 1698. p. 144. memoravimus) ex Joh. XVII, 24. habuit, typis excusa est, hęc titulõ: Der letzte Wille des vom Vater geliebten Wittlers Christi / betreffend das herrliche Erbe derer / welche ihm sind gegeben / worin die weiland Durchleuchtigste Fürstin und Frau / Fr. Christina / Herzogin zu Schleswig / Holstein / Stormarn und der Dünmarschen / gebohrne Herzogin zu Sachsen / Jülich / Eley und Berg / &c. Gräfin zu Oldenburg und Delmenhorst / &c. so wol im Leben / als bey dem letzten Abschiede / die vergnügte Seelen-Ruhe gesucht und gefunden; aus dem 24. Vers des 17. Capituls Johannis / bey ansehnlicher Versammlung in der Bischöfl. Schloß-Capelle zu Eukhien / in einer Leich-Rede erkläret und vorgestellt / als Dero verblichener Körper nach dem Fürstl. Begräbniß in der Dom-Kirche zu Lübeck / am 13. Julii An. 1698. mit Christl. Fürstl. Solennitäten abgeführt wurde; nachgehends zum schuldigen Ehrengedächtniß / auff Begehren dem öffentlichen Druck übergeben / von *Johann Daniel Büttemeister* / des Bischoffthums Lübeck Superintend. und Hoff-Prediger zu Eukhien. Plöen / gedruckt bey *Tobias Schmidt* / Fürstl. Hoff-Buchdr. 1698. (1. Alphab. 7. plag. in fol. reg.)


## LVBECÆ

Die 18. Maji (qui hęc anno memoriæ Dominicæ Ascensionis sacer fuit) è vivis excessit *Johannes Salomo Hattenbach*, Med. D. & Practicus felicissimus. Is ante hos 47. annos in Thuringiâ lætæm vidit, patre (adhuc superstitè) *M. Johanne Hattenbach*, Pastore & Superintendente Waltershusanò, matre verò *Glasia*, quod celebre inter Theologos nomen est. Variis Germaniæ Academiis literis innutritus, in almâ demum Juliâ, an. 1674. sub præsidio *D. Henrici Meibomii* Disputationem inauguralem habuit de *Colica*, ibidemque

demque Doctoris titulò auctus, Bojzenburgi primum, deinde verò apud Lubecenses, & aliquantisper etiam Lerolini, praxin Medicam feliciter exercuit. Vxorem bis duxit, & quidem primò paulò ante laudati *Meibomii* sororem, clarissimi Lubecensis poliatri filiam; postea autem *Vennighusiam* genere, quæ inter plurimos *Βραχυβίαις* liberos, filium cognominem adhuc superstitem ipsi peperit.

Scriptum posthumum B. D. *Augusti Pfeiffers*/ Superintendentis, prodiit, cui titulus: *Augusti Pfeiffers*/ SS. Theol. D. und Lübeckischen Kirchen Superintendentis, *Anti-Calvinismus*, das ist/ kurzer deutlicher/ aufrichtiger/ und bescheidenlicher Bericht und Unterricht von der Reformirten Religion, wie weit die Reformirten oder insgemein genante Calvinisten/ in ihrem Glauben und Lehre von uns Evangelischen abgehen/ und welcher der richtigste Weg zur gewünschten Einigkeit sey. Lübeck/ bey Peter Böckman/ 1699. (2. Alphab. 1½. plag. in 8.) Quindecim Capitibus hic Liber constat, quorum 1. agit de usu rationis in rebus fidei. 2. De Providentia Dei circa malum. 3. De Communicatione Majestatica. 4. De Omnipræsentia carnis Christi, & præcipuè præsentia gratiosâ. 5. De Gratiâ Dei universali. 6. De universalitate meriti Christi. 7. De Vocatione universali. 8. De æternâ Prædestinatione. 9. De absoluto Decreto Reprobationis. 10. De gratiâ Conversionis, an sit irresistibilis? 11. De amissibilitate fidei, seu possibili apostasiâ sanctorum. 12. De efficaciâ & necessitate Baptismi. 13. De præsentia corporis & sanguinis Christi in S. Coenâ. 14. De Adiaphoris. 15. De fundamentali Calvinianorum à nobis dissensu.

Studio *Pauli Jacobi Marpergers*/ (p. 32. & 87. memorati) Tractatus vernaculus de *Laude sexûs fœminini & Conjugii*, nec non de *ritibus Nuptialibus Romanorum*, prodiit, cui titulus: *lob des Frauenzimmers und des Ehstandes/ sampt denen bey Anreuerung desselben unter den Römern gebräuchlichen Ceremonien/ in Teutscher Sprache beschriebenvon P. J. M. Lübeck / bey J. Wiedemeyer. (4. plag. in 12.)*



# NOVA LITERARIA

## MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

*Edita Mense Julio, MDC XCIX.*

### SVERINI

**I**llustrissimi Regiminis & Cancellariæ Megapol. Advocatorum numerus nuper auctus fuit per *Henricum Gustavum Scheffel*, Wismariensem, L. V. D. & Supremi Tribunalis Regii Assessoris filium. Is per quinquennium in variis Germaniæ Academiis, Iennensi præsertim & Lipsiensi, literis incubuit; Aulæque Cæsareæ & Svecicæ visâ, Belgium petiit, ubi tandem in Gröningensi Academia, præviâ Disputatione inaugurali de *Iuramentô incredulitatis suppletoriô*, hõc ipso anno 1699. d. 17. Aprilis sine Præside defensâ, supremos in utrõque Iure honores, seu Doctoris titulum adeptus est.

### ROSTOCHII

*Gerhardus Gerlingius*, Susato-Westphalus, Med. D. & Præcticus Rostochiensis, postquam ante paucos menses è patriâ huc appulit, *Prodrõmum Operis tripartiti* edidit, *in gratiam Medicinæ, ab origine Naturæ theologicâ usque ad praxin individualem concinnati*. (2. plag. in 8.) Opusculò hõc Auctor significat, post obtentum ante 22. & quod excurrit annos Lugduni Batavorum Doctoris gradum, ansam sibi datam esse stimulumque, Scientiæ evidentiam contra opinionis hypothesin ulteriùs proponendi, seqve id non tantùm intra primum Neo-Doctoratûs triennium publico scriptò fecisse, ac deinceps privatim continuâsse; sed etiam nunc in animum sumpsisse, ex hâc illustri ad Varnum Academia, cum Vniuersitatibus vicinis circa Balthicum Septentrionalibus, certa tum Physices generalis tum Medicinæ themata communicare, eum in finem, ut Veritati abque lite litetur, &c. Id quod tripartito Opere facturus est, cuius Partes I. Res Macrocosmum consti-

tuentes exposuit, iudicium insuper tulit, aliorumque sententias contulit. Parte II. succinctè rerum Naturæ habitudinem inter se, itemque ad Corpus humanum, animadvertit; hujus etiam præternaturalem constitutionem, & restituendi modum, docuit. Parte denique III, terminis nonnullis *κατὰ τὸ μᾶλλον κρινόμενον καὶ ἀνδεικνύον τῶν ἀρχῶν* expositis, Vsum & Praxeos Specimen ad-junxit, ea scilicet, quæ in plurimis individuis applicata, & diversissimò eventu observata sunt.

Die 14. Iunii Præsidi *Ioh. Nicolaò Quistorpiò*, SS. Theol. D. & Prof. P. Past. Ni ol. & Min. Directore, *Collegii Disputatorii* sæpius memorati Disputationem *Nonam* (de *Vitâ æternâ*, quæ fideles jam in hac vitâ fruuntur, ut & de *Conversione hominis* agentem) publicè defendit Auctor & Resp. *Iohannes Christianus Schaper*, Luccæ Lusatus, (D. *Ioh. Ernesti Schaperi*, Prof. Med. & h. t. Rectoris Acad. Rostoch. fratris filius) 1. plag. in 4.

Die 17. Iunii *Johannes Klein* / I. V. D. & Prof. P. Consistor. Mecklenb. Director, & h. t. Facultatis suæ Decanus, Disputationem Juridicam *quartam*, *Annotationes Theoretico-Præcticas ad B. Lauverbachii Compendium Digestorum*, & in specie ad Lib. 1. Tit. 1. & 2. exhibentem, ventilavit, Respondente *VVolhardo Stindt* / Rostoch. (3. plag. in 4.)

Die 28. Iunii sub præsidio *M. Zachariae Grapii*, SS. Theol. Doctorandi, Phys. ac Metaph. Prof. P. nec non Archidiaconi Jacobæi, *Jonas Johannes Phragmenius*, Rigæ-Livo, (jam super. an. 1698. p. 233. nobis dictus) *Rigam Literatam* publico placidoque eruditorum examini submitit, hoc est, Disputationem, quæ (post historicum de *Livoniâ*, ejusque metropoli *Rigâ*, *προάυλιον*) secundum seriem alphabeti, varii omnium ordinum Literati, qui ex Rigenibus vel olim vel hodie scriptis inclaruerunt, afferuntur. (4½ plag. in 4.) Hos inter cum & meritò *Iohannis Fischberi*, SS. Theol. D. & generalis per Livoniam Superintendentis, mentio fiat, nobis haud temperare possumus, quoniam Syllabum scriptorum ipsius, ab Auctore propositum, insigni prorsus opere, & ob Ecclesiæ commodum æternis laudibus

dibus dignò, augeamus, *Versione scilicet S. Scriptura V. & N. Testamenti Letticà*, quam dictus Præsul socià aliorum Cl. Virorum operà, ante decennium Regià auctoritate adornavit, hóc titulò: *Ša Švehta Šrahmara / jeb Deewa švehtais Währds / kas preešch un pehža Kunga Jesus Kristus švehtas Peedšimschanas / no reem švehteem Deewa-Zilwefeem / Praweescheem / Ewangelisteem jeb Preežas-Mahžitajem / un Apustuleem / usraššibis. Šahm Šarweeschahm Deewa Draudšibahm par Šabbu israššita. Riga / 1689. (13. Alphab. 13. plag. in 4.)*

## GRYPHISWALDIAE

*B. Benjaminì Pogernes* haud ità pridem (cui p. 67. memoravimus) defuncto, in ordinarià *Logices & Metaphysices* Professione successit *Theodorus Hornius*, ac d. 3. Aprilis in Concilium fuit receptus.

*Augustinus Baltasar*, Stralsundensis, d. 7. Aprilis Orationem Eucharisticam pro *cruentà Redemptoris morte* habuit: ad quam benevolè audiendam *M. Brandanus Henricus Gebhardi*, S. Ling. Prof. P. suæque Facultatis h. t. Decanus, omnium ordinum eruditos Programmate invitavit.

Eòdem invitante, *Christianus Ruch* / Schlemminensis, d. 11. Maji Orationem recitavit de *Liberalitate Nobilium in Literas*.

Idem quoque *M. Brandanus Henricus Gebhardi* eam, quam nuper orsus fuit, telam continuaturus, mense Martio Disputationem *secundam* מונן קוןן seu *Muninini Fidei R. Isaaci Ben Abraham*, *Novum Testamentum* oppugnanti, oppositam, habuit Respondente *Thomà Gadebusch* / Gryphisvvald. (4. pl. in 4.) De *primà* hujus argumenti Disp. vid. N. L. h. a. p. 69. Vindicantur autem secundà hac disputatione à cavillis & objectionibus Judæi Loca sequentia: Matth. IV, 13-15. 18. 19. V, 17-19. 43. VIII, 19. 20. X, 34. 40. XI, 13. XII, 31. 32. XIII, 55. XV, 17. XIX, 16. XX, 23. 28.

Die 4. Aprilis *tertia* hujus argumenti Disputatio ventilata fuit, Respondente *Christophoro Pyl* / Gryphisvvaldensi, (4. plag. in 4.) quà vindicantur Loca: Matth. XXIII, 35. XXVI, 6. 39. XXVII, 9.

46. XXVIII, 18. Marc. II, 25. III, 31. XI, 12. XIII, 32. Luc. I, 31. 32. II, 6. 33. III, 23. IV, 17.

Die I. Maji successit *quarta* hujus argumenti Disputatio, Respondente *Christophorò Helvigò*. Gryphisvvaldensi, habita, (4. plag. in 4.) quã vindicantur Loca: Luc. VI, 27. XI, 37. 41. XVI, 23-25. XXIII, 34. Ioh. I, 21. II, 4. XIX, 26, II, 20. VI, 38. VII, 5-15. VIII, 3. 40. X, 16. 30.

## SEDINI

Prodiit Tractatus, cui titulus: *Sacrificulorum in Potzwalck* (vulgò *Pasevvalck*) *Tabernæ Cerevisiaria, s. Domus Calendarum,* (des *Salandis*) *Dominorum & Fratrum Collationis Statuta,* de an. 1514. cum Notu edita. (2. plag.)

## EX PRUSSIA

Hanc quidem Provinciam reliquit, & (ab an. 1696.) Vratislaviæ sedem fixit *Christianus Helwich* Phil. & Med. D. ac Acad. Nat. Curios. Collega; tantum verò abest, ut omnem profusus patriæ memoriam exuerit, quia potius varia ad Historiam ipsius Ecclesiasticam, Civilem & Literariam facientia opuscula meditetur, qualia sunt:

*Vita Brunonis, Episcopi Quesfurtensis,* qui labente sæculò X. Prusiam ingressus & ob annunciationem Evangelii trucidatus est.

*Historia Episcopatum Prusie.*

*Vita Alberti Marchionis Brandenburgici,* ex Magistrò Ordinis Teutonici Prusie Ducis.

*Historia Universitatis Regiomontane.*

*Historia Bibliothecæ Electoralis,* quæ in Arce Regiomontanâ asservatur:

*Continuatio Historiæ Ecclesiasticæ Cl. V. Christophori Hartknochii,* cum nonnullis in hanc Animadversionibus.

*Centuria Scriptorum Prussicorum;* famam aliquam eruditionis adeptorum.

Idem præter Dissertationem inauguralem Medicam, de *Apoplexiâ*, an. 1695. in Academia Altorfina ventilatam) varias olim Regiomonti Disputationes habuit, quarum syllabus hic est:

Exer-

Exercitatio Academica, quatuor Assertiones complexa, Resp. Iohanne Tilefio, 1691.

Exerc. Rhetorica, explicans elementa bonorum Confessorum, Resp. Frid. Lepnerò, 1691.

Exerc. Moralis, de Verecundiâ, Resp. Christianò Schvartz, 1692.

Exerc. Acad. de Quæstione, unde delicta delictis sint atrociora? Auct. & Resp. Ioh. Ern. Segerò, 1693.

Exerc. Politica, ostendens, quanam à Majestate Legibus definiri nequeant, Resp. Leonhardò Kroehoff, 1693.

Exerc. Histor. prior, de Vita S. Martyri Adalberti, Hungarorum Prussorumque Apostoli, Resp. Christianò Düring, 1693.

Exerc. Histor. posterior ejusdem argumenti, Resp. Frid. Stadlendero, 1693.

Exerc. duæ, explicantes rationem & methodum, promptè inveniendi Enthymemata, Resp. Godofredo Engelbrecht, 1693.

Exerc. duæ Politicæ, ostendentes tum ratione tum inductione antiquarum Rerum publ. à Majestate Legis de victu, amictu & habitatione, ferendas esse, Resp. Ioh. Theodorò Strasburg, 1694.

Exerc. Acad. quâ aphorismus Politicus: Salus Populi suprema lex, explicatur & vindicatur, Resp. Henr. Christoph. Hellvrich, 1694.

Exerc. Acad. sistens curam Rerum publ. circa Matrimonium, Resp. Ioh. Frid. Schienemanno, 1694.

Exerc. Acad. exponens sententiam Peripateticorum de Calidò & Frigidò, Resp. Davide Vogel, 1695.

Positiones Philosophica, Auct. & Resp. eisdem.

### THORVNII

M. Georgius Wendius, Gymnasii Thorunienfis Rector & Prof. P. Respondente Ephraim Popradio, Vratislaviensi, colloquendi autem provinciam in se suscipientibus Henricò Laurentiò de Gressl Eqv. Pomer. Jacobò Thomæ, Morung. Pr. & Andreâ Bekiev, Schvvetzensi Prusso, d. 27. Maji ex Mineralium doctrinâ curiosas quasdam de Lapidibus selectioribus Observationes cum Physicorum filiis communicavit, quibus agitur: de Mirando Lapide, à Thuanò Hist. lib. VI, p. 124. descriptò, quem Auctor ἡλιόλιθον vel Solis oculum,

appellat; de *Pederote* s. *Opalò*, in solâ quâsi Hungariâ prope Epe-riesinum hodie occurrente; De Lapide venenum è vulneribus extrahente, qui Gallis *Crapaudine*, Lusitanis, *Pietra della Cobra*, aliis *Serpentis ovum* dicitur; de Lapide *Nephriticò*; de Lapide *Bezoardicò* stupendæ magnitudinis, in Musco *Benjam. Herden* / Med. D. & Practici Thorunienſis, cujus circumferentia 13. digitorum, pondus verò 51. lothonum est; de Falce messoria, petræ cujusdam Indicæ affricu (si credere fas est) in purum aurum transmutatâ; de *Hysterolitho*, sexûs utriusque genitalia referente, in primis de *Priapò* Bezoardicò, quem D. *Christoph. Gottwald*, Physicus Gedanensis possidet; de *Catochite*, glutinis instar manibus adhærente, de Lapide *Violacèò*; de *Magnete* armatò, polò alterò ferrum attrahente, alterò respuente, ità ut nihil attineat, cum Plinio *Theameden*, omne ferrum abigentem, ex Æthiopiâ arcessere; de *Pan-sarbe* fictitiò, qui aurum, æque ac Magnes ferrum, attrahere dicitur.

## ELBINGAE

B. M. *Ernesto Röntz* / Gymnasii Elbingensis Rectori, superiori annò rebus mortalibus (ceu p. 103. dictum est) exempto, mese Majo hujus anni surrogatus fuit M. *Johannes Sartorius*, haecenus Gymnasii Thorunienſis Professor, cujus mentio in his Novis Liter. facta est an. 98. p. 75. & 99. p. 144.

## REGIOMONTI

In honorem Spiritûs S. promissi & effusi, ex Joël. II, 28. 29. & Act. II, 16-18. nomine Rectoris ac Senatûs Academici *Programma* publicè propositum est festò Pentecostes, quò *effusio Spiritûs S. non tantum quoad dona, sed etiam substantiam ejus*, asseritur, auctore *Gothofredo Wegnerò*, SS. Theol. D. & Prof. Ord. nec non h. r. Collegii Theologici Decanò (1½. plag. in 4.)

Idem D. *Wegnerus* die 19. Junii Disputationem Theologicam de *Ecclesiâ Invisibili* habuit, Respondente *Jacobò Henning*, Salav. Prusò, (qui etiam sub præsidio M. *Christophori Schwulgen* / Regiomontani, nunc Diaconi Haberbergensis, respondendo se exercuit, & imprimis trium Dissertationum de *Spiritu familiari*, an.

1694. propositarum, mediam defendit) 9. plag. in 4.

Publicavit quoque dictus *D. Wegnerus* nuper *Volumen Philosophematum*, quò complexus est Dissertationes, pridem & hòc annò editas, quales sunt:

1. Pentades quinque *Miscellaneous Questionum*, quarum duas priores sub præsidio *M. Martini Babatii*, Regiomontani, nunc Archiepresbyteri Bartensteinensis, proposuit; posteriores verò alii sub ipsius præsidio ventilarunt Regiomonti an. 1665. 1sq.

2. *Theses Miscellaneæ Philologico-Philosophicæ*, quas pro Receptione in Facultatem Philosophicam an. 1668. proposuit, Respondente *Ioh. Sperberò*, Memel. Prusò.

3. *Affertiones Ethico-Politice*, Resp. *Benedictò Gerhardò Tieffenbach*, Berolinenfi, an. 1667.

4. Disputatio *Physico-Geographica*, Thesium sesquidecadem de *Terraquâ* exhibens, Resp. *Zachariâ Deipserò*, Prusò, 1667.

5. Dissertatio de *Origine Logices*, edita Olsnæ in Silesiâ 1667. in 12. auctior verò Francofurti 1689. 1sq. in 4.

6. Disquisitio de *Horu* earumque varietate, Berol. 1669. in 12. & Francof. ad Viad. 1690. in 4.

7. Disquisitio de *Terraquis nocte carentibus*, Berol. 1670. in 12. & Francof. 1690. in 4.

8. Schediasma Philologico-Historicum de *Storgis*, Francofurti 1682. in 4.

9. Dissertatio Historico-Politica de *Romulò*, primò Imperii Romani conditore, hòc an. 1699. Regiomonti edita, in 4.

10. Tractatus curiosus Historico-Physicus, de *Rattis*, quibus Neostadium in Marchiâ initiò hujus sæculi liberatum est, 1699. in 4.

Die 23. Junii celebrata est Parænesis, quotannis circa festum S. Iohannis Baptistæ Oratione publicâ & concentu Musicò iteranda, in honorem Illustris Viri *Iohannis Dieterici à Tettow*, supremi quondam Prusicæ Ducalis Consilarii, Cancellarii, Tribunalis Præsidis, & rerum Feudalium Directoris, magni Academiæ Regiomontanæ Emergetæ; unâ cum memoriâ *Conjugis* ipsius, quæ nuper in vivis esse desit.

Die 25. Junii pro obtentâ *Professione quartâ Ordinariâ in Theologia*

*gicâ Facultate*, horis ante- & pomeridianis solemnem Disputationem habuit *Bernhardus von Sanden* / Junior, SS. Theol. D. ejusdemque hæcenus Prof. P. Extraordinarius, Respondente *M. Iohanne Ernestô Segers*, Regiomontanô, quâ verba Apostolorum ad Christum: *Domine, ecce duo gladii hic*, & Chr sti. respousum: *Sufficit*, Luc. XXII. 38. explicavit & vindicavit, contra Pontificios, temporalem Papæ potestatem ex illis elicientes. (6. plag. in 4.)

Eòdem D. von Sanden auctore sequentia hæcenus scripta prodierunt:

Disp. de *Cive*, Lipsiæ habita.

Disp. de *Cive in Republicâ Hebraorum*, Resp. *Ioh. Fridericô von Sanden* / fratre.

Disp. de *Modis recipiendi in Civitatem Hebraorum*, Resp. *Henricô von Sanden* / fratre.

Disp. de *Symbolô Heroicô*, Respondente *Iohanne Ernestô Segers*.

Sub præsidio Parentis Disp. 1. *Theologiæ Positivæ*.

Sub præsidio D. *Deuschii*; pro facultate habendâ Collegia Theologica, Disp. de *Sapientiâ ab æternô à Deo possessâ*, ex Prov. VIII, 22.

Lectiones Curforiæ in Matth. XVI, 18. *Tu es Petrus* &c.

Disp. inauguralis, pro Licentiâ summos in Theologiâ honores consequendi, super verba sequentia, v. 19. *Dabo tibi claves* &c.

Pro Locô Professionis Extraordinariæ in Theologiâ, super *Ioh. XXI. Petre, amas me?* Disp. prior & posterior.

Disp. super verba Christi Luc. XXII, 31. sq. *Simon, Simon. &c.*

Programma in honorem Spiritûs S. *pluviæ illius voluntariæ* ex Pf. LXVIII, 10, 11, nomine Rectoris & Senatûs propositum an. 1697.

Disp. de *uobus Hircus* festo Expiationis Deo oblatis Lev. XVI.

Quaternio *Thesum Theologicarum*.

Die 30. Junii *Iohannes Christophorus Wols* / I. V. D. & Prof. Ord. Seren. Elect. Brandenb. Tribunalis Consiliarius, Consistorii Sambiensis Præses, & suæ Facultatis h. t. Decanus, Disputationem *trigesimam ad Pandectas* Respondente *Fridericô Lepnerô*, juniore, Regiomontanô, publicæ ventilationi subjecit, quâ Libri XXII. Tit. 1. de usuris & fructibus & causis & omnibus accessionibus & morâ, Tit. 2. de nautico scœnore, Tit. 3. de probationibus & præsumptionibus,

bus, Tit. 4. de fide instrumentorum & amissione eorum, Tit. 5. de Testibus, Tit. 6. de juris & facti ignorantia, exposuit, principaliora quoque asserta Decretis Electoralibus aliisque Præjudicatis comprobavit, & sic librum XXII. ff. absolvit.

## DORPATI

*Andreas Erichson*, Revaliensis, die 20. Aprilis Orationem habuit de *Laude Theologiae Moralis*, præviò Programmate invitatoriò *Michaëlis Dau*, Eloqv. & Poës. Professoris P.

## VPSALIAE

Sub præsidio *Iohannis Esbergii*, SS. Theol. D. & Græc. Ling. Prof. P. nec non Pastoris in *Almunge/* d. 29. Martii *Petrus Heden- gråhn/* Dahlek. publicæ censuræ submitit Exercitium Academicum, *Mulieres Philosophantes* leviter adumbrans. (3. plag. in 8.) Laudatur hæc Dissertatione *Theano Brotini* Crotoniatæ uxor, & *alia* ejusdem nominis, uxor *Pythagoræ*; *Aspasia* Milesia; *Laschenia* Mantinea, sive *Lastheneia* Arcadica; *Axiothea* Phlasiæ; *Arca* Aristippi filia; *Eumetis* Cleobulina; *Gilberta*, ad summum Pontificatum enixa; *Maria* Gornacensis; *Christina* Sveciæ, & *Elisabetha* Angliæ Regina, *Vendela* & *Anna*, filia *Johannis Skytte*, quod celebre inter Svecos nomen est; *Anna Maria à Schurman*, & quamplures alia. Quarum agmen denique claudit *Catharina Wåth/* Baronessa Svecica, cujus Commentarios Genealogicos, ad pictis propria manu tesseriis familiarum gentilitiis illustres, sed adhuc ineditos, auctor prædicat. Non possumus autem inter cetera sequioris sexûs literati & philosophantis decora, quorum syngrammate isthòc mentio fit, silentiò præterire doctissimam *Cl. V. Eli Brenneri*, Collegii Antiquitatum, quod *Holmiæ* est, Assessoris, Conjugem *Sophiam Elisabetham*, quæ, uti dudum quamplurimis elegantissimi ingenii monumentis erudito orbi innotuit, ita nitidam quoque ad auctorem hujus Dissertationis Epistolam scripsit, typis simul excusam, quæ hic repeti, & ab exteris (Minervam istam Svecicam penitus cognituris) legi meretur. Ità verò habet:

*Eximio Juveni P. Hedengrahn/ S. P. D. Sophia  
Elis. Brenner.*

Nimis raro, ut verum fatear, hæc mihi contingit felicitas, quod pro arbitrio, aut ea qua optarem tranquillitate, ut non dicam studiis incumbere, sed ad Amicorum literas responsa saltem dare, crebra sustineat occupatio; rebus enim œconomicis implicita aliisque quam plurimis intenta, ea quæ studiorum respectu pro nugis habeo ipsi antepone cogor studiis. Cave igitur existimes, Humanissime Domine, oblivione vel quadam incuria factum esse, si tardius respondeo ad literas tuas tam insigniter urbanas, quam pro expectatione forrassè tua, nec credas velim, has ulla ratione mihi oneri fuisse, quæ non nisi studii in me tui, niveique candoris veniebant testes, tantum enim abest, ut temeritatis eas damnem, quin potius quam gratis illas mihi fuisse publice declarem. Institutum illud tuum, quod præcipua nostri sexus literaria decora, in quadam quasi tabula depicta, orbi exponet literato, non mediocri sane voluptate animum perfudit meum, nam ut verbis utar Flacci,

*Paulum sepultæ distat inertie*

*Celata virtus.*

Tibi autem, ornatisimæ Domine, non dissimulare velim, culpam, meæ in rescribendo moræ, maximè in eo residisse, quod dubia hæserim, an hanc, quam mihi imponis partem, sulciperem nec ne, tantum enim mihi non sumo, ut vel tuo, vel aliorum acrioris judicii virorum desiderio, me satisfacturam confidam. Verum, dum animum meum subeant quædam, meo quidem suffragio, me ipsa longe præstantiores, cum Fœminarum tum Virgines, quarum domi forisque vel inclaruit, vel inclarescere desiit fama, illas mihi viderer afficere injuria, si tam docta & venerabilia tibi significare nomina defugerem; Tuæ itaque petitioni concedens, prætermisissis duabus Catharinis, quas Celeberrimus Schefferus in sua commemorat Svecia literata, initium sumere constitui à doctissimis Virginibus *Vendela & Anna Skytte*, Illustri & incomparabili Herœ Regniqve Senatore, Dni *Joh. Skytte*, quam dignissimis filiabus, & licet longo temporis intervallo, vel potius eorum negligentia, quorum interesset, omnia interciderint, tam cultorum

in:

ingeniorum monumenta assertioni meæ fidem factura, Testimoni-  
um tamen profectuum, quos illæ in lingua præsertim Romana fe-  
cerint, omni quidem ut arbitror exceptione majus suppeditant  
Tabellæ Testamentariæ excellentissimi Patris sui. Harum Tabel-  
larum, quas ipsa seruo archetypas, ad te transmittito exemplar, ut  
tanquam doctrinæ non vulgaris dudum comparatæ præmium, ube-  
riorisqve adhuc parandæ instinctum Filiabus suis jam memora-  
tis eandem cum Filiis bonorum mobilium portionem à Patre lega-  
tam fuisse, inde perspicias. Quo illæ tempore vixerint, dicere su-  
perledeo, cum nemini non constet, quo tempore, inclytus suus  
vixerit Pater, cujus in Regem omnium Maximum, *Gustavum Adol-  
phum*, & Reginam omnis memoriæ Eruditissimam *Christinam*, Pa-  
triamqve hanc nostram, & inprimis vestrum illud Upsaliense Athe-  
næum, ingentia merita, nulla unquam tacebit ætas. *Ebba Ma-  
ria de la Gardie*, Illustris Herois *Ponti Frid. de la Gardie* Filia natæ  
major, quotiescunqve pangendis operam dabat carminibus Patrii  
Gallici, Germanici aut Belgici idiomatis, tanta felicitate, ut inter  
Elegantissimas Poëtrias non imum obtinuerit locum. Meditatio-  
nes insuper quasdam composuit sacras sermone Germanico, opus  
prelo paratum, quod ante biennium, menses propemodum duos  
beatum ipsius obitum præcedentes, ipsa mihi monstravit. *Maria  
Aurora Königsmarck*, nec generis splendore, nec lingvarum peritia,  
nec carminum facilitate alteri cedit, & adhuc apud externos vitali  
vescitur aura. Quanti Vir Excellentissimus *Otto Sperling*, *Luit-  
zoviam* Danicam, & *Pucopiam Cornaram*, Italiam, ob editos in lucem  
doctissimos ingeniorum factus, faciat, ex adjunctis illius, quas  
ad me dedit literis, quarumqve exemplar tibi non inuidebo, fa-  
cillime judicabis. Sic & Gallia suas habet *Fabras*, *Scuderias*, &  
nonnullas alias, quarum gloriam jam dudum & tibi, & universo or-  
bi patuisse erudito, non ignero. Illustri huic ordini adnumeran-  
das puto Antiquissimas patriæ Poëtrias vulgo *Skaldmoer* dictas,  
quarum apud vetustissimos Septentrionis Historicos crebra occurrit  
mentio. Habes hic, Humanissime Domine, quantum de nomini-  
bus ac studiis Eruditarum hujus nostri avi Fœminarum, mihi in notu-  
it. Cæterum si laudatissimo hoc tuo proposito orbem illustrare

perges literarium, non modo de primariis hujus sexus ingenis, sed de toto etiam Aonidum choro, te optime meritum nemo non agnosceret. Plura me scribere cum non sinat temporis angustia, valere te quam optime jubeo.

Quod reliquum est, præsentem Academiae *Vpsaliensis* faciem hanc accepimus:

*Theologi:*

*Iesperus Suedberg*, Theol. Prof. Prim. & Pastor *Vpsaliensis*.

*N. Liung*, Past. in *Sammal Upsala*.

*Laurentius Normannus*, Past. in *Waxsala*.

*Daniel Diurberg*, Past. in *Hogebuy*.

*Jurusconsulti:*

*Carolus Lundius*.

*Olaus Aurivilius*.

*Medici:*

*Olaus Rudbeckius*.

*Laurentius Roberg*.

*Philosophi:*

*Andreas Spole*, Mathes. Prof.

*Jacobus Arrhenius*, Histor. Prof.

*Andreas Goeding*, Log. & Metaph. Prof.

*Hemmingus Forelius*, Poës. Prof.

*Haraldus Wallerius*, Mathes. Prof.

*Johannes Palmroth*, Oriental. Lingg. Prof.

*Johannes Esberg*, S. S. Theol. D. Græc. L. Prof. & Past.

*Almung.*

*N. Vpmarck*, Prof. Polit. *Skyttianus*.

*Adjuncti:*

*M. Martinus Schütz*, Theol.

*Arnoldus Bellmann*, Philos.

*N. Celsius*, Mathes.

*N. Torner*, Philos.

## HOLMIAE

*Constitutiones Medicae* cum augmento prodierunt; nec non *Taxa Pharmaceutica*, Latinò, Svecicò & Germanicò idiomate edita.

Nomina Membrorum Regii *Collegii Medici* Holmiensis sunt sequentia:

*Vrbanus Hiarne*, Med. D. Archiater Regius, & Collegii Praeses.

*Ioh. Martinus Rotblöben*, Med. D. & Archiater Regius.

*Olaus Bromelius*, Med. D. & Physicus Gothoburgensis.

*Samuel Skragge*, Med. D. & Physicus Arosiensis.

*Laurentius Micrander*, Med. D. & Physicus Holmiensis.

*Andreas Vallant*, Med. D. & Practicus Holmiensis.

*Henricus Schmidt*, Med. D. & Practicus Holmiensis.

*Ioh. Gottsch. Traanaus*, Med. D. & Regiae Admiralitatis Medicus.

*Johannes ab Hoorn*, Med. D. & Practicus Holmiensis.

*Georgius Himselius*, Med. D. & Physicus Narvensis.

*Johannes Lindelius*, Med. D. & Physicus Scharenensis.

*Jacobus Fridericus Below*, Med. D. ejusdemque Professor Londensis.

*Iobannes Henricus Happel*, Med. D. & Physicus Revaliensis.

*Paulus Florianus Juchius*, Ordinis Equestris per Esthoniā Medicus.

*Johannes Justus Döhnel*, Med. D. & Physicus Narvensis.

*Laurentius Roberg*, Med. D. & Prof. Vpsaliensis.

*Olaus Winge*, Med. D. & Practicus Holmiensis.

*Ioh. Jacobus Döbelius*, Med. D. per Ducatum Scaniae Medicus Provincialis.

*Conradus Rudolphus Herß*, Med. D. & Medicus Praefidarius Rigenfis.

*Andreas Lundelius*, Med. D. & Physicus Jönköpingensis.

Mortuorum Nomina hæc sunt:

*Zacharias Vvatrang*, Med. D. Archiater Regius, ac Collegii Medici Præses.

*Gustavus Johremann*, Med. D. Archiater Regius, & Collegii Præses.

*Antonius Friderici*, Med. D. & Archiater Regius.

*Christianus Heræus*, Med. D. & Practicus Holmiensis.

*Hermannus Molitor*, Med. D. & Practicus Holmiensis.

*Josua Constantius*, Med. D. & Physicus Jönköpingensis.

*Benjamin Fischer*, Med. D. ac Medicus Præsidarius Rigenfis.

*Johannes Martinus Rothlöbius*, Med. D. & Archiater Regius, rariorum Observationum centurias duas collegit, quas datò otio typis commissas cum eruditò orbe communicaturus est:

### GOTHOBV RGI

Præfens *Gymnasii Gothoburgensis* facies hæc est:

*M. Georgius Schröder*, Gothoburgensis, primarius Theologiae Lector, Historiam Evangelicam & Hebræam Lingvam docet.

*M. Olaus Otterdahl*, Gothoburgensis, Theologiae Lector secundarius, explicat Locos Communes Hafnenferri, & Historiam Ecclesiasticam.

*Elias Parnovius*, Pernaviensis, Moral. Lector, Officia Ciceronis & Chronium Laurenbergii tractat.

*Elias Bask*, Kindensis, Mathes. Lector, Arithmeticam inculcat & Geometriam.

*N. Gadelius*, Græcæ Lingvæ Lector, Novum Testamentum aliosque Auctores profanos tradit.

*Johannes Vallerius*, filius B. M. Vallerii Episcopi, Logicam & Physicam docet.

*Johannes Florander*, Gothoburgensis, Eloqv. & Poës. Lector, Virgilium & Orationes Ciceronis interpretatur.

Gymnasii hujus alumnis Matrona nobilis, *Margaretha Hvitfelt*, Domina de Strömstad &c. eximia prorsus Legatà testamentò

reliquit, ità ut nonnulli, qui duplici stipendiò fruuntur, quotannis 80. nummos imperiales accipiant, reliqui autem 40.

## MALMOGIAE

*Ioannis Iacobi Döbelii, Med. D. ac Ducatus Scaniae  
Medici Provincialis, Meletema de Fluore albo  
gravidarum & Virginum, occasione  
fluoris trimestrem infestantis.*

Cum *Fernelius* lib. 6. de Morb. & Symp. c. 16. octo annorum puellam, albò fluore graviter afflictam, & *Blankart* in Collectan. Medico-Phyl. Cent. 1. obs. 81. infantem, cui statim à nativitate album fluxit, commemorent, rarioribus hisce observationibus meam de Trimestris albo adjunxisse, fortè haud ingratum erit, præsertim cum ad disquirendas nonnullas circa hunc morbum potiores controversias opportunè pariter faciat. Nimirum femina quædam honesta, 30. circiter annorum, triumque elegantissimorum puerorum mater, totò novissima gestationis tempore albi fluoris divexata fuit molestiis, æque etiam post puerperium, quo expectatissima filiolarum triumphans facta fuerat parens, continuabant. Terriò à partu mente puellula simili morbo correpta, ad hoc usque temporis, quo medium implevit annum, horum malorum sociæ extitit, quorum mater tam ante accessum ad thorum, quam ante ultimam conceptionem fuerat inexperta. Quapropter rarus huiusmodi puellarum morbus multam in parentibus admirationem, inque me huic conjunctam prolixius meditandi curiositatem excitabat. Morbus siquidem maternus non solum illis validissimam parit contradictionem, qui gravidas hoc fluore corripere negant; sed etiam prognosin de futuræ proliis sexu, ac sexus certitudine, quæ ex verbis *Roderici à Castro* formari potest, probabiliorem facit. Ita enim ille lib. 1. de Morb. Mul. part. 2. p. m. 88. Vidimus, inquit, prægnantes fluore albo affectas, quæ nihilominus ad justum tempus futurum gestarunt, & vitales pepererunt, sed puellas. Quod verò tellam attinet ægram, suò illa exemplo *Montanum* convincet, qui

restet

teste *Rodericò* d. l. p. 85. corruptas eas virgines iudicat, quæ istò morbò laborant. Si namque innocentissimæ virgines, infantes, ab hòc morbò non sint immunes, quæ adultiores ab eòdem liberas pronuntiabit, nisi insimul quasdam puellas non virgines nasci, iniquè statuere velit? Equidem per associationem glandulæ uteri ac vaginæ muliebris relaxantur; attamen & in reliquis, & præprimis in infantibus, solam humorum redundantiam cujusvis partis glandulas turgidiores ac plorantes reddere, non solum plerique infantum morbi cutanei, sed etiam in specie mucus è naribus destillans, purulentus oculorum fluxus, & pyalismus probare possunt, qui affectus omnes non nisi locò & juxta loci conditionem differunt. Accedit, ut plures causas taceam, tam in maturis, quam in infantibus, genitalium refrigeratio, quæ, quando hæc abluuntur & absterguntur, glandularum genitalium tonus ab aëris per apertas ex aduerso januas rapidioris accessu debilitatur, eaque ad recipiendas & transmittendas corporis sordes aptiores redduntur,

## HAFNIAE

Die 7. Iunii septuagenario major obiit *Petrus Piper* / Camera Consiliarius Regius, ejusdemque per multos annos Assessor, vir doctissimus, & singulari morum sva vitate non civibus tantum, sed exteris quoque acceptissimus, cujus exuviae in templo S. Petri terræ mandatæ sunt.

Sequenti d. 8. Iunii *Christianus Reitzer*, I. V. D. & Prof. P. ac Vniversitatis hactenus Rector, fasces Academicos *Rectoris* munus *Olae Römer* / Iustitiæ Consiliario & Mathematico Regio, &c. tradidit.

Die 9. Iunii sepultus fuit *Severinus Banner*, quartæ Classis Scholæ publicæ Collega, ipsis Calendis hujus mensis mortuus; cujus locum iterum occupavit *Elias Matthia Bage*, tertiæ Classis Collega.

Die 14. Iunii Hafniâ abiit Dn. *Menard*, Ecclesiæ Reformatæ Gallicæ Minister, Angliam petiturus, ac Londini fratris sui, qui Regi a Concionibus sacris est, Collega futurus; Vir facundus & exi-

eximii planè Rhetoris sacri donis præditus, quem sui extrema  
 ipsis Vale die II. Junii dicentem non sine lachrymis dimiserunt.

Poëma Danicum typis exscriptum est, cui titulus *Harernis  
 Klagemaal/ i. e. Leporum querela*, auctore, som ynster sig den Mil-  
 deLafets Wellyndelseri. c. *munifici Lectoris benevolentiam sibi optante;*  
 quorum verborum initiales Literæ M. L. W. *Martinum Laurentium*  
*WVuby* designant. (2. plag. in 4.)

Prodiit etiam *Georgii Hannæi*, Med. D. &c. (cujus obitum  
 p. 125. & 155. a. c. recensuimus) *Physicotheca*, s. *Catalogus rerum an-  
 tiquarum & novarum, naturalium & artificialium, exoticarum & dome-  
 sticarum*, quæ in Museo beati Possessoris asservantur, & magnò stu-  
 diò nec minori sumptu heic dispositæ, ac in ordinem redacta cernuntur,  
 & jam post ejus obitum curiosum desiderant emptorem. Hafniæ, 1699.  
 (1½. plag. in 4.)

Varia denique sub prælo calent, & inter hæc *Othonis Sperlin-  
 gii*, I. C. & Consiliiarii Regii Tractatus de *Baptismo Ethnicorum  
 veterum*, duodecim ferè plagulis constitutus, (in 8.)

EX IVTIA

Catalogus Scriptorum *Francisci Michaëlis Wogelii*, Pastoris  
 in Aasted & Scherum, Nomarchiæ Wenebergensis in Wensaliâ,  
 Diocesis Aalburgensis, hætenus in editorum; pro emendandis &  
 supplendis iis, quæ mense Novemb. Novor. Literar. anni 1698. p.  
 212. perperam atque imperfectè relata sunt :

1. *Chronologia Gothica*, harmonica atque historica, præsertim Ar-  
 ctica, tergemini Borealis populi, *Danorum, Norvegorum, Svecorum*,  
 ejusdemque tergemina stirpis, *Gothorum, Longobardorum, Normanno-  
 rum*, emendatior. (in fol.)

2. *Chronologia universalis*, totius Orbis habitati & cognitæ (in fol.)

3. *Chronologia Historica novissimi & maximè omnium memo-  
 rabilis Belli Europæi*, primò quidem *Turcici*, mox etiam *Gallici*, per-  
 ducta ab an. 1683. ad an. 1693. inclusivè. (in 8.)

4. *Chronologia El. Josephi*, Scriptoris Jndaici integerrimi, ad  
 normam S. Codicis & sanioris Antiquitatis examinata. (in 8.)

5. *Concordantiæ Librorum Vest. Test. Apocryphorum Græco-Danicæ*, Kircherianis perfectiores, utilioresque futuræ. (in 8.)
6. Apparatus præliminares *Concordantiarum Danicarum*, novæ & in usus quoslibet commodiore methodò adornandarum.
7. *Herodoti Halicarnassæi novem Musarum & vitæ Homeri Versio Danica*. (in fol.)
8. *Thucydidis octo Librorum de Bello Peloponnesiaco Danica Versio*. (in fol.)
9. *Xenophontis Hellenicôn septem librorum Versio Danica*. (in fol.)
10. *Diodori Siculi Bibliothecæ Historicæ decem Libri* (ab undecimo ad vicesimum, inclusivè) ex Lingvâ Græcâ in Danicam translati. (in fol.)
11. *Joh. Cinnami sex libri de Imp. Græcis, Iohanno Comneno & Manuele Comneno*, ex Græco in Danicum idioma transfusi.
12. *Caroli Drelincourtii, & Bonifacii Strolitius Precationes visitatoriæ*, ex Germanica Lingvâ in Danicam translatae.
13. *Cogitata Joh. Napeiv, Equitis Anglicani, de fine Mundi*, ex Commentariis ejusdem in Apocalypsin Johannis Anglicis, an. 1593. editis, Danico idiomate breviter excerpta.
14. *Tractatus David Chytræi de Statu moderno Ecclesiarum Orientalium*, in Asiâ, Græciâ, & alibi, commutataeque cum Constantinopolitanis Epistolæ Græcæ, &c. Danicè reddita.

## KILONII

*Theodorus Dassovius*, Hamburgensis, per duos & viginti hætenus annos Lingg. Oriental. Professor in Academiâ VVittebergensi, jam vocatus ad Professionem Theolog. & Lingg. Oriental. nec non primarium Pastorum in Academiâ Christian-Albertinâ, quæ Kilonii floret, die 8. Junii Oratione solenni, de *Joannis Clerici in Philologiâ Hebræâ & Theologiâ Erroribus*, munus suum Academicum auspicatus, nec non d. 28. Junii ab *Henrico Mublio*, Ducat. Slesvic. Holsat. Superintendente generali, in Pastorem primarium Templi S. Nicolai ordinatus est, ipsoque Visitationis Mariæ festo Concionem inauguralem ex 1. Reg. VIII, 57. habuit. Scriptorum & Disputationum ipsius hæc est series:

Dia-

Diatrìbe, quã Iudæorum de resurrectione mortuorum sententiã, ex plurimis iisque magnæ apud illos auctoritatis Rabbiniis, tam veteribus quam recentioribus, copiosè explicatur, examinatur & illustratur, VVitteb. 1675.

Dissertatio de Novi Anni ritibus, qui ad Hebræam gentem pertinent. ib. 1689.

De Ingressu in Sanctum Sanctorum Pontificis Hebræorum summi, ad illustranda capp. Lev. XIII. & Hebr. IX. Resp. M. Gabr. Berger, Riga Liv. 1692.

Hermannii VVitsii Panes facierum, in Miscellaneis sacris an. 1693. publicatis ad pag. 417. delineati, ad illustranda capp. Exod. XXV. & Levit. XXIV. ventilati, Resp. M. Joh. Andr. Helviggio, Berol. March. 1692.

Lustratio Hebræorum, ad explicanda commata Pl. LI, 9. & Hebr. IX, 13, 14. Resp. M. Georg. Haner, Schasburg. Transylv. 1692.

Suspendium hominis lapidibus obruti, ad illustranda commata Deut. XXI, 22. & Gal. III, 13. ex historiã Hebræã demonstratum, Resp. M. Georg. Rivio, Rotenburgo-Franco. 1694.

Signa Crucis Hebræe gentis, partim ex Iudæorum descriptione eruta, partim Iudæã manu picta, Resp. M. Cass. Frider. Arnoldi, Reval. Livon. 1695.

Modi seminandi diversa semina Hebræorum veterum, ad illustranda commata Levit. XIX, 19. Deut. XXII, 9. &c. Resp. Theodorò Battò, Grimmenf. Pomer. 1695.

De Canã Hebræorum licitã & interdiktã, ad illustrand. comm. Levit. XIX, 27. &c. Resp. Christiano Alten. Cef. Holmiã Svecò, 1695.

De rebus in Agris relictis Hebræorum veterum, Resp. M. Ionã Krumbò Holk. Neostad. Misnicò, 1696.

Ad titulum CELIM nonnulla ex Hebræorum Magistris commentata & disputata, Resp. M. Theodorò Battò, 1696.

Consensus Iudæorum cum mente Lutheri, in locis mensè Iunio Observarionum Bilbicarum Augusti Hermannii Francfen / Gr. & Or. Lingg. Prof. Hallensis & Past. Glauchensis, impugnatis, 1696.

De Sepulturã Animalium Hebræis usitatã, Resp. M. Mich. Henr. Reinhard, Hiltpershusã-Franco, 1697.

*Altare exterius Hierosolymitani Templi, ad mentem Hebræorum veterum delineatum, Resp. M. Ioh. Ehrenfried Pfessler/ Miscenensi. 1697.*

*De Ave ungue sectâ, inque sacrificium oblatâ, ad illustrand. comin. Levit. I, 14. sq. & V, 7. sqq. Resp. M. Ioh. Christoph. Kirsteniô, Lignic. Siles. 1697.*

*De Accubitu ad Agnum Paschalem Hebræorum veterum, ad illustrandum accubitum Servatoris cum Discipulis, Resp. M. Samuele Gieringio, Ruthenâ Silesio, 1698.*

*Infans Hebræus liberaliter educatus, ex Hebræis auctoribus declaratus, Resp. M. Dav. Gertmann, Hamburgensi, 1698.*

*Vidua Hebræa, Resp. M. Georg. Fronmüllerô, Norib.*

*De Victimis Hebræorum gravidis, Resp. M. Paulo Berger, Rosenburg.*

*Præter hæc VVittebergæ edita, Dn. Dassovius nunc Historiam sacram Hebræam meditatur.*

Tres illæ *Henrici Muhlîi*, Superintendentis Generalis, Concionatoris Aulici Gottorpiensis Primarii, ac Professoris Theologi Kiloniensis, Dissertationes, de *Apodixi s. Demonstratione ac Probatione Scripturariâ*, quas mense Apr. p. 121. memoravimus, uno nuper volumine (& quidem *Trigæ primæ* titulô) editæ sunt; quibus Eiusdem *Parænesis de Studio Prophetico*, nostro nunc tempore maximè amplectendo excolendoque, accessit. (i. Alph. 4. pl. in 4.) In Præfatione Max. Rev. Auctor multa disserit de necessitate ac utilitate *Demonstrationis Scripturariæ*, sibi que decretum esse ait, Apodixeos hujus *διδασκῆσιον* præmittere Labori, quem in *Theologiâ Biblicâ* ex professo & ordine tradendâ publicè ex Cathedra Academicâ Kiloniensi, privatimque Slesvici in domesticô Auditoriô, Ecclesiæ emolumentô juventutisque bonô occupaturus est. Hinc & aliam Dissertationum istarum *Trigam* proximè subsequituram spondet; & tandem Mantissæ loco, ad illustranda ea, quæ p. 160. de Auctoribus Pericoparum Evangelicarum atque Epistoliarum ipsi dicta sunt, *αὐθεντοῦ* *Diploma Caroli M.* adjicit, quo is Lectiones Dominicales à *Paulo Diacono* collectas Ecclesiis suis commendat.

Reparando nuper templo *Lebranensi* intenti operarii, capsulani ligneam rotundam altari insertam repererunt, cui præter Sanctorum reliquias membrana fuit inclusa, sequentem inscriptionem continens: *Nos Henricus, Dei gratia, Lubicensis Ecclesie Episcopus, tenore presentium recognoscimus, quod anno Domini M. CCC. XIX. die dominica, proxima post festum Corporis Christi presens altare in honorem . . . consecravimus, Spiritus Sancti gratia nos juvante.* Fuit hic Episcopus Henricus Bockholt, qui an. 1317. Burchardo de Sercken in Episcopatu Lubecensi successit, ac anno 1341. demum obiit, sepultus in choro interiori templi Cathedralis Lubec. ipsius sumptibus extructo, ubi adhuc hodie ante summum altare effigies ejus orichalco fusa elevata aliquantulum tumbæ incumbit, his verbis circumscripta: *Anno Domini M. CCXLI. Kalendis Martii obiit Dominus Henricus, cognominatus de Bocholte, hujus Ecclesie Episcopus duodecimus, orate pro eo Dominum Iesum Christum.* Iste fuit Magister in Artibus & in Medicina, deinde hujus Ecclesie Decanus, postea Prepositus, ad ultimum Episcopus, qui fecit construi hunc chorum, & instauravit tres prebendas, & sex Vicarias in ista Ecclesia, multisque redditibus & bonis ditavit eandem, quam etiam in Episcopatu rexit fere viginti quatuor annis. Plura de hoc Episcopo vid. ap. Albertum Crummedickium in Chron. Episcoporum Lubecens. quod extat Tomo II. Scrip-  
tor. German. H. Meibomii, p. 398.

## PLOENAE

Literis & sumptibus Tobiaë Schmidæ Typographi Ducalis, excuditur Versio vernacula Tractatus de *Inventario*, quem olim Johannes Fuchs, Consul Kiloniensis, an. 1672. Latine edidit. Titulus operis ita habet: *Iohannis Fuchsen / Icti, und weil. Bürgermeisters zu Kiel / nützlicher und nöthiger Unterricht von einem Inventario, wie solches nicht nur Richtern / Advocaten, Notarien / Actuarien / und andern / welche in Gerichten umgehen / sondern allen Rechnungs-Bediemen; so wohl Ampt-Cammer- und andern*  
Dd3. Schref.

Schreibern/als Verwaltern/ Pensionarien/ Vormündern/ Erben/ Kirchen-Waisen-und Armen-Vorsehern / auch allen denjenigen/ welche frembde Sachen und Güter in Verwaltung / und davon Rechnung zu thun schuldig / zu wissen von nöthen und dienstlich. Anhero mit einem nützlichen Anhang vermehret/und vollkommener Register versehen/ in unsre Teutsche Sprache übersetzet/ und beygefüget eine Anweisung / wie ein Vormund oder sonst ein Rechnungs-Bedienter sich in Einricht- und Ablegung seiner Rechnung zu verhalten/von N. G. S. Ploen/ 1699. in 4.

Caput 1. hujus libri agit de Etymologiâ , Synonymiâ , & Definitione Inventarii. 2. De Divisione Inventarii. 3. De Subjecto, seu personis, quæ Inventarium conficere & edere debent. 4. De personis, quæ Inventarii editionem petere possunt. 5. De Objecto, seu rebus inventandis. 6. De Formâ seu modò inventandi. 7. De Finè Inventarii. 8. De Effectu Inventarii. 9. De Specificatione, seu Descriptione bonorum privatâ, ejusque juratâ confirmatione. 10. De Defectibus Inventarii. 11. De Mediis in puncto omis- si Inventarii usitatis. 12. De Processu in puncto edendi Inventarii. Accedit Appendix de Processu in puncto supplendi defectus Inventarii; item de iis, quæ Notarius circa Inventarium observare tenetur; nec non Instructio, quomodo Tutoraliquis, vel similis, officii sui rationem reddere debeat,

### LVBECAE

Splendidissimæ nostræ B. Virginis *Georgiæ* Basilicæ (post sumptuosum *Altare marmoreum*, an. 1697. ab eximiâ planè Ampliff. Viri, *Thomæ Friedenhausen* / Senatoris Lubec. apud Hesperios æquè ac Eoos inclyti, munificentia profectum) insigne nuper ornamentum accessit; Elegantissimum scilicet & non quotidianæ formæ impensæque è Patrio marmore *Epithaphium*, Nobili quondam & Patriæ apud Lubecenses *Genti à Stiten*, quoad heredes masculos haud ita pridem extinctæ, piâ Magnifici & Generosi Viri, *Hieronymi à Dorne*, Reip. Patr. *Consulis gravisimi*, curâ positum, cujus Inscriptio ita habet:

MEMORIÆ GENTIS A STITEN ÆTERNVM ME-  
 MORANDÆ, QUÆ ORIGINE EX MEGAPOLITANO  
 DVCATV NOBILIS, REIP. HVIC SEC. REP. SAL. XIV.  
 NOMEN DEDIT PVBLICÆ FELICITATIS OMINE:  
 COMPLVRES QVIPPE EDIDIT VIROS, QVI SEV  
 CONSVLARI FASTIGIO, SEV SENATORIA DIGNI-  
 TATE, ALIISQVE DOMI ET FORIS, TOGA SAGO-  
 QVE, ORNATI HONORIBVS, FORTITVDINI PRV-  
 DENTIAM, FORTVNAE MODERATIONEM, FELI-  
 CISSIME IVNXERVNT: SED, EHEV! IN GENEROSO  
 DNO. HARTVVICO A STITEN; PATRIÆ SENAT.  
 AMPLISS: AN. CH. M DC XCII. ÆT. LII. PIE DE-  
 FVNCTO, POSTREMO SVÆ STIRPIS, QVAM IN-  
 CHOASSE MERVERAT, HEREDE MASCVLO, IN-  
 GENTI PATRIÆ LVCTV DEFECIT, IMMORTALITA-  
 TEM, QVAM INTER MORTALES VIS FATI IN-  
 EXVPERABILIS VIRTVTI DENEGAVIT, EXTREMO RE-  
 PARATIONIS DIE INTEGRAM ADEPTVRA.

*Exuvia Serpentum India Orientalis eximia magni-  
 tudinis ex Physicotheca Jo. Jacobi Stölterfo-  
 thi, Med. D. & P. P.*

**F**ugite hinc, latet angvis in herba. In Ambona qvippe Molue-  
 carum Insula Mulierem gravidam ex improviso a Serpente ap-  
 prehenſam & deglutitam refert D. Andr. Cleyer. M. N. C. Dec. II. A.  
 II. Obſ. VII. p. 18. Hoc reptilium genus plus quam viginti quin-  
 que pedes operarios longitudine superans, fame maceratum quibus-  
 cunqve animalibus, quæ saltu petere & morſu apprehendere va-  
 let, inſidiari, aſſerit. l. c. ubi ejus imaginem ari incisam curio-  
 ſorum ſiſtit oculis.

Duas hujus sortis at specie inter se differentes, in Museo nostro asservamus exuvias, quarum maxima præcisò capite, (quod à trunco solutum cum acutissimis quoque possidemus dentibus) octo ulnas cum dimidia longitudine sua, latitudine vero duas quasi spithamas superant, ac ab istis Cleyerianis macularum figura paululum ablucentes conveniunt cum iis quas depingit *Adam. Olearius* in *der Gottorffischen Kunstammer Tab. XI. N. 3.* Cujusnam vero sic præcisè generis, an sc. *Boivacu l. Fiboja Pisonis* an *Cucuracin* &c. difficulter pronounciari posse existimamus cum *Æliano*, cum multa variaque sint serpentum genera, quorum species omnes persequi vel le infinitum foret, teste *Carolo Clusio Exotic. L. V. cap. XIX. f. m. 114.* Plura verò præter ea quæ ad *D. Cleyeri observ.* habet *Dn. D. Lucas Schröck. p. 22.* qui desiderat, evolvere poterit *Plin. H. N. Lib. VIII. c. XIV. & passim alibi: Georg. Marcgrav. L. VI. H. M. c. XIV. Sim. Majol. Dier. canicular. Colloqv. VIII. Gasp. Schott. Physic. curios. p. m. 1166. sq. A. Kircher. Mund. subterræn. L. VIII. Sect. IV. c. 2. Joh. Henr. Seyfried. Medull. Mirabil. Natur. L. II. c. V. Robert. Knox. Relat. Historic. de Insul. Ceylon. Sect. I. Joh. Jonston. H. N. de Serpentib. & Draconib. Conr. Gesner. Histor. Animal. L. V. Vlyss. Aldrovand. Histor. Serpent. & Dracon. Carol. Clus. l. c. cap. XVII. XIX. Georg. Andersen Itinerar. c. IV. Dapper. in descript. Americ. L. III. c. 4. Joh. Henr. Majö Histor. Animal. L. I. c. IV. Joh. Raji Synops. methodic. Animal. Quadruped. & Serpentine generis. p. 284. sq. VVolffgang. Franz. H. A. P. IV. Museum Vormianum L. III. c. IX. f. m. 263. Dn. Oligeri Jacobei Museum Regium Sect. V. f. 23. &c. &c.*

Mirandum sane qui faucium angustia tantæ molis animalia, Cervum v. g. *Urobubalum*, quininò hominem integrum eqvo insidentem, ut ex *Posidonio* refert *Excell. Dn. D. Lucas Schröck ad d. observ. Cleyerianam p. 22.* admittat, nisi per insuctionis modum id fieri concedamus. Rei veritatem, si parva magnis componere licet, propria testamur experientia. Nam cum ante aliquot annos *Dn. Laur. Gadebusch*, apud *Greiffsvvaldenses* Pharmacopœo integerrimo, à Rustico quodam Serpentes offerrentur venales, unus ex illis exiguæ quidem molis, ventre tamen ipsi vide-

videbatur prætumido ; quem dum dissecabat, en magnæ molis murem sylvestrem integrum & incorruptum in cavitate ejus inveniebat : hunc extractum curiosis nostris consecrabat, inter quæ eundem in liqore balsamico adhuc custodimus. Idem testatur *Jo. Rajus l. c. p. 286.* qui e dissecti ventriculo tres mures adultos exemit, quos integros deglutiverat, cum collum vix minimum digitorum ambitu æquaret. Quadrant huc verba *Dn. D. Christiani Menzelii,* „quæ extant in *Scholio ad observ. D. Cleyerip. m. 21.* Quod ego cum „*Dn. Ottone Tachenio,* qui, ut notum, sal viperinum magno cum „quæstu ex iis parabat, Venetiis expertus sum, forsâ non omnibus erit perspectum. Viperæ, cum circa Euganeos & vicinos „montes incunte vere ex suis latibulis prorepunt, spoliūque deponunt, segnes valde reptando inveniuntur, & tunc à Rusticis capti urceis includuntur, ac per Italiam ad Pharmacopœos proficiendis trochiscis & paranda ex iis theriaca, venum portantur. Antequam vero id accidat, viperæ per totam hyemem sine omni victu latitante, famelicæ, jam ranas, bufones & quicquid ipsis est aptum morfu arripere possunt, simili modo, quo superius de Serpentibus maximis Indiarum narratum est, deglutiant, &c. Viperam ejusmodi exsiccatam & artificiose contortam, inde nobiscum deportare, ac reculis nostris hodie adhuc annumerare, non piguit.

Exuviarum altera species, quam in Museo tenemus, ad Serpentem quoque Indicum, at plane ignotum, spectat : nusquam enim genus hocce depictum aut descriptum invenio. Zicatlianam aut Matrem Formicarum à *Nierembergio Hist. Exotic. L. XII. c. VII. Jonston. l. c. f. 22. Tab. VII. & Adam. Olear. in der Gottorffischen Kunstkammer l. c.* depictam ferme diceres, nisi hæc cubitum saltem unum cum dimidio, longitudine, digiti vero crassitiem peripheriâ adæquaret, cum nostræ e contrario quatuor ulnas cum dimidia, longitudine, & spithamam latitudine excedant, maculasque in dorso elegantissimas, serratas tamen magis, gestent. Harum respectu Serpenti peregrino Porretiano, quem describit et depictum sistit *Carol. Clusius l. c. cap. XVIII. f. m. 113.* fere eas tribue-

rem, nisi nostræ aurei plane essent coloris, clypeisque ferratis ac quasi studio delineatis, paulum verò obscurioribus ex utroque latere, & sub ventre maculis rotundis, artificioso quasi ordine inter se distinctis, oculi pariter ac mentis recreationem causarentur. Has verò ut data occasione æris incisioni committere decrevimus, ita nec ea quæ in Physicothecula nostra asservantur, curiosorum lustrationi invidemus.

Colophorem lineolis hisce imposituro in mentem recurrat, quam diversimode sentiant Naturæ curiosi de *serpentum coronis*. Nam penitus fabulosas esse easdem, haud unico evincere conatur exemplo eruditissimis Miscellaneis Medico-Practicis anno superiori adhuc admodum clarus Dn. *Rosinus Lentilius M. N. C. Dec. III. A. IV. obs. XXII. p. 48.* Nec fidem adeo denegamus testimonio Excell. Dn. *D. Jo. Ludov. Hannemanni*, Curiosorum, sit & omne! Nestoris Idi, quod sistit *M. N. C. Dec. II. A. VII. obs. LXVIII. p. 129.* Cum enim Rostochii studiorum gratia commoraremur, in prædio *Ravenhorst* dicto aliquando apud Agnatorum meorum quendam pernoctavi. Fruerer hæc ut requie, umbrosi nemoris ad prædium pertinentis affectabam cum amicis, qui mecum erant, delicias, quas ante nos jam avium ridos fortassis perscrutandi animo quæsierat meus Famulus. Hic mox anhelus obviam nobis factus, mira se vidisse, servorum imploraturus opem, prædicabat. In miraculum inquirens id responsi accipiebam, serpente se vidisse magnitudinis insolitæ, variegata pelle, cum corona quasi auræa in capite. Veritatem rei ut agnoscerem, ocyus ad locum a famulo indigitatum properabamus; at corona Angvem subduxerat. Nebulonem mendacii reum arguebam, at se veritati minus vim intulisse juramento confirmabat. Rusticorum nonnulli idem a se visum testabantur animal, ac pro serpentinx gentis Rege habebant. Cur non occidissent? instabam; nemo audet Regem tangere, regerebat supersticiosa ac credula Plebs, tota enim totius nemoris Serpentum cohors turmatim afflueret, ac crudelissimam in occisore vindictam exerceret; quod apum exemplo probare amittebatur. Ridebam quidem stultam homuncionum timiditatem, dubius tamen inter tot Eruditorum digladiationes hærebam. Am-  
ke-

Reges; aliosque; ex variorum itinerum relationibus notissimos. At hæc suas tamen armillas Dn. *Rhodiis* ex illarum numero esse dubitat; cum non tantum inter muliebria ornamenta reperta fuerint; sed etiam multo angustiores sint; quam quod virile brachium superius supra cubitum stringere potuerint.

Quo sensu denique *Annulus* fig. 3. expressus pro armilla tali habeatur; quales foeminae circa carpum gerere solent; se non capere fatetur Dn. *Rhodiis*; cum ille quidem 8. spiris constet; sed non laxioribus; quam ut minimum saltem digitum admittant.

Hæc poterant sufficere desideratis Borealibus; Verum enim vero; ut majorem hæc lucem adhuc fœneremur; non pigrabimur alia nonnulla curiosa addere; quæ industriæ benevolentiaque Dn. *Rhadii* debemus. Is die 19. Maji hujus anni mediocrem rotundæ formæ tumulum sepulchralem; prope pagum *Sûsbörn* / dimidio milliari Barmstedio dissitum; perfodi curavit; in quo ( mediò ferè loco; superficièi terræ congruò; inter varios lapides; ) repertus fuit *Pugio* sive *gladius*; quoad laminam non tantum; sed & capulum; totus *aneus*; 22. lothonum pondere notabilis. Ossa vero & urnæ cinerariæ fragmenta non juxta pugionem huic; sed aliò tumuli loco; orientem versus; sita fuerunt. Tam insigni igitur antiquitatis monumento allectus Dn. *Rhodiis* die 25. Maji alium rotundum;

Tab. VII.  
fig. 1.


priorique majorem tumulum; inter Barmstedium & vicum *Stimeshorn* situm; ac 84. passus ambitu suo complectentem; aperuit; ex quo post vanum aliquot horarum laborem tandem *hasta aenea* partem; septem pollices cum dimidio longam; duosque latam; & 22½. lothones pendentem; nec non utrinque ligno ( primo quidem molliusculò; deinde vero sole indurato ) circumdatam; extraxit; ut & *Gladium aeneum*; ( iis similem; quos *Histenschänger* appellare solemus ) pedes duos cum dimidio ac pollicem unum longitudine æquantem; capulò nigri coloris ligneo; utrinque aeneis bullis sive clavis orbicularibus firmato; & lignæ vaginae inclusum. Præterea autem nullus tumulò istò lapis inventus fuit; præter unicum; cui hâstæ supra memoratæ cuspidis incubuit; nec ossa; vel urnarum fragmina; unde fortè collis hæc Herois ejusdam; non tantum in bello cæsi; sed etiam deperdit; *Conotaphium* fuit; vel *Tamulus*

Tab. VII.  
fig. 2.

*honorarius*, quò arma ipsius condita sunt, cum exanimati corporis copia haberi non potuerit. Conf. *Ol. Vvormium*, Monum. Dan. l. i. c. 6. existimantem, ejusmodi tumulos, nullis lapidibus refertos, in eorum memoriae structos esse, qui bellò rem fortiter gesserunt, &c. In cujus *Musèò* etiam, lib. 4. c. i. p. 349. & c. 5. p. 354. de pugionibus & sicis æneis, terrà erutis, ac nonnunquam deauratis, plura invenies.

Tandem nuper admodum, hòc ipsò, quò nunc vivimus, mense, Dn. *Rhodius* eximum 93. passuum tumulum, magnis lapidibus cinctum, & ad majoris tormenti jactum à templò Earmsstetensi (caurum versus) remotum, adaperuit. Qui licet trium saltim pedum altitudine, longitudine autem 24. & latitudine 12. ab Oriente versus Occasum perfosus fuerit, *Vras* tamen *triginta & unam* (vel earum fragmenta) jam edidit, quarum plurimæ coloris lutei & grisei fuerunt, aliæ verò interiùs nigrae & exteriùs flavæ, iterumque aliæ interiùs albicantes, exteriùs autem ruffæ, & quidem ità comparatæ, ut diversorum istorum colorum uterque mediam testarum crassitiem penetraverit. Imò una nigricans, licet argillacea seu fictilis extiterit, lævisissimi tamen marmoris materiam mentita, & adeò depressa fuit, ut altitudo ipsius unà cum margine, ultra 5. pollices non assurrexerit. Præter ossa tamen & cineres *angulum digitalem ferreum* continuit, sed apertum, ad armillarum istarum modum, quas mense Martio descripsimus. Alioquin hætenus antiquorum monumentorum nihil hîc occurrit, exceptâ *fibulâ ferreâ*, & *informi alio ferramenti* cujusdam frustulò, nec non *Lapide* 2. pollicum, utrinque acuminatò, & fragmentò *terrae coctæ* flavescens, cui miræ aliquot figuræ impressæ sunt.

Hæc sunt, quæ nuperæ Relationi nostræ uberius declarandæ intervire posse credidimus; in quâ B. L. sequenti Errata typographica emendabit: Pag. 89. lin. 8. legendum: *aramenta tantum invenire liceat*. p. 92. lin. 18. 1689. p. 44. lin. 1. *cujus generis annulum B. Joh. Ristius* &c. p. 96. lin. 23. *Cotem unius pedis & quinque pollicum* &c. ibid. lin. 31. *Passi flori suo*.



# NOVA LITERARIA

## MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS;

*Edita Mense Augusto, MDCXCIX.*

### ROSTOCHII

**M.** *Franciscus Albertus Epinus*, Mecklenburgensis, (cujus supra p. 35. & alibi mentionem fecimus) Programma publicavit de *Ignorantiâ Intellectus humani, ejudemq; causis*, quò Disputationes sub præsidio suo, super *Theses ex Philosophiâ Theoretico-practicâ selectas*, in Auditorio Philosophorum Boreali habendas, indixit: (1. plag. in 4.) Studiosorum septem, qui in Collegio isthòc Disputatoriò Respondentium Opponentiumque vices in se susceperunt, nomina hæc sunt: *Daniel Christoph Chrentien*/ Mecklenburg. *Daniel Joachim Mæke*/ Wismar. *Godofr. Gebauer*/ Ruthenas-Siles. *Henricus Westerbeide*/ Lubec. *Joh. Frider. Albrecht*/ Lubec. *Joh. Volten*/ Wilstrîa-Holsatus, *Ioach. Rûg*/ Lubec. Harum Disputationum *prima* d. 30. Junii habita fuit, Respondente *Henrico Westerbeide*/ Lubecensi. (2. plag. in 4.)

Die 5. Julii Præside *Iohanne Fechtio*, SS. Theol. D. & Prof. P. &c. *Iohannes Nicolaus Langsdorffius*, Weilburgo-Nasovius, Scholæ Patriæ Conrector vocatus, Disputationem Theologicam de *Apparitionibus Christi, post Ascensionem ipsius factis*, Eruitorum examini submitit, quâ varias quidem exaltati Salvatoris nostri apparitiones hinc inde memoratas expendit, sed ità, ut præter Stephanicam (Act. VII, 52. sq.) & Paulinam (Act. IX.) reliqua omnia apparitionum Christi exempla vel falsa esse vel dubia, pateſcat. (5. plag. in 4.)

Die 17. Julii ab Ampliff. Facultate Medicâ Vistatio *novi Pharmacopolii*, sub signò *Cervi*, facta est, quod Nobiliff. Civitatis Rostochii

stochiensis Senatus *Bernbardo Balthasari Quistorpio*, (Celeberrimorum Theologorum Rostochiensium, *Iohannu I. Nepoti, Iohannis II. filio, &*, qui hodiernum superat, *Iohannu Nicolai fratri*) ex speciali concessione indulgit. Factâ Visitatione dictus *Quistorpius*, eâdem Facultate Medicâ annuente, genuinum artis suæ specimen exhibuit, *Theriacam Andromachi senioris & Mithridatium Damocratis* dispensando. Quod cum feliciter cederet, approbatione publicâ dignum fuit repertum, & Species, utriusque compositioni adhibitæ, typis consignatæ prodierunt. (1. plag. in 4.)

Die 24. Julii *Carolus Augustus à Bülow*, Nobilis Mecklenburgicus, ( *B. Adami Henningi à Bülow*, Consiliarii Provincialis Mecklenb. filius ) Ecclesiæ ad D. Petri hætenus per triennium Diaconus, in *Pastoratu* ejusdem Ecclesiæ successit *M. Georgio Niehenck*, quem p. 66. ad munus Pastoris Templi primarii S. Mariæ vocatum esse diximus. .

Jam ante triennium quidem obiit *Georgius Henricus à Lehsten*, Consiliarius Intimus Mecklenburgensis, &c. at *Concio funebris*, memoriæ ipsius consecrata, nuper demum Rostochii lucem vidit, auctore *Michaële Blanck* / Verbi Divini Ministro *jur Sage* / ubi, antequam exuvie defuncti sepulchro gentilitio Rostochiensis conderentur, ista *Concio* ex Ps. XXXI, 6. habita fuit, cui titulus: *Die Glückseligkeit der Gerechten* / &c. ( 2. Alphab. in fol. )

Typis etiam exscripta est *Oratio funebris*, quâ *M. Iohannem Ehrenfried Pfeiffer* / Misena Misnicum, beatis Manibus *D. Georgii Radovii*, Præpositi Syndicique Lubecensis, parentâsse, p. 164. memoravimus. ( 7 plag. in fol. )

Disputationes, eodem B. *D. Georgio Radovio* Præfide habitæ, sequentes nobis innotuerunt:

De *Retorsione*, Resp. *Celestino Friderico Guttermuth* / Silesio, 1662.

An factum *Servi procuratoris & Coloni*, aliorumque alterius nominæ possidentium, atque possessionem negligentium, vel dolose prodentium, *Domino verove possessori noceat* ? ex L. ult. C. de acquir.

- qvir. & rect. poss. Resp. *Ioh. Crügero*, Gustrov. 1664.  
 Disp. Inaug. de *Retorsione*, Resp. *Ioh. Barclajo de Tolli*, 1668.  
 Disp. Inaug. de *Jure reluendi*, Resp. *Bernhardo Petri*, Slesvic. 1668  
 Disp. Inaug. de *Contumaciâ*, Resp. *Henrico ab Hatten*, Holsato, 1668  
 Disp. Inaug. de *Viâ*, Resp. *Hermanno Sibrand*, Rost. 1671.  
 Disp. Inaug. de *Absentiâ*, Resp. *Ioh. Godofr. Borelio*, 1671.  
 De *Pecuniâ Lustricâ*, vulgò *Gedatteren Geld* / Resp. *Jacobo Sembke* / Rost. 1671.  
 Disp. Inaug. de *Instrumentis*, Resp. *Franc. Marquardo Serdes* / Rost. 1671.  
 Disp. Inaug. de *Actione redhibitoriâ*, Resp. *Conrado Rabne*, Rost. 1673  
 Disp. Inaug. de *Subfeudis*, Resp. *Laurentio Rabne*, Rost. 1673.  
 De *Testamento parentum inter liberos irregulari atqve privilegiato*,  
 Resp. *Ioh. Christ. Schröder* / Wism. 1674.  
 Disp. Inaug. de Regula: *Agere non valenti non currit præscriptio*,  
 Resp. *Ioh. Ioach. Ziesche* / Rost. 1674.  
 De *Furtis*, Respondente *N. Boff* / 1675.  
 De *Delictis carnis*, Respondente *N. Welff* / 1675.  
 Analytica expositio L. 6. C. *qvor. appellat. non recip.* Disp. Inaug.  
 Resp. *Casp. Henr. Bugmer* / Rost. 1675.  
 Disp. Inaug. de *Præscriptione delictorum*, Resp. *Ioh. Christoph. Schröder* / Wism. 1676.  
 Disp. Inaug. de *Horreis publicis*, ad L. I. C. de conditis in Horreis  
 publ. Resp. *Simone Andr. Stemyvede*, Sverin. 1676.  
 De *Jure fratrum æquatorio*, Resp. *Hieron. Schabbel*, Wismar. 1676.  
 De *famosis libellis*, Resp. *Ioh. Alberto Weiff* / Hollando-Prusso, 1677  
 De *Archiris*, Resp. *Mich. Mutterer* / 1681.  
 Disp. Inaug. de *qvæstione: Vtrum & qvatenus Dominus gesta à falso procuratore in sui favorem, finita per sententiam instantia, objectaqve è parte adversa jam de nullitate protestatione, possit rati habere?* Resp. *Henr. Conau*, Rost. 1682.  
 Disp. Inaug. de *fructuum præstatione*, ex l. 12. C. de Rei vind.  
 Resp. *Ioh. Alberto Weiff* / Holland. Prusso, 1682.  
 De *Officio 3ctorum Sacerdotali*, Resp. *N. Klein* / 1683.  
 Deniqve *M. Iohannes Hövet*, Stralsundensis, ( *B. Philippi Hen-*

*Henrici Friedlibii*, SS. Theol. D. & Superint. Stralsundensis, ex filii nepos, ac filiorum D. *Christophori Redeckeri*, Consulis Rostoch. primarii, haftenus Ephorus) *Rektoratum* Scholæ Oppidanæ Rostochiensis obtinuit, inqve eo munere *Foachimo Ottoni*, nuper in *Rectorem* vicini *Gulstrovienfis* Gymnasii electo, successit.

## STRALESVNDÆ

*M. Philippus Christophorus Pyl* V. D. in *Æde S. Nicolai* Minister, *Concionem* funebrem vernaculam edidit, in funere *Alberti Pütters*, Mercatoris, ex Apoc. III, II. habitam, cui titulus: *Der Christen geistlicher Rauffhandel bey ihrem zeitlichen Christen-Wandel.* (16. plag. in fol.)

Typis Mederianis denuò impressa est *Institutio Catechetica*, quam duabus partibus distinctam, & partim rudiorum, partim verò adultiorum usui dicatam, vernaculò sermone concepit *Johannes Baudewien* / SS. Theol. D. & Eccles. Stralsund. Superintendens. *Prioris* partis titulus hic est: *Schlecht und Rechte* das ist/ ganz kurz und deutlicher Catechismus/ Unterweisung Erster Theil/ darinn denen Einfältigen nicht allein die Richtigkeit des Glaubens / sondern auch die notwendige Gottseligkeit des Lebens fürgestellt wird. (4. plag. in 8.) *Posterior* autem pars inscribitur; *Die Kluge Einfalt* / oder des so genandten *Schlecht und Rechte* Ander Theil/ darin die im ersten Theil fürgetragene Catechismus-Lehre mit völlig angeführten Sprüchen H. Schrifft bestättiget/ und also ein Christ auff den Schrifft-Beweis / so wol des Christl. Glaubens / als der Gottvolgefälligen Lebens-Pflichte/ geführt wird; dabey zugleich/ was im ersten Theil kurz berührt/ oder fürbey gegangen/ hin und wieder etwas weiter erkläret und ausgeführt ist. (7½. plag. in 8.)

Isdem typis prodiit *Nucleus Precum* vernacularum, tam remissionem peccatorum, quam beatam ἀπόλυσι desiderantium, hęc titulo: *Kern brünstiger Seuffzer einer zu Gott umb Vergebung der Sünden / und umb ein seliges Ende inniglich bereyten Seelen* woben dieselbe durch bengesetzte *Krafft-Sprüche* der Erhörung ihres Stehens tröstlich versichert wird. *Stralsund/1699.* (1½. pl. in 8.)

## GRYPHISWALDIAE

*M. Brandanus Henricus Gebhardi*, Lingvæ S. Prof. P. Disputationem quintam, מונח מונח *f. Munimini Fidei R. Isaci Ben Abraham*, Novum Testamentum oppugnanti, oppositam, Respondente *Dionysio Hartvico Behrens*, Grimmâ-Pomeranò, superiori mense Juliò ventilavit. (5. plag. in 4.) Loca Scripturæ, quæ hac Dissertatione vindicantur, sunt sequentia: Ioh. X, 33-36. 38. XIII, 3. 34. XVII, 3. XVIII, 3. 4. 5. XIX, 15. XX, 17. Act. I, 6; V, 38. 39. VII, 4. 7. 14. 43. (de præcedentibus hujus argumenti Disput. vid. p. 69. & 195.)

## SEDINI

*Carolus Bogislaus de Mellin*, Eqves Pomeranus, die 24. Julii in Auditoriò majori Gymnasii Carolini Orationem de *Fatis Regni Hispanici* habuit, ad quam benevolè audiendam Gymnasii Regii Sedinensis Rector, *Johannes Georgius Röserus*, SS. Theol. D. & Prof. P. omnium ordinum Literatòs Programme publicè invitavit. (1. pl. in fol.)

## STOLPAE

*Gottsegg Jacobi Colberg*, I. V. D. & *Dicasterii Electoralis in Orientali Pomeranià Advocati*, *Relatio de Urnis sepulcralibus, prope Stolpam d.*  
2. & 3. Maji an. 1699.  
reperitis.

**D**Um initiò mensis Maji mons (arenosus dictus) qui extrema suburbii Stolpensis tangit, qualiqvali munimine adaptari coepit, d. 2. & 3. dicti mensis, operarii incauti in 4. incidere tumulos, rudi faxò exstructos. Horum quilibet concameratum exhibuit opus, grandiusculis faxis (quibus & pavementum erat stratum) in modum fornicis, nullò admixtò limò, nullà calce, sparsim solummodo interjectâ tellurè, elevatum ac clausum; quodque, quò coibat, lapis quadratus, immensæ molis, ab aditu & quasi ab injuriâ vin-

dicavit. Cohæserunt tantâ firmitudine latera, ut non nisi ægrè dilacerari potuerint. Cameræ, terrâ arenosâ expletæ, ipsas absconderunt urnas, stetitque operariorum sententia, ditem in hisce adytis latere thesaurum. Hinc factum, ut ipse lucri, dum ligonibus eas exhauerunt, urnas omnes confregerint; ex quibus præter testiculas, intûs nigri, extûs partim terrei, partim subrubicundi coloris, quæque digitis fuere terribiles, nihil remansit. Solum operculum mihi cesit integrum; quippe obambulans, dum fortè fortunâ eò delatus sum, unam adhuc cameram, quæ major fuit tumulus, maximam partem dirutam inspexi. Dolui antiquitatis hujus triste fatum, hominumque incuriam, atque accepi, in istò tumulo circiter 8. vel 9. Urnas (reliqui pauciores incluse- rant) diversæ magnitudinis, unam verò ceteris grandio- rem, in circulo fuisse dispositas. Ipse vidi cineres ex ollis ossuariis dispersos, pernigerrimos, ossaque semi-combusta friabilia, & plurimas ex his & testis particulas collegi. Ceterùm me iudice Gentilismi hæ sunt reliquæ, quarum antiquitas ultra 6. secula (intra quæ & superstitio pagana, & corporum combustio cessavit) sese extendit. Aude- rem quoque dicere, his 4. tumulis reconditos in acie cecidisse Nobiles, quia unâ sepultos structura & superingesta humus arguit. En primas mihi cognitæ Pomeraniæ urnas; non enim memini, quæmpiam nostratiùm Historicorum earum mentionem injicere. Didici tamen hisce diebus, aliquot retrò annis in agrò Sclaviensi parilem urnam aratro extractam: & haud ita pridem in cæmeteriò Palzo-Stolpensi (res est planè diversa, sed quæ observationem curiosam meretur) à vespillone urceum, loculo sepulchrali vermi- bus ferè exeso impositum, ac cerevisiâ boni adhuc saporis repletum, inventum fuisse.

## GEDANI

*Fridericus Christianus Bûcherus*, ad D. Cathar. Minister, librum vernaculum de *Fundamentis Fanaticismi* edidit, cui titulus: *Hauptgründe des Fanaticismi, so in der Verführung unser ersten Eltern/und der Schwärmer zu der Apostel und Lutheri Zeiten / aus der N. Schrifft und der Christl. Antiquitat eröffnet/ &c.*  
Dan-

Dankig/bey J. N. Pleneri 1699. (1. Alph. 8. plag. in 4.) Tractatus hic (post Præfationem, de artibus Fanaticorum, mysteria sua occultantium) in quinque Capita distribuitur, quorum 1. Descriptionem Fanaticismi & originem Nominis, Causam principalem, Organum & Media, nec non Finem considerat. Cap. 2. Objectum Fanaticismi & capitales Errores exponit, quales sunt: Enthusiasmus, Perfectismus, Samaritanismus, Chiliasmus, & Scepticismus. Cap. 3. agit de Fanaticorum Conventiculis. Cap. 4. in Fanaticorum Originem, Doctrinam & Mores inquirat. Cap. 5. denique comparationem Fanaticismi cum Pietismo instituit.

Idem F. C. Bücherus *Epistolam Pietæstri* cujusdam, qui circumcissione susceptâ ad Iudæos transit, publicavit, notasque addidit, Pietismum semina Judaismi fovere, ex illis ipsis Literis demonstrantes. Titulus hic est: *Sendschreiben eines gewissen Pietisten / der sich selbst Mosen Germanum nennet / und vor wenig Jahren ein Jude worden / mit nöthigen Anmerkungen publiciret.* 1699 (4. plag. in 4.) Vocatur is vero nomine *Johannes Petrus Speeth* / & Augustanus patriâ est, contra quem scriptum aliud vernaculum extat, sequenti titulo; *Der Spinozismus im Jüdenhumb / oder die von dem heutigen Jüdenhumb und dessen geheimen Kabbala vergörterte Welt / an Mose Germano, sonsten Johann Peter, Speeth / von Augspurg gebürtig / befunden und wiederlegt von Johann Georg Wachter.* Amsterdam / 1699. (17. plag. in 8.)

## REGIOMONTI

*M. Daniel Hoynovius*, Respondente *Johanne Friderico Starcke*, Regiom. Prusso, Pentada secundam nuper *Questionum Academicarum* proposuit, egitque quæstione 1. de Morborum origine; 2. de Artis Medicæ antiquitate; 3. de Medicorum & Artis Medicæ præstantiâ; 4. de variâ Medicorum fortunâ, & 5. de Morbis horrendis & insolitis. (4½. plag. in 4.) De *Priori Pentade* vid. *Nov. Liter.* an. 1698. p. 93.

Quatuor *Orationes* (singulæ 2. plagulis constantes) typis excusæ sunt, quas eodém Scholæ *Lœbnicensis Alumni* (omnes *Regiomont.*

mont. Prusii) occasione Continuationis quintæ Sermonum de Passione Iesu, seu *Actus Oratorii*, præviè Programmate (3. plag.) invitatoriò *M. Michaëlis Hoynovii*, Scholæ Lœb. Rectoris, de *variis modis Peccata expiandi Genilibus usitatâ*, die 3. Martii (36. juvenibus horis ante- & pomeridianis declamantibus) instituiti, recitârunt. Hos inter *Johannes Christophorus Kress* Encomium *novi Organi Musici Lœbnicensis* (an. 1695. fulmine tacti, jam verò exeunte superiori anno 1698. multò elegantius reparati) Germanicâ Oratione instituit; *Andreas Sivertz* Latinò sermone Christum crucifixum *Soli tempore Josua stanti* comparavit; *Christianus Neumann* *Inventionem S. Crucis & Clavorum*, itemque reliquias ex eis factas consideravit; & denique *Gerhardus Lübeck* de *Elisæ fabulosò adventu* peroravit.

Præside *M. Christianò Sabmiò*, Alumn. Elect. & Com. Conv. Inspectore secundariò, *Vilhelmus Dullo*, Goldappâ Prussus, mense Majò superiori Disputationem Ethicam de *Virtute Morali* publicè ventilandam exhibuit. (2. plag. in 4.)

Eòdem Præside *Johannes Martinus Bythnerus*, Lithuanus, Dissertationem Ethicam, de *Invitò & Spontaneò*, publicæ Eruditorum censuræ submitit. (1½. plag. in 4.)

*M. Fridericus Stadtlender* Regiom. Prussus, Respondente *Henrico Godofredò* Regiò, Bauscâ-Semgallò, præcedente mense Juliò priorem Exercitationis Philosophicæ partem proposuit, quâ disquiritur: *Utrum Virtutes Morales in Deum cadant?* (2. pl. in 4.)

## REVALIAE

*Excerptum è literis M. Christiani Hoppii, Consistorii Ecclesiastici Regii Assessoris & Notarii.*

**E** Novis Literariis (anni 1698. p. 99.) intellexi, B. D. *Majorem* gestiisse, illum Septentrionis locum videre, ubi *acus Magnetica*, veritatis congruæ immemor, non immota Arcton monstrat, sed circumgyretur perpetim; quod, si ita sese habeat, haud leve documentum cre-

credidit, non desperandum esse de obtinendo verò aliquo perpetuo mobili, &c. At talem locum dari, non modo certum est, sed ego quoque illum vidi, & *circumgyrationem acis magneticæ* his me-  
is usurpavi oculis. Cùm enim anno 1693. paucis post festum S. Michaelis diebus, adverso ventorum flatu ad portum quendam Finlandiæ, *Iusala* dictum, (sedecim milliariibus Revaliæ, & sex ab Hangö-udde distantem) navi deferrer, cum sociis illum intravi, orientem versus cursum dirigendo; ubi inter varios arboribus & gramine opertos scopulos, qui parvas insulas formant, aquæ (ut in perruptis Sveciæ Finlandiæque litoribus, in den Schwedischen und Finnischen Esheren, esse solet) non quidem acriter salæ, marinæ tamen & non planè dulci, per noctem incubuimus. Altero mane, conducto Palinuro, qui securum nobis exitum monstraret, è portu isthòc dicesimus, & vehementi Boreà Scythico flante Austrum petentes, à nauclero illo sumus moniti, ut pyxidem nauticam observaremus, singulare aliquid & extraordinarium ibi deprehensuri. Nec verbo fides defuit; sed tanto temporis spatio, quantum circiter 40. unitates numerando impenditur, *acum magneticam in gyrum torqueri* vidimus. Velocissimè enim ferebatur navis, & optassem sanè, hæc de remihi antea quidquam constitisse, ut cymbâ vectus hæc atque illæc pyxide nauticâ observationes potuissèm instituere. Monstrabat mihi quidem Palinurus noster Finnicus ingentem scopulum, sub aquis conspicuum, quem ex magnete confractæ & circumgyrationis istius causam esse putabat; sed in eâ opinione me non habet consentientem. Interim non video, qualis hinc obtinendi *perpetui mobilis* spes affulgeat. Qui enim illud quæ-  
runt, id non solum in animo habent, ut aliquid perpetim sese movens indagent vel excogitent; quod variis in locis obvium, variisque modis parabile est; Sed tale perpetuum mobile desideratur, quod machinis applicari, suaptibusque & laboribus Mechanicorum minuendis inservire queat. At hoc, quomodo ab acu magneticâ in gyrum versâ sperandum sit, non liquet; & si vel maxime circumgyratio talis eam ad rem quidquam conferret, nullibi tamen locorum, quam *Iusala*, & ubi fortè similis Naturæ lusus obtinet, effectum aliquem posset habere vel producere.

Tab. VIII  
Fig. 1. 2. His autem omisſis, delineationem exhibeo *Oſis* cuſdam, in *hepate Anatis marini* ſive *Mergi* (cuius *Zauchers*) reperti. He-  
par ipſum tantæ molis erat, ut integro huic oſſi ( ſolâ parte ipſius du-  
riori, quæ literâ *A.* ſignata eſt, excepta ) contendo ſufficeret. Fir-  
miter etiam oſſi adhærebat, itâ ut frutillatim eſſet ſeparandum, quo  
ipſo factum, ut rupta loborum vaſa recognoſci non potuerint. Nec  
de ſitu monſtroſi hujus viſceris quidquam habeo dicere, cum mer-  
gus ille jam per aliquot horas viſceratus fuerit, antequam hepar  
illud ad manus pervenit.

Tab. VIII  
Fig. 3. Addo etiam aliquid è regno vegetabili: *Raphanum* ſcilicet, non  
ſupernâ tantùm ſed *infernâ* etiam parte (quâ terræ infixus fuit) *fo-*  
*liis* præditum, ceu ex Fig. 3. liquet. Superiora tamen folia in-  
ferioribus illis multò largiora & explicatiora erant, cujus rei cau-  
ſam puto, quod inferiora folia propter circumjacentis terræ reniten-  
tiam ſeſe non tam liberè explicare & protendere potuerint.

Ultimo denique loco rei nummariæ meminiffe lubet. Notum  
eſt, *Vvaltherum à Plettenberg*, Equæſtris Ordinis in *Livonia* Magi-  
ſtrum, ex quo ſupremam hujus provinciæ Jurisdictionem certo pe-  
cuniæ pretio ſibi comparavit, in memoriam Principalis hujus digni-  
tatis aureos Nummos ſignâſſe, qui tamen admodum rari nec ubivis  
obvii ſunt. Ejusmodi Nummum, 10. Ducatorum ponderi æqua-  
lem, hic exhibeo, cujus altera facies *S. Mariam TennoPórov* præ-  
fert, cum perigraphæ: *S. MARIA. CONSERVA. POPVLVM*  
*TVVM.* (15) 25. Alteri autem lateri ipſius Magiſtri loricati effigies  
impreſſa eſt; quæ dextra gladium, ſiniſtra autem clypeum tenet,  
quadripartitum ex ſymbolò *Ordinis Teutonici*, & gentilitiâ *Pletten-*  
*bergiorum* teſſerâ; cum perigraphæ: *MONETA. NOVA. MAGI-*  
*ſTRI. LIVONIAE.*

*Scholion Jo. Jacobi Stolterfohti concernens præter-*  
*naturalem Oſſium generationem*  
*in œconomia ani-*  
*mali.*

SI animalium ille functionum Præſul in Regno ſuo *Lithogenciam*  
vel in quovis recēſſu, modo alibi à nobis demonſtrato, tam fe-  
liciter

liciter toto quidem die exercet, quid impedit quo minus particulas terrestres atque salinas, mucilaginem osseam, juxta methodum à Cloptone Havers in *Osteologia nova* & Diderico Goodjobalck de *Ossium generat.* aliisque Naturæ curiosis præscriptam, constituentes, quovis loco, pro meatuum atque pororum admittentium diversitate, deponere queat? In humano quippe Liene D. *Luques*, Chirurgus Albingensis peritus, os cruciforme invenit, quod vasorum orificia durefacta fuisse existimat *Petrus Borellus Cent. I. Obs. IV. p. 9.* ac osk cordis cervi ob usum medicum hætenus decantato quoque contingere, erudite pro more demonstrat Dn. D. *Lucas Schröck in Schol. ad M. N. Dec. II. A. III. Obs. XXXVII. p. 109. sq.* & quidem à nutritii humoris gelatinosi majore, quam alias requiritur, siccitate ac coagulatione. Osseam ejusmodi molem in Hepate Scrophæ reperimentam curiosis nostris liberali nuper manu inserere Nobilissimo atque Experientissimo Dn. D. *VVagnero*, haud adeo quotidianis Observationibus Nova nostra Literaria summo passim optimorum applausu ornanti, placuit, ut publicas inde grates ipsi persolvere non dubitemus. Mammæ osseas in Virgine observavit D. *Alard. Mauris. Eggerdes M. N. C. Dec. II. A. VI. obs. CCX. p. 419.* Ex pelvi Renis sinistri canini duos folliculos osseis laminis, quolibet piscium oslicula auditus recondi videmus, constantes, produxit D. *Phil. Jac. Hartmann. l. c. A. VII. obs. XXI. p. 49.* Lienē in gibba parte omnino osseam exhibet D. *Joh. Zachar. Furstius l. c. A. X. obs. CLXXV. p. 342.* Osliculum retro Laryngem natum ex cadavere defuncti viri 36. annorum Stutgardiæ detexit D. *Salom. Reifelius l. c. A. II. obs. CXVI. p. 275.* De osliculis ex Sarcocoele suppurata prædeuntibus disserit Dn. D. *Lucas Schröck l. c. A. III. obs. XIX. p. 66.* idque contingere credit à sero extra vasa effuso, quod uti in statu naturali consistens, membranæ, cartilaginis, ossisve naturam assumere aptum esse, nutritio istarum partium docet, ita & hic gelatinosæ ejus particulæ, discussis a quosioribus in ossæ abire corpuscula potuerunt. In Bronchocele invenit D. *Joh. de Muralto* quatuor oslicula, *l. c. Obs. CXXXIV. p. 270.* Osliculum coralliforme ex tumore steatomatico exemtum habet D. *Joh. Paul. VVurffbainius l. c. Obs. CLXXXII. p. 359.* Contumacem malæ tumorem & excretum inde osliculum observavit D. *Godofredus*

*fredus Henniken* Practicus Erpacensis, l.c. A. V. obs. LXXX. p. 185. In Bove periosteum, & per statem etiam arterias & venas osscam duritiem contraxisse evincit *D. Job. Conrad. Peyerus* l. c. A. VII. obs. CCV. p. 384. Cum Patavii in denudandis cadaverum visceribus occupati essemus, sine ipsum ossicula in Mesenterio Viri convulsionibus mortuo hinc inde dispersa propriisque capsulis membranis inclusa ingenti satis copia reperisse memini, quorum aliquot una cum integro ejusdem viri corio in Physicotheca nostra adhuc servamus. Ex causis vero breviter supra notatis osscam istam substantiam in Hepate anatis forsitan annosæ à Celeberrimo *Hoppio* curiosa observatam, originem duxisse, ac ratione contenti hujus solidi parenchyma ipsum quantitate ordinariam transcendisse molem, haud temere credimus. Quoad reliqua de circumgyratione acus magneticæ, & succi nutritii, foliorum productionem infra se per fibras tubulosque transversim in Raphano constitutos tentantis, suffocatione, quo minus in perfecta se expandere folia potuerit, ob vim ipsius terræ renitentem, facile pollicem Nobilissimo Viro premimus, nec porro curiosas suas speculationes nobis invideat, sedulo rogamus.

## HAFNIAE

Ipsis Calendis Junii elata sunt hæc urbe (Gissfeldensi sacratio inferendæ) exuvia Ill. V. *Adami Levini de Knuth*, Domini de Gissfeld & Assendrup/ S. R. M. Consilarii intimi, Ordinis Danebrogici Equitis aurati, supremi Cubiculo & territorio Hafniensi Præfecti. Is in Ducatu Mecklenburgico è domo *Seizen* an. 1648. Calendis Martii prodiit, ac an. 1664. in Daniam delatus, inter Ephobos Seren. Principis CHRISTIANI, tunc temporis Regnorum Borealiujum Hæredis, hodie Regis potentissimi, cœpit numerari. Deinde illi ipsi fuit à Cubiculis; postea Equitis Danebrogici, ac Consilarii intimi axioma obtinuit, & tandem die 13. Januarii hujus anni 1699. asthma & catharrho suffocativo fuit mortuus.

Die 12. Junii M. *Christianus Willichius*, Respondente *Petro Christiani Kragelund*, in Collegio Medicæo disputavit de *Lumine Oculi & Mentis*. (1½. plag. in 4) In primâ hæc argumenti istius  
Die-

Dissertatione Auctor agit de Luce primigeniâ, & §. 3. sqq. refellit eorum sententiam, qui vel Solem ipsum, vel aliud lucidum corpus istius lucis causam asserunt; §. 7. illos refutat, qui vel nubem luminosam, vel corpus aliquod orbiculare cylindri instar condensatum, vel denique ipsum aërem, subjectum & vehiculum primæ lucis statuunt; §. 8. sqq. Cælum aquis adhuc immersum luminis hujus subjectum fuisse negat, & tandem §. 13. ad suam hypothesein progreditur, quam novam quidem, at novitate sua non taxandam vocat, & *secundæ* Dissertationi (mox sequenturæ) reservat.

Die 14. Junii *Ericus à Moimichen*, Iani filius, defendente *Heningio Jacobi*, in eodem Collegio proposuit Dissertationem Medico-Physiologicam, de *Homine nascente, accrescente & decrescente*. (1½. plag. in 4.) Caput I. hujus Dissertationis *Hominem nascentem* considerat, refutatque §. 1. *Leuvenhoeckii* sententiam, qui ova & ovaria mulierum rejicit, tanquam imaginaria, & ad generationem non magis quam papillas in mammis virorum utilia; §. 2. autem ovum muliebrem materiam ex qua Embryonis esse demonstrat. Cap. II. *Hominem accrescentem* expendit, docetque §. 1. & 2. quomodo accrescant homines, eorumque vires & memoria; §. 3. non dari ætatem præcisè consistentem asserit; §. 4. sqq. autem iis se opponit, qui statam crescendi mteram fibris aut tendinibus, & non duritiæ ossium deberi existimant. Cap. III. denique de *Homine decrescente* agit, & §. 1. inquirat in causas senectutis proximas; §. 2. autem in remotas, ad quas abusus aëris, cibi & potus, excretorum & retentorum, somni & vigiliarum, motus & quietis, nec non passionum animi, refertur.

Die 15. Junii *Elias Thillignerus*, *Elie* filius, Respondente *Johanne Christophoro Nicolai* filio, in Auditorio Collegii Regii ventilavit Dissertationem Critico-Physicam, de *Anima rationali*, (2. plag. in 4.) Cap. I. hujus Dissertationis agit de immaterialitate animæ, & quidem §. 1. exhibet erroneam Aristotelis & aliorum de mente humanâ sententiam, eiqve præcipuas animæ facultates opponit, quæ immaterialem esse animam demonstrant; §. 2. idem ex creatione evincit, ubi testimonio Scripturæ additur Naturæ testimo-

nium, & diversitas animæ hominum & brutorum ex diversâ harum creatione docetur; §. 3. explicat indivisibilitatem, quæ immaterialitatem præsupponit. §. 4. differit de immortalitate animæ, quæ immaterialitatis consequens est, & errorem Toleti, Mendoza, Svarzezii, Pacii, ac aliorum refellit, qui apodicticam immortalitatis animæ demonstrationem è rationis lumine exsculpere conati sunt. Cap. II. agit de propagatione animæ per semen, & §. 1. quod animæ actu sit in semine, ex seminis naturâ & constitutione demonstrat: §. 2. ex animæ operationibus in infantulis evincit operationes ejus in semine; §. 3. explicat animæ propagationem generatione univocâ, quæ in parentibus habet se ut causa efficiens ad effectum, nec ingreditur effecti essentiam, sed ad effectum concurrat constituendum.

Die 16. Junii *Torbillus Erasmides Granovius*, Respondente *Theodoro Rosenstand*, in Collegio Medicæo proposuit *Controversias extantiores circa Gadarenos Marc. V. & Luc. VIII. collat. Matth. VIII.* (1½. plag. in 4.) Docetur hac dissertatione, per Gergefenos à Mathæo Cananzorum partem intelligi, quorum primaria urbs Gadara fuerit, unde nominis diversitas, ipsos autem gentiles, & aquas, quibus porci eorum suffocati sunt, lacum Genzareth fuisse probatur.

Die 19. Junii *Martinus Braem*, Respondente *Johanne Georgii Hürningio*, in Collegio Medicæo Disputationem secundam de *Libertinis ex Act. VI. p.* habuit, quâ materiam hanc superiori anno coeptam prosequutus est, *tertiâ* demum similis argumenti Dissertatione absolvendam. (1½. plag. in 4.) De *primâ* vid. N. L. an. 1698. p. 114.

Die 9. Julii *M. Ludovicus Sind*, hætenus Præpositus & Pastor primarius Ecclesiæ S. Canuti apud Othonienses in Fioniâ, quem nuper p. 148. *Episcopum Christiansandensem* (sive Stavangerensem, in Norvegiâ) constitutum fuisse diximus, ad sacrum illud munus in Templò S. Mariæ à *D. Henricò Bornemannò*, Seelandiæ Episcopò fuit inauguratus.

Die 31. Julii *Johannes Trellund*, in Academiâ Regiâ Hafniensi designatus Professor, & SS. Theologiæ apud Christianienses Lector,  
Re-

Respondente *M. Severino Vvinthero*, solenni publicæq; Ordinis Professorii disquisitioni, *pro Cathedrâ Theologicâ, Exercitatione Historico-Theologicâ de Felicis Urgelitani & Elipandi Toletani Hæresi, vulgò Adoptianâ*, submisit. (8. pl. in 4.) Dissertatio hæc in tres Sectiones dividitur, quarum I. Præliminaria quædam continet, ad originem hujus erroris indagandam spectantia. In primis §. 1. Auctor docet, quod nullus ferè in religione error gravioris momenti salutarem de Christo doctrinam incorruptam reliquerit; §. 2. quod inter cæteros Sabellianorum, Nestorianorum, & Eutychianorum errores (quorum alter alterum nimia oppositionis vehementia peperit) seminant; §. 3. sqq. quod Nestorius Felicianorum proavus & *Χριστολόγος* princeps sit, cujus tamen præcursores Cerinthus, Ebion, Valentinus, Basilides, Paulus Samosatenus; Diodorus Tarsensis, Theodorus Mopsvestenus, Leporius, Anastasius presbyter, aliiqve fuerint. §. 8. quod Nestorius plurimos olim in Oriente discipulos habuerit, hodieqve habeat; nec non in Occidente, ad quos Felix & Elipandus referendi sint. De his autem plura habet Sectio II. quæ auctores Hæreseos, & distincta ejusdem capita perlustrat. Nam §. 1. sq. disquiruntur, quoniam Felix & Elipandus fuerint, ac quando & quomodo Ecclesiam turbare coeperint; §. 3. docetur, quod illi à multis, ipsoqve Concilio Senonensi, erroris iconoclastici falso insimulati sunt; §. 4. quod ab aliis nimis liberaliter fuerint excusati, contra fidem historiarum, Synodorum auctoritatem, ipsamqve Felicis confessionem. §. 5. quod inter veros ipsorum errores emineat dogma de *Adoptione*, Christo homini sensu planè Nestoriano adscripta; quod probatur §. 6. ex Confessione Elipandi, & orthodoxæ Antiquitatis de eodem judicio; §. 7. ex disertis Felicis Urgelitani verbis, Alcuino, Paulino & Agobardo notatis; §. 8. ex aliis veterum testimoniis. Hinc §. 9. affertur contraria Vasquezii & Dorschei sententia, nec non §. 10. Petavii in hoc argumento inconstantia. §. 11. de altera questione *servitutis* sententia Dorschei laudatur, sed ex veterum de Felice & hujus contra se ipsum testimoniis §. 12. adductis §. 13. corrigitur, & genuina Adoptianorum de *Servitute Christi* sententia probabiliter exponitur. §. 14. docetur,

quo sensu orthodoxi etiam reatum lapsus Adamitici Christo incubuisse dicant, & §. 15. sq. non contemnendum esse Svarezii de Felicianâ Servitute iudicium, durius autem Cabreræ & Finii, eujusdam apertè falsum, nec satis accaratum non neminis; Petavium verò nec Felicianam de hac quæstione heterodoxiam enucleasse, nec suam nobis orthodoxiam persvasisse. §. 17. crassius Adoptianorum error de *nuncupativâ* Christi hominis *Deitate* clarissimis veterum testimoniis demonstratur, qui Nestorianismi lacunas graviter olere dicitur. §. 18. continet censuram quæstiunculæ de tribus in Christo substantiis inutiliter à Felice motæ, ut & immeritas aliorum censuras contra ignorantiam Christo exinanito ab ipsi tributam. Sectio III. processum Adoptiani certaminis & diversâ Hæreseos fata complectitur; & quidem in §. 1. refertur Beati & Heterii contra Elipandum in Hispaniâ oppositio, sed frustranea, & annexitur iudicium de personis & scripto ipsorum; §. 2. docetur, quibus mediis propagatio hæreseos facta sit; §. 3. adducitur refutatio ejus à Paulino in Synodo Aqvilegiensi tertiis instituta, cujus locus in explicatione Symboli expenditur; §. 4. recensetur apertior ipsius damnatio in Concilio Ratisbonensi, & Felicis palinodia Ratisbonæ & Romæ cantata, quâ occasione Baronius & Natalis Alexander notantur; §. 5. disquiritur, cur lenius primò cum Elipando quàm Felice actum; §. 6. notatur altera Felicis apostasia, & tertia in Concilio Francofurtensi damnatio; §. 7. referuntur Acta istius Concilii, & iudicium de quatuor ejus capitulis, nec non gemina Adriani Pontificis confessio; §. 8. habentur argumenta Synodi, observatio B. Dorischæi, & confirmatio veteris sententiæ de mente genuinâ Francofurtensium; §. 9. mors Adriani, Epistola Alcuini ad Felicem, & hujus responsum, non tantum ab Alcuino, sed & à Paulino refutatum; §. 10. altera Felicis in Synodo Aquisgranensi & Romanâ abjuratio, ex peculiari ejus post abjurationem scriptâ Confessione, ad novam pristinæ hæreseos declarationem; §. 11. de perpetuâ Felicis impœnitentiâ tristiora Adonis, Ambr. Mori, Marianæ, Vasquezii, & ipsius Agobardi Lugdunensis iudicia, de servatâ autem dignitate nimis liberalis Aventini assertio; §. 12. de Elipandi conversione inbecilles Mori, Marianæ & Vasquezii con-

conjecturæ; §. 13. Epistola Alcuini ad Elipandum, ex qua iterum scopus disputationis cum Adoptianis illustratur; §. 14. inhumanum Elipandi responsum, inepta contra intentatam hæresin protestatio, & insulsa tot convitiis excusatio; §. 15. Epistolæ ejusdem ad Felicem, & Satyræ per 4. Alcuini libros refutatio; §. 16. Testimonium Eutrandi Subdiaconi Toletani pro Elipandi conversione, creditâ etiam Aventino & Gvilielmo Cave, qui tamen circa pœnitentiam Felicis fluctuat; §. 17. Felicianæ hæreseos per Folmarum resuscitatio, ejus persona, errores & antagonista, nec non Gv. Cave parachronismus; tandem §. 18. dicitur, à Petavio Gilbertum Porretanum huc referri, sed assertum non probari, imò potius improbari.

Eodem die 31. Julii, horis pomeridianis *Johannes Johannides Whit*, Respondente *Petro Joh. Musæo*, in Auditorio Collegii Regii propoluit Dissertationem Physicam, de *Sensu externo, nempe Tactu latè sic dicto*. (2. plag. in 4.) Caput I. hujus Dissertationis agit de Tactu in genere, docetque §. 1. animam, quatenus in cerebro, sentire; §. 2. tres gradus in facultate sensitiva hominum considerat; §. 3. imperfectum esse brutorum sensum demonstrat; §. 4. explicat, quomodo peragatur sensus humanus juxta antiquos; §. 5. probabilem de tactu latè sic dicto sententiam affert; & tandem §. 6. indicat, quomodo tactus s. sensus brutorum peragatur. Caput II. agit de tactu speciatim considerato, & quidem §. 1. de quinque speciebus Tactus, à se invicem sub uno genere differentibus, ut §. 2. de Auditu, §. 3. de Visu, §. 4. de Olfactu, §. 5. de Gustu, & §. 6. de Tactu strictè sumpto, quæ denique §. 7. quomodo in brutis se habeant, demonstrat.

Bibliotheca Vniversitatis Hafniensis, ad Turrim Astronomicam, insigne nuper ornamentum fuit additum, octo scilicet *Tabula Geographica Insularum Regni Daniæ*, cunctas hætenus editas tantore, quàm accuratâ rerum omnium etiam minimarum observatione, multis parasangis superantes, quæ sumptibus & industriæ *B. Petri Resenii*, S. R. M. quondam Consilarii Statûs, Justitiæ & Cancellariæ, Præsidis Hafniensis, Consistorii Assessoris, & J. V. Professoris Regii, debentur.

Prodiit etiam *Iohannis Brunsmanni, Nidrosiensis, Diei Exordium & Exodiũ sive Dissertatio, usitata diei tam civilis quam naturalis initia finesq; ostendens. Accessit de Bestia quartæ apud Danielelem c. VII. decem Cornibus Dissertatiuncula.* Havniæ, apud Christianum Gerhardi, Bibliop. 1699. (14. plag. in 8.) Opusculum hoc in duas partes dispescitur, quarum prior initia & fines diei civilis, posterior autem diei naturalis, considerat. Cap. I. agit de Diei civilis naturâ, nominibus & partibus. 2. De initiis Diei civilis in genere. 3. De initio Diei civilis matutino. 4. & 5. De contrariâ eorum sententiâ, qui in hexaëmeri primi diebus lucem præcessisse noctem negant. 6. De Ante-Diluvianis, Diei civilis initium quoque à luce sumptum usurpantibus. 7. De Post-Diluviannis Hebræis eodem modo diem inchoantibus. 8. 9. & 10. De argumentis eorum, qui huic sententiæ adversantur. 11. De aliis post-Diluvianis gentibus, diem civilem à tempore matutino inchoantibus. 12. De initio Diei civilis à vespere sumptò. 13. De iis, qui Diem hunc modo inchoarunt. 14. De initio Diei civilis à meridie. 15. 16. 17. De initio Diei à mediâ nocte, apud veteres Romanos aliosque, etiam Hebræos interdum. 18. De fine diei civilis. 19. De Die naturali, quid & quotuplex sit. 20. de initio & fine Diei naturalis, qui inter ortum & occasum Solis intercipitur. 21. De ejusdem initio & fine, qui inter principium diluculi & finem crepusculi intercipitur. Auctarium, de decem Cornibus quartæ apud Danielelem Bestiæ, quatuor capita complectitur, quorum 1. demonstrat, decem illa cornua veteris Romani Imperii decem potiores Præfecturas partesque significare. 2. & 3. docet, quænam ex illis Præfecturis in Oriente, quænam in Occidente fuerint. 4. denique asserit, omnes illas Præfecturas ad decem verè revocari posse, factò simul indicio, quænam ex illis Papa Romanus sibi subjecerit.

Tandem quoque Libellus Hafniæ lucem vidit, cui titulus: *Epi-grammata sacro profana, & serio-jocosa Rudolphi Burennei, Scholæ Bergensis Correctoris.* Literis Viduæ I. Ph. Bockenhoffer. 1699. (3. plag. in 12.)

*Reinholdi Wagneri D. Observationes Anatomicae.*

In ædibus S. R. Majestatis fusoriis, vulgò *Stießhaus* / operaris quidam sexagenarius, circa tormenta validissima aliasque machinas bellicas versans, nervos ac musculos intendendo, potissimumve illos pectoris intercostales conqvassando, morbum pleuriticum aliquoties sustinuerat. Tandem Tabæ, diuturnioreque marasmo confectus, mensibus abhinc duobus clinicus factus, de dolore sub costis spuriiis punctorio intensissimo, simulac pertinacissimâ alvi obstructione conqvalebatur, quæ ultra octiduum perseverans, cum nullis clysteribus emollientibus nec acrioribus cederet, ita ut passionem Iliacam ex parte referret, frustra propinato quoque Electuario Lenitivo Burrhi, oleum amygdalarum dulcium cum auro fulminante & Arcano duplicato combinatum ægro propinavi optimo successu. Ast dolores punctorii circa diaphragmatis regionem sub costis spuriiis febrilisque æstus minimè remittebant, nec antipleuriticis Remediis ex oculis cancri & spermate Ceti, Decoctisve Pectoralibus exhibitis sputum ullum apparebat, quia potius facta suppuratione empyema, sine ulla tamen inflammatione Cutis, locum affectum dextri lateris occupabat; proin, quia magno malo vix sine ferro mederi licet, juxta Celsi L. 7. c. 1, idem docente Hip. 8. Aph. 6. quodsi medicamentum non sanat, ferrum sanabit; hinc tumore, simulac erat conspicuus, sequenti die apertò, ingens materiæ purulentæ foetidissimæ copia de vulnere emanavit. Inde doloribus mitigatis, sanitatis quidem recuperandæ spes affulsit, obstructionesque antea pertinacissimæ in levem diarrhoeam convertebantur; ast ulcus illud cacœthicum, & fistulosum costas carie ita affecerat, ut nullo modo immedicabile vulnus resarciri atque restaurari posset. Cadaver itaque an. 1699. d. 7. Junii cultro Anatomico examinandò, Pulmones inveni integros, præterque spem ab omni corruptione immunis, reliqua viscera itidem sana. Musculos verò intercostales cum Diaphragmatis parte musculosâ, ipsosque musculos abdominis unâ cum tunici, & involucris propriis propter contusionem Phlegmone affecto, fuisse sicque morbo fomitem dedisse, ipsa docebat ocularis inspectio. Ex hisce itaque patet, (1) quod non in omni pleuritide & Tabæ, juxta quorundam sententiam, Pulmones afficiantur, nec pleura

solummodo in morbo pleuritico in consensum trahatur; Sed contra Anatome hæc docet, quod pleuræ musculorumque intercostalium læsio doloribus pleuriticis tusisque occasionem præbuerint. Dein (2) quod Diaphragmatis inflammatio, contusionesque tendinum abdominalis costis incurabentium similem dolorem pectorium producere possint, qui tamen sub costis spuris versus hypochondria magis tendendo, doloribus hypochondriorum simulac obstructionibus alvi pertinacissimis, propter denegatam, ex dolorifica exculceratione, musculorum contractionem, abdominisque compressionem, causam suppeditare possit. In quò ergo casu loco purgantium potius lenitiva ex oleo amygdalino &c, conducunt. Denique (3) meminisse quidem me vidisse unicum empyemate Pectoris laborantem, sanitatiq; citra sectionem restitutum, qui tumore hoc externo scirrholo leviter saltem emollito, purulentam materiam cum sputo cruento per os rejecerit; plures tamen numerare licet, qui expectatione & reformatione à sectione, insanabiles evasere, quando scilicet purulenta acris materia ipsam pleuram perfodiendo cavitatem pectoris ingressa fuerit. Ideoque cum in hæc ipsa memorata domo nuperrime Juvenis pleuriticus pectus, & quidem sternum similis occuparet, absque inflammatione pariter externâ, tumor pugni magnitudine; Chirurgus primò advocatus propter terrorem Panicum, ac si aneurisma aortæ subesset, (quale quatuor abhinc annis in Pistore Aulico mammæ mulieris magnitudine per Anatomen ostendi) tumorem aperire recusabat; hinc accersitus Chirurgorum Senior Dn. v. Blanckenheim svasu meo tumorem aperiendo, pus concoctum, cavitatem pectoris mox subitutum, egredi fecit; sicque æger intra dierum aliquot spaci-um pristinae sanitati per Dei gratiam fuit restitutus.

## KILONII

Præfide *Nicolao Martini*, IC. & Antecessore primario, Pand. & Phil. Civ. Prof. P. *Georgius Christianus Luther*, Vratislaviensis Sillesius, *Positionum Juris controversi Specimen primum*, ad Libri ff. 1. Tit. 1. de *Iustitia & Jure*, d. 3. Junii publicè defendit. (1. plag. in 4.)

Successit mense Julio *Specimen secundum*, ad Libri ff. 1. Tit. 2. §. 8. de *Juris Romanorum Civilis Origine & Partibus*, quod

eodem Præside defendit *Augustus Simon Lindboltz*, Kiloniensis Hol-  
satus. (1. plag. in 4.)

*Johannes Clausen*, hactenus per 24. annos in Academia  
patriâ Kiloniensi Logices & Metaphysices Professor, vitam nuper  
Academicam cum Aulicâ commutavit, ac apud Serenis, Cima-  
bria Ducem *Consiliarius Camera* fuit constitutus.

LVBECAE

G. G. L. ad Dnm. Collectores Novorum Literariorum  
*Maris Baltici.*

**R**em valde gratam eruditis faciet doctissimus *Sperlingius*, si conti-  
nuabit vobis Schediasmata mittere, qvalia nuper de Gallis & Dite  
patre progenitos apud Cæsarem ferentibus, Junio vestro inseruistis.  
Fieri potest, ut *Thiod* quod genus, tribum, gentem Septentrionalibus,  
regnum Ulfila significat, populo deinde proprium factum fuerit, cui  
hoc sensu usurpabatur, id est Teutonibus: ut *Sambia*, *Zembla* &c. Sar-  
matis & aliis quibusdam Scythis regionem in genere significat, apud  
alios verò de regione ipsorum accipitur. Et suspicor, *Mugales*, *Mogeres*,  
*Madgiaves* in genere populos, homines, viros, significare Orientali-  
bus Septentrionis nationibus; ut *Madur* hominem significat Occi-  
dentalibus. Sed postea nomen gentis in genere transit in nomen  
gentis ipsius. Unde & Hungari ex interiore illa Scythia & vicina  
*Mugalum* venientes hodieque se Magiaves vocant. Etiam *Mannus*  
Taciti est nostris vir, ut *Allmannos* virorum collectionem significasse  
constat. *Madyas* quoque Scytharum Rex apud Herodotum, fortè ut  
Mannus & Theodo nomen appellativum: prorsus ut *Brennus* Celtis  
judicem vel principem (testibus hodieq; Cambrovallis) significavit,  
mox creditum est nomen viri proprium. Et *Elva* vel *Albu* Scandina-  
viis Fuvium quemvis notat, nobis hodie unum præ cæteris in hoc tra-  
ctu inclutum. Et *Hils* Anglis & antiquis Saxonibus mons vel col-  
lis in universum, nunc in tractu Brunsvicensi certi montis nomen  
habetur. Aliquandò & in lingvis vir & foemina simpliciter, abeunt in  
virum magnum & foeminam primariam, ut indicant non tantum

*Mannus & Madyas*, & (de quo mox) *Theodo*, Sed & *Baro* & *Queen*. Nam Varones sunt viri, homines, *Mannen*/Vassalli κατ' ἐξοχὴν; (unde *hominium*) *Queen* autem congruit cum voce γυνή, & aliis sexum notantibus; ut *Frau* & mulierem significat & domesticam. Fieri igitur facile potest, ut *Theut*, quod gentē, virosque designabat, postea notaverit Magnos Heroēs, aut etiam gentis illius principes, quandoquidem *Thiadans* in Codice Evangeliorum argenteo est Rex, & *Theodones* princeps vel Reges Bajoariorum leguntur. Quid si ergo aliquis magnus Princeps Theut Dux Germanicæ gentis, antiquissimis temporibus latē per Europam & Asiam circumtulit arma? Quemadmodum & suspicor quendam fuisse magnum Heroa *Irminum* vel *Hermannum* (nisi is cum Theute, ipsoque forte Mercurio seu *Hermete* idem) *Hermimorum* seu *Germanorum* Ducem, longē cognomine *Arminio* vetustiore, in *Irminsulā* cultum. Sane Tacitus hujus nominis filium *Manno* assignare videtur. Nec *Teutates* Gallorum apud Lucanum aliunde credo quam ab illo *Theut*.

Quod ait Vir Cl. lucos potius, fontes, astra Germanis culta olim, quā homines, aliquā moderatiōne indiget. Credibile est enim cecinisse antiquos Heroas, ut *Othinum* postea Septentrionales; inde facilis transitus in quādam *αἰοθεωσι*. Certē nullam rationem video Teutatem Lucani à *Theodone* vel *Tuiscone* sejungendi. Etiam quendam Gallicum vel Celticum *Herculem*, id est ad *Herculis* instar magnum virum illis populis celebratum habet *Lucianus*.

Cæterum *Taran* Cambrovallis hodieque fulmen. Itaque *Deus Taran* idem qui Septentrionalium *Tor Jovi* Tonanti respondens; & versus *Lucani* lib. 1.

*Teutates*, horrensque feris altaribus *Hesus*  
Et *Taranis* Scythicæ non mitior ara *Dianæ*.

facilem explicationem habent, nempe aram Dei *Taranis* (aliqui legunt *Tarani*) Scythicæ vel Tauricæ *Dianæ* (scilicet aræ) non mitiorem fuisse. Quidam *Taramis* legunt, quod etsi ferre posset, tamen codices sequi malim plures & magis nomen Celticum exprimentes. Magis adhuc à Codicibus pariter ac sensu autoris, si quid judico, re-

cedit vit Gl. qui versum ita interpungit legitque :

Et Tharamis , Scythica non mitior ara, Dianæ.

quasi ara cujusdam Dianæ Taramis non fuerit mitior Scythica.

De *Afis* quæ memorant sagæ seu narrationes Septentrionalium nescio an liceat trahere ad Asiaticos. Nam & *Asia* nomen vix olim notum illic , & *Asia* a Pompejo pulsos in Scandinaviam se effudisse parum verisimile. *Aeser* Heroas aut Deos significasse Germanis & Celtis facilius largior. Nam consentit *Hesius* (vel ut quidam codices habent *Esius*) Lucani, iisdem in versibus nominatus; ut Herta Tacito, pro Erda. Et *Aesar* jam Hetruscis Deum fuisse ex Svetonij Octavio discimus. Cæterum cum Sagæ illæ plerumque sint valde recentes & somniis plenissimæ, nec inter se aut cum Saxonibus consentientes, non multam illis in antiquis Septentrionis rebus tribuendum existimo.

*Celtas*, id est, antiquos habitatores, homines minus politos, ab advenis *Asis* id est Asiaticis spectos, & hinc hodie *Kelt* vilem in Septentrione significare, nescio; an satis verisimiliter dicatur, aut simplici illi nominis allusioni (quam in aliis improbat vir Cl.) indudificari possit. Nescio etiam an Celtarum nomen notum olim in Scandinavia. Et, si id concedamus, an ideo vox, quæ hodie contemtum hominem significat, petenda ab antiquis Celtis tam remotis tempore & situ? præsertim cum conjectura non aliunde adjuvetur. *Keltas* (sic enim pronunciandum) nihil aliud fuisse puto, quam *Galatas* aut *Galtas*. Itaque Celtarum & Gallorum nomen unum idemque, commune & Germanis & illis, qui strictius Galli; sed apud Græcos credo magis adhibitum, quam apud ipsos. Propius illis sensu & situ locorum, Germanum Held; quod fortem significat, quam Septentrionale Kelt, quod vilem.

Ab Asia venisse homines in Europam largior, sed majores eorum, qui nunc Daniam & Svediam & Norvvgiam habitant, non aliunde puto illuc transgressos quam ex Germania nostra & occupatis melioribus ac vicinioribus antiquiores incolas Finno-lappici generis ad interiora & asperiora pepulisse. Esti vicissim colonias

ex Septentrione in Germaniam seriùs rediisse non negem.

Mirum, quò scire potuerit Gudmundus Andreæ Islandorum Lexicographus, *Thiod* speciatim popularibus suis significare regnum Hellepontiacum, cujus homines parùm eruditos & tam remotos distinctam notitiam habuisse non temere credas, non magis quàm Asiæ Geographorum sensu. *Theodericum* magnum magna gente significare ait auctor doctissimus. An potius principem magnum fortem, divitem? Nam *rik* porrigi ad hæc omnia satis constat. Hodie enim divitem significat, *reckè* accipitur de homine magno, seu gigante, & *recken* extendere est, & *Chilpericus* Venantio Fortunato explicatur

Adjutor fortis, si interpres barbarus adsit.

Hæc festinans ad Viri Cl. Schediasma adspersi, magis animo disquirendi, quam in re tam rubrica definiendi.

*Eranciscà Wörgeri Scholion ad I. à M. Seriens  
Regum Hungariæ è Nummis  
aureis.*

**V**alde me affecit in *Serie Regum Hungariæ è Nummis aureis collectâ*, p. 57. *bipertitus*, quem in aureo Ferdinandi depingis, *Clypeus*, sub effigie S. Mariæ *τρυφοφός* Lunam calcantis radiisque cincta conspicuus, ea intentione procul dubio excusus, ut Turcis sit terrori, notante *Joachimo Hildebrando*: *Festum Visitationis Mariæ Concilium Basileense anno 1431. Sess. 43. confirmavit (ab Urbano VI. antea constitutum, contra Anti-Papam Clementem) ad invocandam beatam Virginem, ut suis ipsa pedibus Turcarum eo tempore grassantium insultus protegeret, quemadmodum suâ pedibus in itinere ad cognatam suscepto montana conculcasset.* Et vanè exultat hîc de concordia Lutheranorù cum Mariæ cultoribus *Georgius Scherer*, haud secus ac *Dezius* in *Consensu de Musâ*, (solidè à Cl. V. *Ioh. Fechtio* nuper refut.) *Die Lutherschê seyren und halcê dteses Fest mit uns/unangesehê dasî weder vò Christo noch Aposteln, weder von der erstê Kirche noch Ahnê Lehrern oder Conciliè geordnet und zu seyren geboten worden/ &c.*

Sed

Sed & Festi & Nummi dicti longè alia apud nos veneratio est. De priori rectè observat *Matthæus Dresserus*, quod per *Mesiam* res Deus omnium maximas *Mariâ* prophetante effecerit, *Diabolum* destruens cum superbis cunctis hostibus, humilibus verò & siccantibus aeterna bona impertiens, secundum promissiones suas ante secula multa editas. Sic etiam longè aliter habet cum laude posterioris atque explicati-  
one nummi nostri, licet haut negemus, ad *Turcæ* destructionem accommodari posse, *semi-Lunam* in signis militaribus præferentis, uti docet *Lipsius*, l. 1. *Epist. quæst.* 16. & nos ipsi eò alluserimus anno 1683. in *Epigrammate* *Viennam* misso:

Auftriacis Stahrnberg Mavortia lumina campis

Viderat eos obtenebrare faces.

*Isthôc* enim *Lunæ* cultu *Turcæ* idololatriam *Asiaticorum* turpiter renovavit, quod, cum plurimis possem, solius jam juvat illustrare verbis *Apuleji* lib. XI. *princ. metamorph.* *Lunam* reginam cœli adorantis: *Video præmicantis Lunæ candore nimio completum orbem, commodum marinis emergentem fluctibus nactusque opacæ noctis silientiosa secreta, certus etiam summam Deum præcipua majestate pollere, resque prorsus humanas ipsius regi providentiâ: nec tantum pecora & ferina, verum inanima etiam divina ejus luminis numinisque nutu vegetari: ipsa etiam corpora terrâ, cœlò, marique, nunc incrementis consequenter augeri, nunc decrementis obsequenter imminui.* Si igitur *Mariæ* *Ecclésiæ* personam sustinet idololatriam omnem calcantis, nulla sic talis cum *Schereri* ficta nobis hoc quidem nomine, intercedit convenientia, & dudum istud ad *Apoc. XII, v. 1.* observavit *Johannes Rabinsonus* (in *Lapide* ad altare 1656. *Londini*) *Ecclésiam* hęc depingi pessundantem omnem idololatriam, cujus princeps tunc erat *Diana*, quamvis plurimi tunc colerentur *Dii* Deaque, hæc tamen, quod expansâ magnificentiâ esset præclara, *synecdochicè* sumitur pro omnibus; ejuoque *Luna* inter gentes erat emblema, & maximi idololatriæ etiamdum est vexillum non leve ad bellas in *Turcam* suscipiendum viro *Christiano* invitamentum.

Porro cum eodem librò de *Nummis aureis Regum Hung.* p. 53. legerem, calcamenta sive ocreas inter alia vestimentorum genera plur-

rimis abhinc seculis in solenni Regum inauguratione fuisse adhibitae, capi sollicitius, unde ille mos derivatus fuerit, inquirere. Ad Romanos divertere, alienum videbatur ab instituto, de quibus Johannes Crocius super Epist. ad Ephes. c. 6. Milites ocreis, quas unquidam vocabant, adversus frigus & alias novas tuebantur tibias, & ipsos pedes si vellent, suas etiam unquidas Græci milites gerebant, & Israëlita ex Ægypto per eremum in Canaanam profecti, calceatis pedibus vescebantur agno. Hæc licet loco Paulino illustrando faciant, ad nostras tamen ocreas minus pertinent, uti videre est apud Lipsium, de Militia Romana lib. 3. dialogo 7. nam longè diversa est figura ocrearum, quam quæ gestatæ sunt à Germanis, Bohemis, Hungaris & Polonis. Cf. Bangertus ad originem aliam hujus ritus digitum intendere videri possit ad cap. 53. Helmoldi l. 1. Chronici Slavorum, Prono deastrum Wagriorum depingens ocreatum. Albertus quidem Krantzius, Vandalia l. 4. c. 11. frustra est descriptione sua: Mirum, si non à Græcis hoc nomen est traductum; qui prone vocant providentiam, quæ gubernatur mundus. Verùm alii corruptum à scriptoribus vocabulum Slavonicum Prone putant, & ad cultum ignis frequentatum à Scythis pertinere, vel etiam, si Germanica obtinet dictio Prove/ à probando nominatum illud idolum volunt, quia ferrum tale manu dextrâ prætulit, etn Provesse / quod ignitum criminis alicujus postularos tangere oportebat. Dum verò ocreæ memorati deastri similes apprimè sunt ocreis Hungarorum atque Sarmatarum, rectè habet tua sententia: Voluerunt Hungari vigilantie hic & industriæ symbolum denotare. Et quia dictus Prono vexillo contum quatiebat, præcipua cura fuit populorum istorum vigilare in armis, & ad quemlibet incursum adjacentium hostium paratos esse, cui bono ocreæ ad manum fuere semper equitaturis, testante Pomponio Mela, semper castra habitasse bellatricem, liberam, indomitam gentem. Quin & Sarmatarum fœminas Amazonibus comparat lib. VIII. Plato, de Legibus, easdemque viris Sauromatis mixtas fuisse, Dionysius Alexandrinus, in Periegesi, & ex Dionysio refert Johannes Tzezes, Chiliad. XII, 450. Ita nec ipsæ ocreis militantes caruere mulieres Hungarorum, Sarmatarum, atque antiquo-

rum Germanorum, & in Vendâ hodieqve istud suâ ostentant Sarmatæ, in Libusâ Bohemi, in Ola Roxolani. In tuam ergo pedibus eo sententiam, quantum licet è scriptoribus conjicere, à Slavivis indumentum ocrearum ad alias porrò nationes esse devolutum. Neqve dubium est, quin figuræ ipsæ idolorum, quomodo habuerint pleræqve omnes, à Carolo M. aliisque heroibus Christianis penitus sint deletæ, de quo *Marsibalcus Thurium, in desolatione antiqv. ab origine mundi, l. 5.* & alii memorarunt.

*J. J. S. D. Historico-Physica Descriptio Cladis  
nupera Wisuariensis.*

**N**ova quæ sunt non semper adeo jucunditatis specie Curiosorum animis se insinuare certum est. Vix enim trimestre excurrit spatium, cum infesto Fulminis igne peterentur ædes sacræ tribus diversis in Rugiæ locis; quæ clades hoc post se notatu dignum reliquit, quod ignis iste ætherei vindicis numerum septenarium horologii publici, non tantum apud *Trentenses* sed & *Gingstenses*, lambendo quasi deleverit, intactis reliquis horarum indicibus. Vix inquam tali infausto nuncio affecti terroris sensum deposuerunt, & ecce Rugianorum mentes tanto qui torquebat metu sacer ignis, recolletas quasi vires unò vah! momento in vicinia nostra super magnifica Wisuariensium tecta haud adeo diu maximo cum boatu evomebat. Cum enim d. XXVIII. Julii horrendi Fulminis flammam per nubila spargi viderent, quilibet Patrum familias convocatis domesticis pia conferebat vota pro declinanda summi Nummis ira. At mox ex improvviso insolitis trepidare motibus conclavia sentiunt, adeo ut firmare gressum prohiberentur, fœminæqve turrita capitis ornamenta vix manibus in statu retinere potuerint,

- - - - -  
tum longo limite sulcus  
*Dat lucem, & late circum loca sulphure fumant.*

Formido pectora constringens mox in omnes eadem versat partes. Lucem mundi ultimam ingruere maxima pars credebat, usque dum gravis mali nuntius per plateas cursitat, unum fulminis ictum uno momento tres turres pyrii pulveris custodes ad umbras

bras adegisse, tanta quidem vehementia, ut accensus iste pulvis easdem radicitus extirpaverit non tantum, sed & in auras secum vexerit, ubi mox disceptæ in infinitas quasi evanuerit particulas. Lapides vero murarii, contignationes, ferramenta &c. totum occupabant civitatem, adeo ut nullum reperiretur ædificium quod tantæ cladis non gerat vestigium. Frustum ferri ingentis sane magnitudinis, quod Pharmacopolium per fenestras intraverat, propriis contrectavimus manibus; ne dicam de saxo l. ipsis quadris, ut dicunt, fundamentalibus, quæ divulsa hinc inde magna satis copia colligi potuissent. Nostræ sufficiebat curiositati frustulum cum vestigiis adusti pulveris, quod in eodem Pharmacopolio fenestras fregerat, in funesti memoriam excidii servasse. Platea turribus vicina, à Lubeca nomen gerens, Advenarum merito lumina solvit in lachrymas, illorum præsertim, qui elegantissimam structuram in suo sunt admirati antea splendore. Vix umbram tantæ jam vides magnificentiæ, ita funditus ex parte superba ædium moles eversa jacet. Nec ædibus sacris pepercit æthereus ille vindex, quo minus ornamentis suis denudatæ triste sistant spectaculum. Quot quæso saxorum grandine obruti cum sanguine vitam fundere non sunt coacti, quotve trunca gerentes membra non hinc vagantur? Tacemus reliqua, nam

- - - quis talia fando  
*Myrmidonum Dolopumve aut duri miles Ulyssis  
 semper et à lachrymis?*

Dilacerata interim Portæ rudera Sveonum Monarchæ insignia adhuc integra omnium sistunt oculis, ad subditorum vota leges Factorum quasi aperientia, fore, ut invictissimam mentem Regiæque actiones, pulsus semper difficiliorum temporum nobilis perpetuæ felicitatis sol sit illustraturus!

Hoc quidem & nostri quoque voti summa est, non quasi præsentia semper ex meteoris ducamus, probe conscii, quemadmodum in singulis corporibus, sic & in aëre quæ contingunt certis absolvi Naturæ legibus, quas & miraculis efficiendis pares credimus. Summus interim rerum Arbiter, qui nutu omnipotentis cuncta dirigit, vindictæ suæ executionem (conf. Excell. Dn. D. J. L.

*Hannemann. M. N. C. D. II. A. IV. obs. LIX. p. 133. Majol. Diet. canicular. colloq. I. p. 18.*) haud raro creaturis tanquam Ministris suis committit, non turbato Naturæ cursu, quippe quæ ordini suo obstinato quasi studio est alligata, cui conveniens maxime videtur, quod excelsa loca, turres videlicet, arborum proceritates, tecta Templorum, montium cacumina &c. sæpius afflentur Fulminis alis, quam humiliora. Nam ut Nubes facta vi caloris exhalatione nitroso-sulphurea, fulgurum sunt genitrices, nec adeo præcise juxta computum *Fromondi L. I. Meteor. c. 2. artic. 1.* à terra 52. milliariibus Italicis sive 13. Germanicis elevata hospitantur in æthere, sed vaporibus gravidæ deorsum tendere coguntur, ubi loca eminentiora descensui obstitunt, ventisque oblique per aërem meantibus ingressum parant, quo factò particula sulphurea atque nitrosa ad motum concipiendum aptissima, subito circumaguntur, ac eo ipso flammam concipiunt, vicinasque partes simul in consensum vocant. Hoc vero fieri nequit, quin simul subita & violenta aëris insequatur explosio, tympanoque auditorio sonitus sensum excitet. Phœnomeno huic analogum est, quod cum auro fulminante sit experimentum cuilibet obvium. Quod vero tanto murmure æther reboare & quasi per fornices ferri videatur, ita fieri cum *Joh. Clerico Physio. L. III. c. IV.* credimus, quod flamma accendatur inter nubes, quarum alie inferiores, alie superiores sunt, inter quas aër concussus fertur; quemadmodum videmus propter inæqualitates telluris, si tormentum explosum è longinquo exaudiatur, infractum etiam sonitum ad aures nostras pervenire. Magis evidens ratio patet, cur pulveris pyrii conditoria tanto feriat impetu. Si enim de ventorum natura est, quod oblique per aërem ferantur, excitatoque motu particularum inflammabilium vim ignivomam in occurrentia corpora torqueant, adeo ut quemadmodum *καταιψὸς* Græcis fulmen vocatur, sic & in Epiro montium iuga usque ad mare Adriaticum *Ceraunia* s. *Acroceraunia* dicantur, quia fulminibus sæpius eadem peti, experientia docet, de his vero ita *Naso Eleg. VI. de Pont. canit*

*Quum poteram recto transire Ceraunia velo,  
Vt fera vitarem saxa, monendus eram;*

quanto magis, inquam, juxta perpetuam Sympathiæ normam quæ simile simili gaudere videmus, ejusmodi turres ferient, in quibus pulvis pyrius servatur. Hic enim constat Nitro, sulphure & carbonibus, quæ partes, mediante exhalatione, ab hujus farinae corporibus facta, Nubes imprægnant, moxque in motum redacta, disrupto continente, cum mugitu horribili, flammam paulo compactiorem, ob impediētes simul particulas terreas, carbonibus in pulvere tormentario analogas, in proxima testa vi summa detrudunt. Hinc eadem experiri Fata videmus loca bituminosa aut metallifera, ob alimenti & effluviorum analogiam; nec raro contingere docemur, quod Nubes fulminiferæ ejusmodi locis ac turribus ad aliquot sæpe dies quasi inhæreant, tantoque mox fragore foetum edant. Asserti veritatem clade sua haud adeo diu confirmabat Augusta Taurinorum, quæ instructissimum *πολεμικήσιν* suum infausto tali ictu perdidit. Cum A. M. D. LXXXVI. Turcarum Imperator 1600. tonnas pulveris pyrii in conditorio Temesvariensi magnis coacervasset sumtibus, fulminis flamma mox receptaculum hoc, una cum tota civitate, suæ vix venustatis relinquente vestigium, consumsit, teste *Valentin. Bajer. Diar. Histor. p. 57.* De clade Mechlinensium huic simili ex *Huetero Delphio in Vit. Caroli V. & Camerar. Medit. Histor. Cent. III. c. 86. vid. Pl. Rev. Dn. Franc. VVürgeri Symbol. Theol. & Hist. de Juda Proditore. c. VI. p. m. 60.* quæ Anno Domini 1546. 8. Id. Augusti accidit, reterente *Surio in sommentar. conf. Majol. Diar. Canicular. Colloqv. 1. p. m. 17.* De Fulmine Narvæ Livonum pulverem accedente vid. *Arthuf. Mercur. Gallo-Belgic. T. IV. L. 1. ad Annum 1593. p. 82. 83.* De Turre Rheinfeldensi eodem modo in auras abeunte cum 40. tonnis pyrii pulveris scribit *Matth. Hammer. Historisch. Rosengarten c. XXX. p. 369.* qui & mentionem injicit stragis Mechlinensis *l. c. p. 366.* & Avenioniensis *l. c. p. 367.* Alia hujus generis exempla vide ap. *Christianum VVurfsifen. Baster Chron. l. VIII. ad an. 1526. c. XIV, p. 611.* & laudatum *Dn. Franc. VVürger. Histor. Hamelens. c. XII, p. 93.* quibus addendus *Nicolaus Polius, im Feuer. Spiegel p. 134. & 191. Zeilerus im Handb. buch tit. Wetter. p. 573. 199. Ortelii Ungar. Chron. ad an. 1596. p. 513. Zvingeri Theatrum, p. m. 485. col. 1. &c.*

Inter plurima passim obvia exempla hæc adduxisse malorum  
 socia, triste solamen Wismarieusibus afflictis ferentia, sufficiant.  
 Hæc autem via non urendo quod incedit fulmen, qui discutiens, aut  
 Germanice etnen *Wasserschlag* oder *Wasserstrahl* forsan cum *Excell.*  
*Dn. Sturmio D. de Fulmine ejusque cognatis Fulgure & Tonitru Phenom.*  
*IX.* aliisque, appellare vellet, nos non habebit contradicentes. An  
 vero ejus vis querenda sit in lapide quodam, quem *Ceraunium* s.  
*Fulminarem* vocant, res tantæ videtur esse indaginis, ut specialiori  
 disquisitioni, occasione data, eandem submittere decreverimus. Re-  
 mittimus interim B. L. ad eos, qui Fulminis indolem variaque e-  
 jus phœnomena exacta trutinarent lance, quorum non ultimi nostra  
 quidem sententia sunt, modo laudatus *Dn. Job. Christoph. Sturmius*  
*in Diss. occasione cladis Templi Ægidiani Norici, viciniqve Gymna-*  
*sii habit. Altdorff. 1696. Job. Bilberg Diss. de Fulguribus. habit. Vpsal.*  
*1686. Job. Daniel. Major. Diss. de Tactis Fulmine. habit. Kil. 1673. Phi-*  
*lipp. Lohmeier. Diss. de Fulmine. habit. Rintbel. 1676. Georg. Cass.*  
*Kirchmeier. D. de Fulmine ejusdemque adjunctis, habit. VVittenb. 1671.*  
*Fort. Liceti Pyronarcha. Aristotel. L. III. Meteor. text. IV. sqq. Fromond.*  
*Meteor. L. II. c. 3. Paracelsus de Meteor. c. XX. Sim. Majol. diæ. canonicu-*  
*lar. Colloqv. I. Plinius H. N. L. II. c. 20. Cardanus de Variet. L. VIII. c. 43.*  
*Scaliger ad subtilit. Cardan. Exerc. XIII. Christian. Adolph. Baldvini*  
*Venus aurea in App. Ephem. Germ. D. I. A. VIII. Gasp. Schott. Physic. cu-*  
*rios. L. XI. Phil. Jac. Hartmann Exercit. de Generatione mineralium*  
*Vegetabilium & Animalium in Aere. in App. Ephem. Germ. D. II. A. VII.*  
*Georg. Reisch. in Margarit. Philosophic. L. IX. c. 20. Ferrand. Imperat.*  
*H. N. L. X. Joh. Bapt. du Hamel. de Meteor. L. I. c. IV. Paul. Zachias*  
*Questio. Medico-Legal. L. I. qv. XV. f. m. 186. Job. Magir. Physiol. Pe-*  
*ripat. L. IV. c. 4. Joh. Henr. Alsted. Encyclop. L. XIII. Phys. P. III. c. 9.*  
*Renat. Cartes. Princip. Philosoph. P. IV. p. 236. sqq. Joh. Jouston Tauma-*  
*tograph. Nat. Class. III. c. 5. Anshelm. Boët. de Boët. de Gemm. & La-*  
*pidib. L. II. Gesner. de Figuris Lapid. p. 62. Joh. Frider. Treubler. E-*  
*phem. Nat. Curios. D. I. A. II. obs. XXXVII. p. 64. sqq. Sim. Schultz. l. c.*  
*A. III. obs. CCLX. p. 468. sqq. Joh. Theodor. Mæren. l. c. D. II. A. IV.*  
*obs. XLVIII. & XLIX. p. 116. sqq. Georg. Everhard. Rumph. l. c. A. X.*  
*obs. CLXXXVI. p. 562. &c. &c.*

Ingens illa concussio *Terræ motui* non fuit absimilis, in quo solent

*Sub pedibus mugire solum & juga celsa moveri.*

quemadmodum enim partes bituncinosæ atque sulphureo-nitrosæ in cavernis terræ coagmentatæ, vel levi accedente vento, ut vocant subterraneo, facile in motum cieri queunt, ita ut exillarum allisione mutua flammam concipiant, quæ includi nescia maximo sæpe fremitu exitum quærit, tantaque calamitatis vestigia post se relinquit, qualia describit in novissimo illo *Terræ motu Siciliæ D. Sylvius Bocca Annot. curios. c. VI. §qq.* Pulverem istum tormentarium Turribus inclusum huic analogum quid efficere potuisse, lugubri docemur eventu.

Quod vero flamma coelitus demissa latius fundere incendium non potuerit, ipsi pyrio pulveri tribuendum credimus, cum incendere eundem & extinguere ignem ipsa evincat experientia, Potior tamen istius phœnomeni vis in Nitro latet, quia tanquam subiectum quoddam rei admirandæ aquam in se & ignem penitissime juncta continet; quod experimento quodam curioso ad mentem *Theophrasti in sua Apocalypsi Hermetica & D. Hugins à Barma in Tr. Saturnia Regna dicto §. 19. §qq.* demonstrat *B. Dn. D. Joh. Georg. Volckammer. M. N. C. Dec. I. A. II. obs. CLXXXIII. p. 424.*

Sat prata biberunt. Rivulos claudat pium illud *B. Dn. D. Joh. Dan. Majoris* votum, quod annexit *Dissertationi Academicæ de Tactu Fulmine cap. ult.* ubi disquirat de *Insulminabilitate, an ulla artificio paranda?* Omnium certissimum, saluberrimum & probatissimum Fulminis remedium est *Mutatio animi* impii in pium, & *Preces*, non quidem ad Fulmina, aut Fulgetras, ut olim, sed ad Deum ipsum fervide directæ, ut tum igneum iræ suæ gladium, cœlesti manu fabricatum, tum fulmina belli terrestria, quæ cladem minantur Gentibus, gratiose procul à jugulo nostro arcere, & discussis discordiarum nubilis, gratam pacis auroram aliquam, nisi plenum inconcussæ tranquillitatis solstitium, periclitanti toti Europæ largiri velit.

Fiat!



# NOVA LITERARIA

## MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS

*Edita Mense Septemb. MDCXCIX.*

### ROSTOCHII

**D** *Andreas Daniel Habichhorst*, Fac. Theol. Senior, hodieque Decanus, *Rostochio* hactenus *Literato* occupatus, (quod superiori mense Febr. p. 33. promissum) extra *Rostochium* vivere per aliquot menses fuit visus, dum neque in *Isaianis* nec in *Antipapisticis*, ex *Jure Canonico* deductis, aliisque *Disputationibus* perrexit; Eo enim liber iste excrevit, ut non modo (ceu nuper definivimus) 12. quaternionibus constet, sed jam 25. vel 26. plagulas impleverit, propediem volente Deo in lucem proditurus.

Curante *D. Johanne Fechtio*, SS. Th. Prof. & *Districtus Rostoch.* Superintendente, *B. D. Justi Christophori Schomeri* *Lectiones privatae & Observationes exegeticae in Epistolas Pauli ad Romanos & Corinthios* proximè typis exscribentur.

Die 30. Augusti sub praesidio *Johannis Petri Grünenberg* Phil. & Theol. D. hujusque Prof. P. *Consistorii Ducalis Assessoris*, ac *Districtus Mecklenburgens. Superintendentis*, *David Henricus Kapkenius*, *Luneburgensis*, ventilavit *Disquisitionem Theologicam*, quae *Jesum τὸν Ναζωραίου Capite II. Matthaei v. 22. 23. repertum in Prophetis etiam scrutatur.* (7½. plag. in 4.) *Πρόσρπον* hujus *Disserationis* negat, *interpretationes*, ab *Ecclesiae Patribus* nobis relictas, adeò pleno consensu approbandas esse, ut meliores iis tutioresque accipere non debeamus. Hòc fundamentò positò *Caput I. Matthaei* verba affert, docetque ea non tantum de *Christo θεανθρώπω* agere, sed etiam ita comparata esse, ut circa *veritatem illorum* nihil desiderari possit. *Cap. II. diversas Matthaeani loci expositiones* proponit; & quidem *Segmento I. exhibetur Sententia*

prima recurrentium ad vocem נצַר vel solam vel connexam cum aliâ. Segmento 2. ventilatur sententia altera respicientium ad נצַר נזרים & quidem ( $\alpha$ ) ad Simsonem, ( $\beta$ ) ad Josephum & Simsonem, ( $\gamma$ ) ad Josephum, Simsonem ac Samuelem, vel ad Nazareos in genere, ob ignominiosâ mortis votum, propter sanctitatem, separationem è Judcâ, vilem & abjectam Christi formam, dignitatem, nativitatem &c. quæ tamen sententia dubiis rationibus niti docetur. Segmentum 3. affert sententiam tertiam diversa connectentium, & 4. denique quartam fluctuantium sententiam; quibus omnibus modeste refutatis, quid de vexatò dubioque hoc N. T. locò Auctor noster sentiat, alterâ Dissertationis hujus parte expositurus est.

### GEDANI

Die 30. Julii Præside D. *Johanne Godofredo à Dießfeldorff*, Juris & Historiarum Prof. P. ac Athenæi Inspectore, Auctor & Respondens *Johannes Jacobs*, Gedanensis, *Probabilia Juridica miscellanea* Disputationi solenni subjecit. (2: plag. in 4.)

Die 20. Augusti moderante & Programme hospites invitante *Christophoro Behrio*, Eloqv. & Poës. Prof. P. *Carolus Godofredus Schmieden*, Gedanensis, Orationem valedictoriam habuit de *Paralogismis Politicis*.

Die 2. Septembris *Constantinus Wolfius*, Græcæ hæctenus & Hebrææ Lingvæ in Athenæo patrio Gedanensi Professor Publicus, ad munus Ecclesiasticum in *Æde Corporis Christi* obeundum vocatus est. Eo auctore diversæ de *Ratione statûs in Religione Pontificiâ* Dissertationes prodierunt, quarum *prima* an. 1683. Gedani sub præsidio D. *Samuelis Schelvigii* fuit ventilata, egitque Cap. 1. de generalibus, nec non de ratione statûs Religionis Turcicæ. Cap. 2. de Bibliorum prohibitionem, ad alendam plebis in rebus divinis ignorantiam, contra *Nicolaum le Maire*. Cap. 3. de Traditionibus, sacrâ illâ ad falsitates probandas anchorâ. Cap. 4. de Fide implicitâ, ad avaritiæ & ambitionis articulos faciliùs instillandosexcogitatâ. Cap. 5. de Communionem Eucharistiæ sub unâ specie, ad prærogativam Sa-

Sacerdotum evhendam, haud dissentibus Tridentinis. Cap. 6. de Transubstantiatione, ad Presbyteros Creatori ipsi exarquantos. (6. plag. in 4.)

*Secunda* hujus argumenti Disputatio eodem Præside Gedani an. 1684. fuit habita, egitque Cap. 7. de Misæ Sacrificio, & de quæstuosis in limitandâ ejus efficaciâ dogmatibus. Cap. 8. de usu lingvæ Romanæ in sacris, Papalis imperii stemmate & indignæ servitutis argumento; ubi simul aperitur ratio, cur Liturgiæ vernaculæ Armenis, Maronitis, aliisque, etiam Romæ, permittantur. Cap. 9. de Dispensationibus & auræ causarum conjugalium messe, post extentas usque ad quartum gradum sacramenti prohibitiones. (7½. pl.)

*Tertia* Lipsiæ an. 1685. sub præsidio *D. Valentini Alberti* fuit proposita, egitque Cap. 10. de Cœlibatu Clericorum, tripliciq; ejus ratione statûs, scilicet Conservatione bonorum sacrorum, Potentia Curiæ Romanæ, & dignitate Clericorum. (3½. plag. in 4.)

*Quarta* Wittebergæ an. 1686. sub præsidio *Christiani Nöbrensee* Moral. Prof. habita fuit, egitque potissimum de Pœnitentiâ, per Satisfactiones & Casus reservatos in pecuniæ aucupium conversâ. (2. plag. in 4.)

*Quinta* denique eodem annò Wittebergæ fuit ventilata, Respondente *Tobiâ Gersteker* / *Radeb. Misnicè*, egitque de illicitis investigandi hominum secreta rationibus, eumque in finem requisita à consentibus peccatorum omnium enumeratione. (2. plag. in 4.)

Præter has Dissertationes idem *C. Volfius* edidit *Galliam Concilio Tridentino repugnantem*, duabus disputationibus, Respondente *Sixto Heinzelet* / *Vlmensi*, Wittebergæ an. 1687. & 1688. habitis, quarum prior agit de contestatione Henrici Galliæ Regis per Amiotum Oratorem in conventu facta; posterior verò de Judiciis variis contestationem insecutis, & de remediis majorum Henrico post contestationem adhibitis. (4. plag. in 4.)

Succesit eodem anno 1688. (cùm Facultati Philosophicæ Wittebergenfi esset adjunctus) *Curia Romana à Concilio Tridentino abhorrens*, Respondente *Eliâ Brünenberg* / *Güstrov. Mecklenburgico*. (3. plag. in 4.)

An. 1689. Wittebergæ diseruit de *Photio Ephemeridum Eruditorum inventore*, Resp. *Ioh. Georgio Philippi*, Reval. Livonò; egrtq; Cap. 1. de Photii muneribus civilibus, eruditione & *μυριοβέλω*, Cap. 2. de methodo Photii in auctoribus recensendis. (3 $\frac{1}{2}$ . plag. in 4.)

An. 1692. scripsit Programma de *Peregrinationibus Philologorum in Orientem*. (1. plag.)

*Observatio Iridis Lunaræ, ex Epistola D. Samuelis Schelgvigii ad M. Fridericum Bûthnerum, Mathematicos Prof. P.*

Cum Fratrem meum germanum *Danielem Schelgvigium*, Supremorum Judiciorum in Ducali Borussia Regiomonti Advocatum, nuper visitarem, die 11. Augusti à Generoso Protribuno militari, Viro non pietatis minus, quam fortitudinis laude inlyto, *Raphael de Boy*, Toparcha Gamsaviensi, in hocce prædium ipsius, duobus milliariis Regiomonte distans, invitatus veniebam. Nocte autem, post horam decimam, coeli explorandi gratiâ, domo exeuntes, iridem omnibus numeris perfectam, nec ab iride, qualis interdiu conspici solet, ullatenus, nisi in colore, qui pro rubro albescebat, differentem, oriri, crescere & compleri animadvertimus. *Φαινόμενον* hocce ultra horam durabat: postea quemadmodum à sinistro cornu se in semicirculum diffundere inceperat, ita à dextro cornu usque ad prima initia sensim dissolvebatur. Beneficus Hospes noster, quamvis militiam longè ultra viginti annos sectatus fuisset, negabat, se in nocturnis itineribus, aut castris, unquam simile quid spectasse. Tu verò, celeberrime Vir, si meteorum illud alicujus momenti esse censes, quid de causâ, significatione &c. sentiendum sit, in gratiam Dni Lubecensium, imò Lectorum cujuscunque nationis aut conditionis, expone. Quod si feceris, & me & illos Tibi beneficio hoc obstringes, &c. 24. Aug. 1699.

*Responsio M. Friderici Bûthneri ad D. Samuelem Schelgvigium.*

Accepi literas Tuas, & quid in itinere in prædio Gramsau contigerit,

gerit, & observatum fuerit, legi. Recte conjectas, fuisse Iridem. Quod autem Lunaris fuerit, Color albus id indicat. Cum Solares Irides, propter splendidum fulgorem ☉is, rubro colore, cœterisque per refractionem tingantur, Lunares verò ob splendoris Cæ debilitatem, non nisi circa plenilunium apparere, & tantum colore albescente formari valeant. Tempus observati Phænomeni fuit 12. Aug. st. n. hora 10. vesp. biduo ferè post plenilunium. Sol isto die, h. 7. 2/8. apud nos occidit: Luna autem aliquanto etiã posterior, oritur. Versatur C in signis Meridionalibus, Latitudine quidem Septentrionali, sed quæ ad 13 adeoque Meridionalem Latitudinem tendit, Humilem igitur Lunam fuisse oportuit, in Plaga Orientali tamen stetisse, cui Iris alba in Plaga Occidentali opponebatur, ut Luna, Oculus & Iris alba, in unâ recta Linea, more similitum Solarium. & Diurnarum Iridum constituerentur. Præcesserat die 11. Augusti,  $\Delta \odot \zeta$  in  $\Omega \nearrow$ , quorsum &  $\zeta$  &  $\sigma$  properabant.  $\Delta \odot \zeta$  poliebant Aerem, & æstare faciebant, quos  $\sigma$  &  $\zeta$  adjuvabant. Phænomenon ultra horam stetisse, postea verò uti à sinistro cornu se in semicirculum formare inceperat, ita à dextro cornu usque ad initia dissolutum, defuisse observatum esse, Vir Excell. scribis. Phænomenon certè, & Observatio admiratione & memoriã dignissima, quod Observatio ab initio usque ad finem optimè sane capi potuerit, cum talia spectacula rarissimè in Cœlo contingant.

Si quæratur, quid Phænomenon portendat? Respondeo 1. Mutationem Aeris variabilem. Fuit enim hæc Iris Lunaris Meteorum Euphaticum in Aere generatum, unde die anteriori 11. Aug. & coipso 12. Aug. æstuosum & sudum Cœlum, ☉ lucidus, pluvia, Tonitru, fulgur, grande, observabantur. Secuti postea dies & Venti frigidiores, ☉ lucidus, pluviz, grando mixtim.

2. Politicè. Observo An. 1660. die 30. Martii Phænomenon observatum, die 3. Maji pacem Olivensem esse insecutam, quæ & nunc, Deo fortunante, in Prutenicis Terris, sine conflictu & sanguine, omni læto, sperabimus.

Gedani die 26. Augusti Ao. 1699.

*Relatio de Templo SS. Trinitatis apud Gedanensis,  
fulmine nuper tacto.*

**D**ie 3. Septembris st. n. die jam vesperscente, non multò post horam 5. insolito stupendoque fulmine, sed (quæ Dei gratia erat) sine magno damno, Templum SS. Trinitatis tangebatur, Fragor audiebatur terribilis: Ictus autem tres eodem momento simul cælitus videntur emissi. Primus in muro aqvilonari, quæ templo ædificium aliud multo humiliter contiguum est, ab imbricamento super parietem intergerinum lateres aliquot avulsit, tanto calore, ut vix manibus tractari possent, imbutos: Domus etiam ipsa, è qua ad canalè ligneum, qui pluviam ab utroque tecto confluentem excipit, ascenditur, in alterâ contignatione fumo sulphurei odoris omninò repleta erat, ut tamen nec canalis ille, nec tectum aut quicquam sub tecto adureretur. Imbricamento quod diximus, fenestra imminet, per quam fulmen excussis duobus discis vitreis in templi caveam se demisit, altarique minori, è quo pericopæ Evangelicæ & Epistolicæ cum antiphonis prælegi solent, incubuit, quod cum duplici operimento tegeteretur, desuper sericeo & subtus lineo, illud ex parte disruptum est, hoc integrum mansit, in eo etiam angulo, ubi manipuli aliquot calcis infra operimentum ab altari decutiebantur. Alter ictus in eodem muro templi aqvilonari per aliam fenestram, incurvato sublatoque, haud tamen liqvefacto, plumbo, quo disci vitrei conjunguntur, per angustum foramen scrinio instrumenta musica asservanti se insinuavit. Hoc aperto fumus sulphurei fœtoris erumpebat, ignis tñ. effectus apparuit nullus. Alicubi segmentum latitudine digitum vix excedens à resinoso scrinii pariete abruptum pingvedineque nativâ spoliatum visebatur. Ex instrumentis solæ panduræ vim tempestatis expertæ sunt. Una, manubrio excepto, quod illæsum mansit, penitus contracta est. Ex reliquis particulæ, latitudinis exiguæ, multò autem longiores quasi scalpello admoto exsectæ conspiciuntur; sed chordarum ovillarum ne una quidem periiit. Infra panduras tubæ ductiles ex orichalco, lituique & tibiæ ex ligno nihil detrimenti acceperunt. Ad tertium ictum quod attinet,

tinet, ille in adverso templi muro, meridiem spectante, vestigia flavi coloris reliquit. Cæterum ardore suo filum ferreum, quo campana horologii muro admota regitur, liqvefactum abruptit & in subjectum pavementum ligneum, in quo etiamnum levia quædam adustionis signa reperiuntur, projecit. Clementissimo Numini, à quo templum hocce in præsentissimo periculo servatum est, pro auxilio præstito humillimæ gratiæ aguntur.

## REGIOMONTI

Typis Berolinensibus prodiit *Succincta Succini Prusici Historia & Demonstratio*, auctore Philippo Jacobo Hartmann / Phil. & Med. D. Professore Medicinæ Extraordinario, Historiarum Ordinario, S. R. I. Naturæ Curiosorum Collegâ (qui etiam an. 1677. *Succini Prusici Physicam & civilem Historiam*, cum demonstratione ex autopsiâ & intimiori rerum experienciâ deductâ, in 8. edidit) Berolini, impensis Joh. Mich. Rüdiger, 1699. (7. plag. in 4) Sectio I. hujus Tractatus *Regiones* exhibet, in quibus per universum terrarum orbem Succinum generatur; & quidem Cap. 1. *Regiones Africæ, Asiæ & Europæ*, in quibus antiqui Succinum generari crediderunt 2. *Recentiores*, qui in Asiâ, Africâ & Americâ Succinum generari asseverarunt. 3. *Docet*, Europæ regiones esse succiniferas, sed nec omnes, nec æque; prærogativâ ad Mare Germanicum & Balthicam sitarum. 4. *Inter regiones succiniferas ad mare Balthicum principem esse Prusiam*, & ab hac secundam Pomeraniam. 5. *In Prusiæ orâ maritimâ litus Sudavicum succinis abundare*; cujus facies exterior & interior describitur. Sectione II. *Matrix Succini, vena ex ligno fossilis*; Succiniqve in eadem generatio consideratur. Hinc cap. 1. docetur, quod matrix non sit quærenda in omnibus, in quibus Succinum invenitur, e. g. non in alga, arena, vitriolo, terra flava, sabulo, aut luto caruleo. 2. *Quod lignum, matrix Succini, non vegetabile sit sed fosile*. 3. *Generatio ligni fossilis*; quod sit bituminosum & variis salibus prægnans. 4. *Prussia bituminosa*; vera succini generatio primùm ab Auctore demonstrata, & his quidem præcipuè verbis: *Bituminoso itaque*  
Li-

1. Litoris Sudavici solo, calor subterraneus, quicumque iste fuerit,  
 2. bituminis exhalationes, per interanea dispersas, undique conso-  
 3. ciat, & in guttas cogit, præprimis ex *corticosa* aut lignosa matrice  
 4. easdem congregat; quod dum agit, simul vicina salia pervadit,  
 5. ipsorumque effluvia secum abducens bituminosis guttis immiscet;  
 6. salina spicula intra matricem adacta fluorem bituminosum si-  
 7. stunt, & si nullæ suppitiæ bituminosarum guttarum à calore  
 8. submittuntur, gleba pro modulo incunabuli, quod intra lignum  
 9. ipsi concessum, formam subit, omni que exhalationum motu  
 10. sopito, caloreque evanescente, salinæ particula rigorem recu-  
 11. perant, bituminosis superfluum humorem exhalantibus; socia-  
 12. taque succineam gemmam producunt, nitidiorem splendido-  
 13. rem, fragrantio rem, firmiorem, ex puritate & proportione ex-  
 14. halationum bituminosarum ac *salinarum*. 5. Eadem haustilium  
 succinorum generatio: Succinum in animalium ventriculis reper-  
 tum. Sectione III. exhibetur *rudu Succini, & illorum, quæ in eo-*  
*dem apparent, aut ipsi adherent, vel includuntur, consideratio; &*  
*quidem Cap. 1. Collectio Succini; an molle vel durum ex matrice*  
*prodeat? 2. Varia species rudium glebarum; Phænomena; ex-*  
*terius annata. 3. Animalculorum succino inclusorum accuratio-*  
*demonstratio. 4. Vegetabilia succino inclusa; mineralia itidem,*  
*& aqua. Sectio IV. disquirat, ad quam classem Succinum sit re-*  
*ferendum & quot modis à reliquis differat mineralibus? Hinc caput 1,*  
*docet, Succinum non ad metalla, nec ad terras, aut salia, nec ad*  
*bitumina aut sulphura, esse referendum. 2. Quod Succinum sit*  
*gemma; virtus attrahendi levia & humores corporis humani.*  
*3. Odor, Sapor, Color, & levitas Succini. 4. Aliæ Succini virtutes,*  
*quibus à gemmis differt; usus in medendo citra præparationem*  
*artis Pharmaceuticæ. 5. Usus succini in medendo per præparatio-*  
*nem artis Pharmaceuticæ. Sectione V. sistitur Chimica & Pharma-*  
*aceutica Succini analysis cum matricis lignæ aliorumque litoris Sudavici*  
*quæ mineralium examine; & exhibetur Cap. 1. Succini destillatio.*  
*2. Aliæ Succini præparationes Pharmaceuticæ. 3. Matricis lignæ*  
*destillatio. 4. Matricis lignæ post destillationem examen doxi-*  
*masticum. 5. Vitrioli Prusici examen. 6. Terræ corticosæ flavæ;*  
 Auti

luti cærulei examen. Sectio tandem VI. agit de *Prudentiâ civili*, quomodo hæc succinum in rem suam vertat. Hinc Cap. 1. fistitur Succinum regale, quomodo curetur. 2. Lucrum Fisci ex rudi Succino. 3. Lucrum Privatorum ex Succino rudi & elaborato. 4. Lucrum Fisci ex lucro privatorum civium; & demum 5. Musæum Electorale Succineum.

Die 13. Augusti *Bernhardus von Sanden Junior*, SS. Theol. D. & Prof. P. Respondente *Henrico Oelmannô*, Colbergâ Pomeranô, *Quaternionem Thesium Theologicarum* ventilavit. (1. plag. in 4.)

Die 25. Aug. *Bernhardus von Sanden Senior*, SS. Theol. D. & Prof. P. Ord. Concionator Aulicus Primarius, Consistorii Assessor, ac Facultatis suæ Senior, *Theologiæ Positivæ* Disputationem *decimam sextam de VI. & VII. Præcepto Decalogi* habuit, Respondente *Daniele Masecorio*, Fridenb. Prusso. (2½. plag. in 4.)

Die 27. Aug. *Johannes Stettin* V. J. D. & Prof. Ord. tert. Disputationem *Feudalem decimam* respondente *Johanne Wolke* Regiom. Prusso, publicæ ventilationi subjecit. In ejusdem *cap. XX. consensum in alienatione feudi necessarium* explicuit, & in §. 1. docuit, quod consensus Domini directi expressus requiratur, ita tamen ut nihil intersit, an consensus alienationem præcedat an sequatur §. 2. item an generalis an specialis sit §. 3. modò hoc casu limites præscripti strictè observentur §. 4. Dominus imploratus ad consensum præbendum cogi nequit. §. 5. In illo impetrando non est opus scripturâ §. 6. Ita autem explicandus est, ut Seniori salvum mansit dominium directum. §. 7. & 8. Agnatorum consensus in feudo veteri distrahendò jure feudali communi non Prutenico necessarius est. §. 9. Dicitur Disputationis *Cap. XXimum* exhibet *jus revocandi feudum alienatum*. Quod duplex est, vel *πρωτογενεως*, vel *successionis*. Illud, quod juri divino originem debet, in quibusnam casibus jure Civili, feudali & Prutenico locum habeat, docetur in §. 1. competit vel ex conventionem vel lege §. 2. domino directo feudum non aliter retrahere permissum, quàm illis casibus, quibus citra ipsius consensum vasallus feudum alienare potest. §. 3. Ut & agnatis feudum revocare tunc demum conceditur,

ditur, si sine ipsorum consensu venditum. §. 4. Ita tamen ut proximior præferatur §. 5. Sive feudum in extraneum, sive in remotiorem agnatum fuerit translatum. §. 6. Si proximus juri suo renunciavit, edicto successorio locus est §. 7. neque jus retractus ad certum gradum restringendum. §. 8. Requiritur ad hoc exercendum (1) ut agnatus retrahens sit legitime natus & gradu proximus. §. 9. & 10. (2) feudum sit antiquum. §. 11. (3) per venditionem alienatum. §. 12. (4) pretium, quod extraneus emptor solvit. §. 13. 14. nec non expensæ in priorem emptionem factæ §. 15. (5) intra annum §. 16. utilem §. 17. refundantur. Actio, quæ retractus nomine competit, conditio ex lege vel ex moribus appellanda §. 18. cessat in quibusdam casibus §. 19. *Jure Successionis* vasallo alienante cum liberis mortuò feudum antiquum revocat proximus agnatus §. 20. non filius vasalli alienantis §. 21. Intra triginta annos §. 22. qui demum à tempore successionis delatæ currunt §. 23. In nonnullis casibus jus successionis exulat §. 24. quibus tamen non annumeratur, si agnatus vasallo alienanti consensum denegavit §. 25.

Die 29. Aug. *M. Christianus Sabmius*, Alumnor. Elector. & Com. Conv. Inspector secund. Respondente *Daniele Lepack*, Lyccâ Prusô,, de *Præresi & Voluntate* disputavit. (2. plag. in 4.)

## RIGAE

Quod dudum CAROLVS XI. gloriosissimæ memoriæ Rex in animo habuit, scilicet ut *Dorpatensem Academiam*, à GVSTAVO ADOLPHO olim fundatam, suisque auspiciis, postquam per Moscovitarum notus eversa fuerat, restauratam, commodioris sitûs causâ *Pernoviam* transferret, id Potentissimum Sveciæ Regem, qui nunc imperat, CAROLVM XII. perfecturam, novæque *Pernoviensis Academiae inaugurationi diem XXVIII. Augusti* dictum esse, peculiari nuper Programmate Germanico S. R. M. Senator, Belli Dux, & Generalis Livoniæ urbisque Rigenfis Gubernator, nec non Academiae Dorpatensis Cancellarius, *Ericus Dahlberg*, Comes de *Echenâsi* / Liber Baro de *Scroppsia* / & Dominus in *Wârô*

Wärder / indicavit, simulqve monuit, ut Studiosa Livonia, Esthonia & Ingermannia Juventus non tantum huic actui Inaugurationis interesse, sed etiam novæ isti Academix nomen dare velit; Clementissimi Regis loco fidem faciens, fore, ut ii, qui per biennium & ultra Pernovix literis incubuerunt, si digni fuerint, præ cæteris ad munia ecclesiastica & civilia promoveantur. Et quid vetat, ipsa Comitum verba afferre? quæ ita habent:


Ihrer Königl. Maytt. zu Schweden / Raht/  
Feld-Marschall und *General Gouverneur* über Liefland  
und die Stadt *NJG*/wie auch Cansler  
der *Academie* zu Dorpt.

ERICH DAHLBERGH,  
Graff zu Schenäs; Freyherr auff Stroppsta/  
und Herr auff Wärder.

WJe unter andern die Entlegenheit des Ohres nicht geringe Hindering zum Anwachs und Aufnehmen der von Ihrer Königl. Maytt. Gustapho Adolpho Glorwürdigsten Andenkens gestifteten und Anno 1699. von Ihrer Höchstsseel. Königl. Maytt. Carolo XI. unsterblichen Gedächtnisses gleichsam aus der Aschen, darin Sie eine Zeitlang durch schwere und unglückliche Kriegesläuffte gerahren/ restaurirten Academie zu Dorpt bisher verurtheter; So haben Ihre Königl. Maytt. unser iezo glücklich regierender Allergnädigster König und Herr die von Ihrer Königl. Maytt. Glorwürdigsten Herrn Vatern bereits vor gut befundene Transportirung dieser Academie von Dorpt nach Pernau zu desto besserer commodität, insonderheit vor frembde Jugend/ zum wirklichen effect zu befördern Befallen getragen / und daher mit den Actum Inaugurationis allergnädigst aufgetragen. Zur unterthänigsten Erfüllung dieses Ihrer Königl. Maytt. allergnädigsten Befehls/ und Beforderung eines so erspriechlichen Wercks/ habe nunmehr/ nachdem so wohl das Gebäu / als andere Nothwendigkeiten auff Königl. Kosten zu rechte gemacht/ und aptiret worden/ den 28. Augusti lauffenden Jahrs dazu im Nah-

wen des Höchsten angefehet. Solches wird hiemit allen und jeden kund gemacht/insonderheit aber die in Tief-Ehst- und Ingermanland/ wie auch in denen benachbarten Provinzien und Städten/ den Studiis gewidmete Jugend gehöriger massen invitiret, daß Sie sich nicht allein zu diesem Actu Inaugurationis einfinden/ und dessen Lustre durch ihre Gegenwart vermehren/ umb das Bedeyen dieser Höhen Schule / und der darunter zur Ausbreitung der Ehre Gottes/ nützlicher Künste und Wissenschaften/wodurch der innerliche Wohlstand aller Länder am meisten befördert wird/ zielende Intention, den Höchsten / als die einzige Brunquell aller Weißheit und Erkänniß/ herzlich anrufen helfen/sondern auch an dem Ohre sich eine Zeitlang zur Fortsetzung ihrer Studien und Exercitien niederlassen wollen / gestalt denn diese Academie nebst ihren andern Privilegien auch mit diesem herrlichen Vorzuge begnädiget / daß diejenige/welche bey derselben sich 2. Jahr oder mehr aufgehalten/und sich in nützlichen Wissenschaften und Künsten zum Dienst des gemeinen Wesens / so wohl in geist- als weltlichem Stande/ geschickt gemacht haben/ vor andern mit Beförderung angesehen / und zu publicquen Kempfern gezogen werden sollen. Begeben anff dem Königl. Schlosse zu Riga den 17. Junii 1699.

ERICH DAHLBERGH.



DORPATI

Præsides *Gabriele Stöberg* / Philos. Moral. & Civil. Prof. Ord. simulq; Academiæ Rectore, *Iohannes Örn* / Vice-Pastor Ecclesiæ Rappinensis, superiori anno 1698. d. 26. Nov. pro Gradu *Magisterii* disputavit de *Cultu Dei Naturali*. (3. plag. in 4.)

Die 28. Novemb. ejusdem anni *Christianus Corsvann*, Pomeranus, designatus Pastor Ecclesiæ Georgio-Burgicæ, sub præsidio

*Lauren-*

*Laurentii Molin*, SS. Theol. Licentiati & Professoris Ordinarii, nec non utriusque Consistorii Regii Assessoris, & Pastoris Ecclesie Nyggenfis, 20. *Positiones Theologicas* publicæ ventilationi submisit. (1. plag. in 4.)

Die 14. Decemb. *Paulus Mey*, Rigenfis, Orationem habuit de *Officio boni Oratoris*, invitante Auditores ad hunc Actum *Michaële Dau*, Eloquentiæ & Poësis Professore P.

Sequenti die 15. Decemb. paulò ante dictus *Gabriel Siöberg* Rectoris munus, quod hætenus gesserat, *Svenoni Cameen*, Historiarum Professori, tradidit.

Hòc ipsè, quò nunc vivimus, anno 1699. die 13. Februarii *Laurentius Braun*, Med. D. & hætenus Academiæ Aboënsis Professor Publicus, variisque insuper in Classe Regiâ, & Emporiò Cæsmariensi ante officiis functus, *D. Iacobo Fridérico Belovio* (quem anno superiori p. 110. in Academiam Londinienem evocatum esse diximus) in publicâ *Medicinæ Professione* succesit, præviâ Oratione fulenni de *causis, cur Medicorum nemo Hippocrati sit anteferendus*.

Die 22. Februarii Præsidi *Daniele Sarcoviò*, Logices, Physicæ & Metaphysicæ Prof. Ord. *Boëtius VVernberg*, Lycii Dorpatensis Con-Rector, pro Gradu *Magisterii* disputavit de *Philosophiæ Theoreticæ in Theologiâ usu*.

Die 13. Junii M. *Daniel Eberhard*, Mecklenburgensis, quem p. 71. *B. Iohanni Vppendorffo* in publicâ *Græcæ ac Orientalium Linguarum Professione* succesisse diximus, munus illud Oratione solenni de *Fatis Lingvæ Hebrææ* auspiciatus est. Patrem habuit is *Augustinus Eberhard*, Ecclesiarum *Prillwitz & Hohenzitz* in Ducatu Mecklenburgico Pastorem, & *Lubecæ* literis imbutus, Academiam primò *Gryphisvaldensem* studiorum causâ petiit; inde verò *Hamburgum* concessit, ut *Celeb. Ezardi & Anckelmanni* informatione in LL. OO. frueretur, ac porrò *Kiloniensem* non tantùm, sed etiam *Wittebergensem* Academiam adiit, in quâ summos honores *Philosophicis* s. *Magistri* gradum assumpsit, & paulò post sub-præsidiò

*D. Deutschmanni de Ascensione Christi in Caelos & descensu ad inferos, ex Ps. LXVIII, 19. disputavit. (7. plag. in 4.)* Hinc Lipsiensis, Jenensis, Erfurtensis, aliisque Academiis ac urbibus Iustratis, *Scholæ Regiæ Rigensis Conrector* fuit constitutus; Biennio post *Michaëli Dau* in *Rektoratu Scholæ Regiæ Dorpatensis* successit, simulq; in *Ecclesiâ Germanicâ* istius loci *Diaconi* munus obtinuit, quod nunc auctoritate Regiâ cum ordinariâ *Græcæ & Orientalium Linguarum Professore* commutavit.

Die 23. Junii *Andreas Iohannes Stræthovius*, Austro-Gothus, Illustr. Comitis *Dahlbergii* apud Rigenses Legionis Pastor, sub Præsidio *Gabrielis Stöbergi* Phil. Moral. & Civ. Prof. Ord. ac Facultatis suæ hodie Decani, pro Gradu *Magisterii* publico eruditorum examini ventilandam proposuit *Disertationem Politicam, de Prærogativa Honoris.* (4. plag. in 4)

Tandem *Michaël Dau*, Eloquentiæ & Poëseos Professor, occasione *Translationis Academiæ*, die 28. Augusti (ceu p. 266. dictum) instituendæ, ipsò S. Iacobi festo, quod in diem 25. Julii incidit, *Orationem valedictoriam* habuit de *Migratione Literarum*, ad quam *Academiæ Rector, Sveno Cameen*, Histor. Prof. Ordinarius. *Programmate publico* non tantum Auditores invitavit, sed indicavit etiam, *Academicas Lectiones jam Dorpati* cessare, ac in posterum *Pernoviæ* continuandas esse. Cujus novæ sedis inauguratio, cum *Magistrorum promotione* decoranda sit, simul providere jubentur, quibus expedit huic actui interesse, ut justo tempore illic conspiciantur.

#### ABOAE FINLANDORVM

Præsens *Academiæ Aboënsis* facies hæc est; *Procancellariis* munere fungitur *Iohannes Gezelius*, SS. Theol. D. & Episcopus Aboënsis, ac *Consistorii Præsides*. *Theologi* sunt: *Iohannes Flachsenius*, SS. Theol. D. & Prof. Primarius. *M. Andreas Wanochius*, SS. Theol. Prof. Ordinarius. *M. David Lund*, SS. Theol. Prof. Ord. *M. Andreas Hasselqvist*, SS. Theol. Prof. Extraord. *M. Iohannes Rungius*, SS. Theol. Prof. Extraord. Jus docet *Matthias Svederus*, Juris Svecani & Romani Prof. P. *Medicinam* profitetur *Nicolaus Wallerius* Med. D. & Prof. P. *Philosophi* sunt:

*M. Simon Tolpo*, Metaphysicæ & Logices Prof. P. *M. Petrus Hahn*, Physicæ Prof. P. *M. Torstanus Rudeem*, Poëticæ Prof. P. *M. Christiernus Alander*, Eloquentiæ Prof. P. *M. Johannes Bernbardus Munster*, Philof. Practicæ & Histor. Prof. P. *M. Isaacus Pyhlmann*, Hebrææ & Græcæ Lingvæ Prof. P. *M. Laurentius Tammelín*, Matheseos Prof. P.

## VPSALIAE

Præside *Carolo Lundio*, Juris Prof. P. *Olaus Benzelius*, (D*i* *Eri*c*i* *Benzelii*, Episcopi Stregnesiensis, filius) d. 4. Martii disputavit de *Sveonum cum Gentibus Europais, secundum leges & pacta, Commerciis*. (9½. plag. in 8.) Capitis I. hujus Disputationis Membrum 1. agit de Origine Commerciorum; 2. de Incrementis Commerciorum; 3. de Mercibus importandis & exportandis. Capitis II. Membrum 1. agit de Mercaturâ Wisbuensi; 2. de commerciis cum Ruffis; 3. de commerciis cum Polonis; 4. de commerciis cum Germanis, imprimis Lubecensibus; 5. de commerciis cum Belgis; 6. de commerciis cum Danis; 7. de commerciis cum Anglis; 8. de commerciis cum Gallis; 9. de commerciis cum Hispanis; & 10. de commerciis cum Græcis.

## STREGNESIAE

Paulò ante dictus *Ericus Benzelius*, SS. Theol. D. & Episcopus Stregnesiensis, Consistorii Præses, ac Gymnasii Ephorus, novam nuper adornavit *Historia* suæ *Ecclesiastica* editionem, quæ primâ vice prodiit Stregnesiæ 1695. in 8.

## HAFNIAE

Non huic tantum Regiæ, sed universo etiam Septentrioni, & singulis quæ eò spectant provinciis, insignem nuper mœroris causam præbuit luctuosus Potentissimi quondam Clementissimique Danorum ac Norvegorum Regis, CHRISTIANI V. obitus. Fuit is primogenitus *Friderici III.* Regis ex *Sophia Amalia* Brunsvico-Lunenburgensi filius, an. 1646. d. 15. Aprilis in hanc lucem editus, & Patre

Patre an. 1670. vivis exempto, hereditario Jure Regnorum Borussiae realium habenas capessivit, quas fortiter æquè ac feliciter per undetriginta annos moderatus est. Conjugem duxit an. 1667. d. 25. Junii *Charlottam Amaliam*, *Vilhelmi* Landgravii Hassiæ ex *Hedvige Sophia* Brandenburgica filiam, quæ octies mater facta Augustam domum pulchrâ prole auxit. Ex hac tamen duo filii totidemque filia in cælis triumphant, quatuor autem reliqua familiæ Regiæ columnina in terris adhuc supersunt; quorum agmen ducit FRIDERICVS IV. Hereditarius hæctenus Princeps, jam verò Patris successor & Daniæ Norvegiæque Monarcha, an. 1671. d. 11. Oct. natus, & ab an. 1695. d. 5. Dec. *Luisæ* Mecklenburgicæ maritus. Unica huic Soror est *Sophia Hedviga*, an. 1677. d. 28. Aug. felici partu edita; Fratres autem bini sunt, *Carolus* scilicet & *Vilhelmus*, quorum alter an. 1680. d. 25. Octobr. alter verò an. 1687. d. 21. Febr. in hac lucem prodiit. Sed istis Genitor, Viduæ Marius, subditisque Rex & Patriæ Pater optimus, postquam nuper die 25. Augusti horâ pomeridianâ quintâ augustum Spiritum cœlo reddidit, adeoque votum illud ultimò nummò genethliacò expressum (ac à nobis mense Jun. p. 171. allatum) VTINAM NON POSSET MORI! miserè fefellit, triste sui desiderium reliquit.

In Præfecturâ Academiæ Illustris Regiæ & Equestris Hafniensis Dn. *Christiano Lente*, in locum Dn. *Harboe'* ad munus Secretarii Supremi Bellici promoti) successit Ill. Comes *Carolus ab Alefeld*, Serenissimi Principis CAROLI nuper ad externos Hodegus,

Quam mense Aprili p. 109. sub prelo calere diximus, de *Energumenis Tistedensibus* Relatio typis jam exscripta est, hęc titulò; *Kort oc sandfærdig Beretning om den viid-udraabte Besættelse udi Tisted / til alles Esferretning / af original acter / og troværdige Documenter / uddragen og sammen skreven. Kiøbenhavn / 1699. (5½. plag. in 8.)* Libellò hęc fraudes & imposturæ recensentur, quæ in oppido Jutiæ Tisted / per *Olaum Biornonis* Pastorem, & aliquot Studiosos, occasione duodecim vel tredecim fictitiorum aut imaginariorum Energumenorum commissæ sunt, quapropter etiam dictus Pastor ab officio fuit remotus, ceu anno superiori, p. 81 memoravimus.

*Torchillus Badenijs, Jacobi filius, Rector Scholæ Holbecensis in Selandiâ, librum edidit, cui titulus: Roma Danica, harmoniam atque affinitatem lingvæ Danicæ cum lingvâ Romanâ exhibens.* Hafniæ, literis viduæ I. P. Bockenoffer, 1699. (13. plag. in 8.) Opusculum hoc in quinque Classes dividitur, quarum 1. agit de Nominibus, tam substantivis quam adjectivis; 2. de Pronominibus; 3. de Verbis; 4. de Adverbiis & Conjunctionibus; ac 5. denique de Præpositionibus, quibus in utrâque lingvâ notabilis intercedit affinitas.

*M. Nicolai Petreji, Præpositi quondam in Synderaas & Pastoris in Aas, Cimbrorum & Gothorum Origines, Migrationes, Bella atque Colonia, anno 1695. Lipsiæ latinè editæ, in Germanicam nuper lingvam translata sunt, hęc titulo: Die von Japhet herstammende Cimbrer / oder gründlicher und vollkommener Bericht von der alten Cimbrischen und Gothischen Völcker ihrem uhrsprünghlichen Herkommen / gethanen Zügen / geführten Kriegen / und gebräuchlichen Lebens Arten / auch was sonst merckwürdiges vorgefallen; alles mit beglaubter historischer Feder in zweyen Büchern dargestellet von M. Nicolao Petrejo, gewesenem Probst zu Synderaas / und Pastore zu Aas. Vor diesem in Lateinischer Sprache vom Authore selbst geschriben / nunmehr aber auff vielfältiges Ansuchen ins Deutsche übersezer. Verlegt von J. M. Tiebe 1699. (8 $\frac{1}{2}$ . pl. in 8.)*

Propediem quoque lucem videbit *Q. Curtii*, celeberrimi rerum ab Alexandro M. gettarum Scriptoris, *versio Danica*, adornata à *M. Magno Wyngardo* quem p. 16. & 109. hujus anni laudavimus. Natus fuit is an. 1639. d. 9. Decemb. in parochiâ Dioceseos Wiburgensis Nörholm / patre cognomine, loci istius Pastore, & in Scholâ primùm Aalburgensi, deinde verò Academiâ Hafniensis literis incubuit; ubi variis Disputationibus se exercens, non tantùm Baccalaureatûs gradum, sed etiam supremos in Philosophiâ honores consequutus est. Anno 1666. Scholæ Aalburgensis Conrector fuit designatus, & biennio post Præceptori olim suo, *M. Christiano Martini*, in Rectoratu successit, cui muneri per 15. annos & quod excurrit, præfuit.

Deinde aliquantisper in prædio suo

Mm

Nooff.

Kroostgaard/ in Provincia Wensyffelenfi, vixit, & tandem Hafni-  
am se contulit, ubi varia hactenus ingenii monumenta edidit, quo-  
rum hic est Syllabus :

*Vindemiæ Theologico-Ontosophicæ*, Hafn. 1690. in 8.

*Handeltge Tacter paa Hiertens Strengeleeg*, Hafn. 1692. in 8.

*Vindemiæ Theologico-Ontosophicæ, & Historico-Chronologicæ*,  
Hafn. 1695. in 8.

*Jovis Tarpei Custos til Iffve restitueret/ eller/ den Samme Gaaff  
aff sin Krop/ Duun og Binger commenderet*. Hafn. 1696. in 8.

*Trophæum perpetuum in Illustriff. Heroëm, Dn. Nicolaum Juul,*  
*Stylo Lapidari*. Hafn. 1697. in fol.

*Cœli Epinicium, Soli Epicedium, Tumbæ Epitaphium*, in  
Illustriff. Heroëm, Dn. *Marcum Gide*, stylo Lapidari. Hafn. 1698. in  
fol. (vide N. L. a. c. p. 16. ubi loco *Aarbusiensis* legendum *Aal-*  
*burgensis*.)

*Florus fordansket*, Hafn. 1700. in 8. (vid. p. 109. & pro *Tiste-*  
*densis* lege etiam *Aalburgensis*.)

*Reinholdi Wagneri, D.*

*Observatio de Dracunculo sive Venâ  
Medinensi.*

**I**n Tibia dextra Viri cujusdam *Lamperti Thademari*, Indiam sæpius  
proficiscentis, sub Cute animadverti corpus quasi nerveum crassif-  
tie minimi digiti, miris modis inflexum atqve contortum, exter-  
nâ specie lumbrico terrestri simillimum; quod circa extremitatem  
suppuratum cutem cum acerbissimis doloribus aperuisse ab hoc ipsô  
accepi, qui Methodum simul recensebat Indorum, Dracuncu-  
los ligneolis ex tibiis aliisque locis extrahendi, qualem Chirurgi-  
cam administrationem Persarum prolixius in peculiari Exercitatio-  
ne de Vena Medinensi sive Dracunculis Veterum, literato Orbi  
communicavit Nestor ille Celeberrimus *Georgius Hieronymus Vel-*  
*schius*.

*Scholion Jo. Jac. Stolterfohti D.*

**D**racunculus pro nervosa quadam substantia habetur juxta *Sora-*  
*ni* mentem, quam explicat *P. Egineta de re Med. L. IV. c. LIX*. Per  
cor-

corpusculum nervosum, frequentius in tibiis genitum, colore crassitudineque Lumbrico simile, in Arabia locis familiare describitur à Galeno L. VI. de loc. Aff. c. 3. Sed animal esse, præsens evincit elegans observatio, quæ congruit cum illa quam habet D. Joh. 1a. Vvesper. in Ephem. Nat. Curios. D. II. A. X. obs. CLXXI. p. 315. sq. de Antonio Cronero, tum temporis recenter ex India Orientali & Guinea reduce, qui hujus generis duos sub cute Dracunculos enutrivit, unum in Tibiæ sinistra parte externa, juxta poplitem, alterum sub malleolo externo in pede dextro. Methodum illam Dracunculos ligneolis extrahendi confirmat D. Fridericus Lachmund. M. N. C. Dec. I. A. IV. & V. obj. CLXXIV. p. 221. sq. Referebat nobis Chirurgus quidam in arte sua non rudis, qui per septennium inter Americanos degerat, sectione se multos inde liberasse. Dono dedit nobis portiones aliquot, Lumbricis latis sole induratis haud absimiles, quas inter reculas nostras recondimus. Dracunculus dicitur, quod per sinuosos anfractus Draconis aut Serpentis in morem se divaricet. Vocatur itidem *Vena Medena* s. *Medinensis*, Germ. *Drach-Geschwür* / *Drach-Wurm*. vid. Georg. Hieron. Velsch. Exercit. de *Vena Medinensi ad mentem Ebn sina* s. de *Dracunculis veterum*. Amat. Lusitan. Cent. XII. curat. 64. Petr. Forest. L. XX. obs. LXIV. Avicenn. L. IV. Fen. 3. Tr. 3. c. 21. Theophil. Bierling. Theaur. Theoretico-Practic. p. m. 202. Jac. Pancrat. Bruno in Castell. renovat. p. 469. Huic affectui correspondent *Crinones* s. *Comedones*, die *Witesser* / qui sunt vermiculi subcutanei capillares Infantum, ac similiter *Dracunculi* vocantur; de quibus vid. Ambr. Paræus Oper. Chirurg. L. VII. c. XXI. Joach. Tankius Nosol. Herm. Galen. Diss. XXI. Joh. Jonston. Id. Medic. Pr. L. IX. Tit. V. c. 4. Cass. Amthor. Nosol. Infantil. c. III. Langius L. II. Ep. XLII. Sennert. L. V. Pr. P. I. c. XXIV. Petr. Borell. Cent. I. obs. LXXX. Gottfr. Vvesch. Hebammen-Buch / P. 3. c. 60. p. 848. Joh. Hartmann. Prax. Chimiatr. p. 142. Joh. Steph. Strobelberg. Manuduct. ad Pueril. Aff. curand. c. 4. Mich. Ettmüll. Oper. T. II. f. m. 1212. ejusd. Valetudin. Infant. c. 2. S. 33. Joh. Franc. Lövv de Morb. Infant. c. XX. p. 334. sq. aliique Practici quamplurimi.

## OTHONIAE in FIONIA

Matthias Kossöck / Ecclesiastes Templi S. Canuti, Erotemac

vernacula s. Danica in Evangelia Dominicalia & Festivalia prælo commisit, quæ titulò *Catechismi in Evangelia* brevi lucem publicam visura sunt.

## KILONII

Præfide *Nicolao Martini*, IC. & Antecessore Primario, Pand. & Phil. Civ. Prof. P. *Jodocus Laurentius von Aschwege*, Schlesvicensis, *Positionum Juris Civilis Specimen tertium de Jure Romanorum Civili Justiniano*, d. 5. Aug. publicè defendit. (1. plag. in 4.)

Die 15. & 16. Augusti *Johannes Thomas Schwermann*, Tunderensis, Præfide *Wilhelmo Holderico Waldschmidt*, Med. D. ejusdemq; & Philos. Experimentalis Prof. P. O. pro Licentia summos in Medicina Honores ritè consequendi, Disputationem Medicam inauguralem habuit, de *Mictione cruenta, ex suppressione Hamorrhoidum*. (5. plag. in 4.) Ad quam benevolè audiendam, Actumque hunc solennem cohonestandum, dictus Præfex, idemque Facultatis suæ Decanus, Viros Literatos, Literarumque Fautores peculiari Programme invitavit, de *Miraculo circa Corpus Humanum*, quæ occasione *Evangelii Medici*, à *Bernardo Connor* Anglo concinnati, breviter expenduntur, & sententiæ ejus ad examen modestum revocantur. (2½. plag. in 4.) idem Programma docet, Candidatum, de quo nobis sermo est, Tanderæ in Ducatu Slesvicensi an. 1670. d. 10. Aug. natum esse, patre *Johanne Spermanno*, Pharmacopœo, ac in ludo patrio literis imbutum, Kilonii, Lipsiæ & Lugduni Batavorum Medicinæ operam dedisse; unde Amstelodamum profectus studiis Anatomicis vacasse & Chirurgicis, nec non Ultrajecto salutato Germaniam repetisse, Iustratisque mineris Hercyniis & Misnicis per Bohemiam, Silesiam, aliasque regiones in patriam reversus, à biennio praxin ibi Medicam exercuisse dicitur.

*Christianus Gottlieb Koch* (de quo p. 186.) peculiari nuper libro *Justini Martyris Dialogum cum Tryphone* Judæo suppositium esse docuit. Titulus libri hic est: *Justini Martyris cum Tryphone Judæo Dialogus, secundum Regulas Criticas examinatus, &*

*ἡ ὁμοιωσις seu falsitatis & suppositionis suspectus ac convi-*  
*ctus, opera & Studio Christiani Gottlieb Roch. Kiloni, sumpt-*  
 Ioh. Seb. Riechelii, 1700. (17. plag. in 8.) In præfatione Auctor  
 temeritatis & audaciæ suspicionem à se amolitur, quod hunc Dialo-  
 gum, ab ingenti auctorum numero constanter Justino adscriptum,  
 inter factus *ὑποθελίματις* vel supposititios referre non erubescat,  
 imprimis cum eà in re non tam aliorum consensu nitatur, quam pri-  
 mus solusque sit, qui arduum hoc & à nemine tentatum opus hu-  
 meris suis susceperit. Prout enim nemini se invidere testatur, in  
 spreto omni novitatis studio, omniqve rationi nuncio misso, aucto-  
 rum suorum se delectet dictis; ita eundem ejus quoqve modestiæ  
 fore sibi persvadet, ut alios animi sui conscientiæ morem gerentes,  
 & veritati studentes, non statim atro carbone sit notaturus, sed  
 potius eandem, quam ipse expetit, libertatem aliis sit concessu-  
 rus. Liber ipse 5. Sectionibus absolvitur, quarum I. Proœmi-  
 alis est, agitqve Cap. 1. de Nævo Chiliasmi, Justino intentato,  
 ubi §. 1. & 2. Suppositionis genus antiquissimum, & Chiliastris,  
 Iustini auctoritatem prætextentibus, usitatum, docet; §. 3. respon-  
 det Dallæo, qui omnes Catholicos illo errore infectos, solos-  
 que hæreticos immunes fuisse, affirmat; §. 4. fictam ejus in Ju-  
 stino contradictionem elidit; §. 5. mendum, quod irrepsisse præ-  
 tendit, nullum esse ostendit. Cap. 2. agit de Regulis Criticis præ-  
 batis & illustratis, secundum quas Dialogus examinabitur; ubi  
 §. 1. institutum hujus operis indicatur, simulqve §. 2. candor fi-  
 desqve promittitur; §. 3. ipsæ regulæ Criticæ, à Dupinio præscri-  
 ptæ, afferuntur, variisque §. 4. exemplis illustrantur. Sectio  
 II. agit de *καιρολογία* i. seu Tempore, quo dialogus scriptus est; &  
 quidem Cap. 1. exhibentur variorum sententiæ, ut: §. 1. Senten-  
 tia Pearsonii, qui illum sub initium Antonini i. scriptum affirmat;  
 §. 2. notatur Tenzelius; §. 3. Pearsonio adstipulatur Dupinius, cu-  
 jus ambiguitas §. 4. notatur. Cap. 2. agit de Tempore, quo A-  
 pologia i. scripta; Hæc §. 1. adscribitur anno Chr. 140. §. 2. nu-  
 merus in Edicto Antonini corruptus restituitur; §. 3. objectio de 150.  
 annis in Apologia hac memoratis solvitur; §. 4. Magdeburgen-

tes, circa inscriptionem hujus Apologiae hæsitantes, notantur. Cap. 3. agit de Tempore, quo Apologia II. scripta est; ubi §. rejectâ Eusebii sententiâ, Valesii (ad Antoninum Pium eam referentis) sententia eligitur; §. 2. Martyrium Justini, quo Apologiam obligavit, recensetur; §. 3. Error Calvisii, tres commemorantis Apologias, notatur. Cap. 4. agit de Tryphone Judæo, cum quo colloquium hoc habitum dicitur; ubi §. 1. Nomen Judæi; §. 2. Judæorum & primorum Christianorum in imponendis nominibus pium studium; §. 3. & 4. Tryphon nomen gentile, & Græcum, Hebræis inusitatum; §. 5. Cavei conjectura de R. Tarphone refellitur; §. 6. Sæc. II. nullum Judæum Tryphonem fuisse, ostenditur; §. 7. latet sub larvâ Judæi Tryphon potius, Origenis discipulus; §. 8. cum Judæo enim colloquium instituere obstat Justino Hebrææ lingvæ imperitia; §. 9. ex qua aniles promanant fabulæ; §. 10. dubitatio Dupinii, num hoc colloquium verè habuerit, aut num tantum finxerit; §. 11. inscribendus potius dialogus Tryphonis cum Judæo; §. 12. error in inscriptionibus Dialogorum Maximî exemplo probatur; §. 13. unde pleriqve fermè Patrum Dialogi sunt suspecti; §. 14. Eusebii aliorumqve testimonia objicientibus respondetur. Sectio III. agit de *κρίτησις* 2. seu Dogmatibus & Rebus in Dialogo contentis, & quidem Cap. 1. de Erroribus refutatis, post Justini obitum demum ortis; ubi §. 1. *κρίτησις* certitudo & usus; §. 2. de Hæresi Valentinianorum, stante Epiphaniî calculo; §. 3. inprimis Marcionitarum, diu post Justinum exortorum; §. 4. objectio de Commentariis Justini contra Marcionem solvitur; §. 5. Locus Apologiae 1. de Marcione perpenditur; §. 6. infartum esse, probatur; §. 7. loci hujus cum illo Eusebii, ex commentario Justini adducto, parallelismus; §. 8. Eusebii fraus & fallacia detegitur; §. 9. Irenæi locum corruptum & insertum esse, probatur; §. 10. ipsum hoc *κρίτησις* Spanhemii verbis obsignatur. Cap. 2. agit de Dogmatibus ipsis, post Justinum demum traditis; ubi §. 1. *κρίτησις* certitudo & usus; §. 2. Origenis error de finiendis damnatorum pœnis observatur; §. 3. Irenæi locus, ab Huëtio objectus, enucleatur & illustratur; §. 4. Dialogi verba constringuntur, & Origenianismi convincuntur; §. 5.

§. 5. Origenes Christum Legislatorem agnovit, §. 6. quem auctor Dialogi imitatus, eundem *καινὸν νομοθέτην* appellat; §. 7. *Νεμώβητος* significatio; §. 8. doctrina hæc sæc. II. ignota; §. 9. Origenianismo succedit Arianismus; §. 10. doctrina sæculi II. & in primis Justini Martyris de Christo, ejusque *ὁμοουσία* cum Patre; §. 11. 12. 13. de Ministerio Filii Dei in Creatione Patri facti; §. 14. Molleri de interpretandis Patribus observatio; §. 15. *τῆ ὑπηρεσίῳ* significatio; §. 16. ab ipso Justino Martyre probata; §. 17. Servitium Christi, cum inferioritate junctum, infert; §. 18. doctrina hæc à Sæc. II. Doctoribus planè aliena; §. 19. & Zonarà teste Ariana; §. 20. Canones Concilii Syrmionensis afferuntur; §. 21. ut Ariani concilii rejiciuntur; §. 22. duplex Sagittarii error notatur, & §. 23. ex Arianis Dogmatibus, ad imitationem Petavii, supposititium esse, concluditur. Cap. 3. agit de Dogmatibus contrariis illis, quæ in Apologiis, ipsoque Dialogo reperiuntur; §. 1. *Κριτηρίῳ* certitudo & usus; §. 2. locus, in quo Chiliasmus traditur, contrariatur Apologiæ I. §. 3. ejusdem contra non-neminem vindiciæ; §. 4. 5. 6. Objectiones & Responsiones; §. 7. 8. 9. 10. Contradictionis in ipso Dialogo repertæ Loca 4. §. 11. instantia de benevolâ consensione admittitur & probatur; §. 12. *παρεκδόσεως* significatio; §. 13. *τὸ ὑπωμένεσθαι* quid? §. 14. prodit ipse auctor benevolam illam consensionem; §. 15. hujus cum illo loco, in quo Chiliasmus traditur, collatio; §. 16. ejusdem expositio; §. 17. Petersenii negatio benevolæ consensionis; §. 18. Salvâ hac consensione Justinus Chiliasmum non tradidit; §. 19. quod confirmat Hieronymus; §. 20. probat ipse Justinus in Apologiâ I. §. 21. sententiæ de pœnis damnatorum finiendis contradicit Apologiæ I. §. 22-25. de Ministerio Christi, Deo Patre in Creatione cum inferioritate facti, loca 4. contraria. Sectio IV. agit de *κριτηρίῳ* 3. seu Stylo Justini Martyris; & quidem Cap. 1. de Stylo Patrum in genere; ubi §. 1. quid per Stylum intelligatur; §. 2. & 3. *Κριτηρίῳ* certitudo & usus; §. 4. re autem verâ incertum; §. 5. ob diversitatem argumenti; §. 6. diversam ætatem; §. 7. cujus rei exemplo Hilarius & alii; §. 8. quam explorare difficile

& impossibile; §. 9. ob diversam constitutionem; §. 10. diversam itidem elaborationem; §. 11. cujus exemplo est Bernhardus; §. 12. ob imitationem aliorum; §. 13. quare quid animadvertit Erasmus; §. 14. re ipsa præstitit Vigilius Tapsensis; §. 15. denique ob studium partium, hæc in re usitatum. Cap. 2. agit de *Κριτικής* usu circa examen dialogi; ubi §. 1. Stylus, ejusdemque vel diversitas vel conformitas hic attendi nequit; §. 2. ob diversum argumentum; §. 3. notantur Magdeburgenses, eandem gravitatem & vehementiam in Dialogo, quam in Apologia I. affirmantes; §. 4. ob diversum, totiesque mutatum, Philosophiæ studium; §. 5. diversam quoque dispositionem; §. 6. & elaborationem; §. 7. & denique ob imitationem. Cap. 3. agit de Stylo Justin Martyris in specie; ubi §. 1. admittitur *Κριτικής* 3. §. 2. character sæculi II. §. 3. Dupinius illustratur, & aliorum de Stylo Justin adducuntur judicia; §. 4. tractatio Grammatica, ejusdemque certitudo; §. 5. verbum *ὁμνηστικόν* de Christo usurpatum, Sæc. II. inusitatum; §. 6. Objectio de durâ & condonandâ locutione solvitur; §. 7. Sandii aliorumque impietas rejicitur; §. 8. Bullus tres generationes Christi in Patrum scriptis extorsurus, notatur; §. 9. vocabulum *καὶν νομότης* de Christo Sæc. II. fuisse dictum, dubitatur; §. 10. Rhetorica tractatio, & quid per illam intelligatur; §. 11. variat illa in Apologia & Dialogo; §. 12. diversa quoque in Dialogo & Apologia tractatio Logica invenitur. Sectio V. agit de *Κριτικής* externis; & quidem Cap. 1. de Manuscriptis; ubi §. 1. quid per Manuscripta intelligatur; §. 2. *Κριτικής* certitudo; §. 3. reverentiam incertum; §. 4. requiritur enim *αὐτοψία*; §. 5. cui obstat illorum caritas & raritas; §. 6. quare æstimatur ex materiâ, in qua scripta sunt; §. 7. scribendi modo; §. 8. quædam monumenta in Bibliothecâ Scorialensi asservantur; §. 9. characteribus itidem, seu literis uncialibus, §. 10. fallacia in inscribendis etiam supposititiis; §. 11. defectus probandi adversariorum. Cap. 2. agit de Testimonio Veterum; ubi §. 1. *Κριτικής* certitudo & usus; §. 2. incertum & fallax; §. 3. Silentium Irenæi de Dialogo cum Tryphone; §. 4. objectio de Eusebii, Hieronymi & Photii testimonio solvitur; §. 5. in-

5. infantia de Monarchia Dei alia, ac à Justino scripta est, eliditur;  
 §. 6. ipsa denique examinis conclusio.

Ab eodem supra laudati libri Auctore Kochio brevi alia plura ingenii monumenta expectanda sunt, videlicet:

*Manus invertens*, seu Auctores corrupti & depravati, quorum non tantum maculatæ editiones, sed ipsa etiam corrupta notantur loca, magnâque ex parte pristinae integritati restituntur.

*Stephanus Curcellam* in Variantibus N. T. Lectionibus *Socinianum* accusatus atque convictus.

*Cyriacus Papa Martyr non Martyr*, piè creditus à majoribus, præfractè autem à recentioribus negatus, quem ex vetusto quodam Monasterii Bordesholmensis monumento aliisque delineat, & Magdeburgenses contra iniqvam Baronii censuram vindicat.

*Sacra Pontificiorum Priapeja*, seu obscenæ Papistarum in auricularibus Confessionibus Questiones, quibus S. Confessionarii innocentes puellas sceminaeque ad lasciviam sollicitant.

*Incivilitas Memoriae*, seu Clarissimorum Virorum Memoriae Lapsus, diligenter collecti, modestèque notati.

*Continuatio Porismatum D. J. L. Hannemannii  
 de Infinito.*

123. Magia divinatrix, & operatrix non nisi in fluore, ex fluore, & per fluorem purissimum etiam ad fluorem purissimum procedit.
124. Diabolo non datur attingere fluorem purissimum; hinc & diaboli actiones ad veram Magiam, quæ modo unica, & sancta est, non pertinent.
125. Diaboli Magia est fluoris impuri effectus, hinc fascinatrix, præstigiatrix ac superstitiosa est.
126. Quemadmodum purissimus fluor omnis heterogenietatis nunquam non in infinitum manet expers; ita & Magia ex eo fluens nec fascinatrix, nec præstigiatrix, nec & superstitiosa est, vel & esse potest.

127. Purissimus fluor, ut ut per omnium creaturarum œconomiam fluat, eamqve constituat; ac omnes motus, qui in ea fiunt, efficiat, causaqve sit, nulla tamen heterogenietate quoad suum formale inficitur, vel & infici potest.
128. Cui homini Deus purissimum fluorem cognoscere concedit in hac vita, huic omnia naturæ mysteria sunt revelata, ac quasi in speculo nude conspicua.
129. Summa totius Sapientiæ Salomonæ ipsi à Deo concessæ nihil aliud fuit quam cognitio floris purissimi naturæ.
130. Purissimus fluor humanæ mentis nectar vivificum est, cujus impuri homines non sunt capaces vel & participes.
131. Fluor purissimus non patitur contigui solutionem, habetqve in se nexum indissolubilem.
132. Omnis fluor qui nunc est potentialis, omnium primo fuit actualis.
133. Omnium creaturarum perfectio vel in fluore potentiali, vel fluore actuali consistit.
134. Purissimus fluor est Lux, ut quæ in quantum fluidissima substantia nulla heterogenietate inquinari potest. vide porism. 126.
135. Tenebrarum, quæ opponuntur Lucei, formale quoque consistit in fluore fluidissimo, sed heterogenietatis capaci, estque horroris domicilium.
136. Tenebræ sunt fluor impurus, itaque Magiæ Dæmoniacæ principium.
137. Caloris & Frigoris actiones non nisi fluor.
138. Calor suo juri relictus est fluor in infinitum tendens.
139. Frigus est suo juri relictus quoque in infinitum vim suam exferens.
140. Calor est fluor conservans, ac corpora ex fluido conflata medullitus penetrans.
141. Calor est fluor ex fluido igne prodiens, & rursus in eum remeans.
142. Calor est fluor nunquam motus velocissimi expers.
143. Caloris fluor non sibi, quin in suum remeet fontem fluidum ignem, potest.

144. Calor nihil aliud est, quam fluor ignis.
145. Nullus Calor, quoniam fluor, non abit in nihilum.
146. Calor, quia fluor, est spiritus architectonicus.
147. Calor, quia fluor, ciet omnem motum in corporibus physicis.
148. Calor, quia fluor, est sympathiæ & antipathiæ principium activum.
149. Calor, quia fluor, est fons Magnetismi.
150. Calor, quia fluor, non agnoscit magis & minus.
151. Calore, quia fluor, & frigidissima corpora non carent, vel carere possunt.
152. Frigus est fluor à quo rerum naturalium corporietas unice dependet.
153. Frigus est fluor, non secus ac ipse calor, nunquam non in motu perseverans.

LVBECAE

*D. Jo. Jacobi Stolterfothi Observatio de Grano  
Hordei LXXII. culmis fructi-  
ficante.*

Quod Excellentissimus ille Nat. Curiosorum Nestor II. *Ioh. Ludovicus Hannemannus* de futura annonæ caritate vel vilitate ex ramorum numero radicibus secalis annatorum, *Mense April. hujus anni p. 126.* nobiscum communicavit, Rusticorum vaticinium, fundamento non carere, eventus ipse docuit. Discussa enim vindictæ Divinæ, quæ vertici nostro imminebat, nube, Terras iterum Baccho hilares, ac femina data multo cum tœnore red-dentes, aspicere nobis contigit. Nam cum inter arva beata Colonisqve respondentia *Neosadum* Holsatiæ oppidum ante aliquot Septimanas peterem, amicaqve manu in tecta non solum, sed & Florum varietate fructuumqve ubertate halantem Hortum suum nos duceret *Pl. Rev. Dn. Johannes Langemak*, Pastor ejus loci optime meritis, Consanguinitatis jure pariter ac officiorum promptitudine animo meo commendatissimus, ostendit nobis Hordei granulum, quod casu quodam terræ inciderat, ac in præ-sentia nostra extrahebat, Hoc, mirum dictu, LXXII. culmis

totidemque aristis granorum maxime feracibus progeminaverat. Spectaculo jucundam segetem cum venia Agnati abduxim eum, & curiosis apposui. En gratiæ Divinæ Vatem! Animalitatis functiones non sine ingenio Vegetabilibus tribuunt B. Dn. D. Seb. Viridig in *Medicin. Spirit. L. 1. c. 2. Marcell. Malpigh. Tr. de Semin. vegetat. nec non de Anatom. Plantar. Nebem. Grevy. Anat. vegetabil. in App. M. N. C. Dec. I. A. VIII. it. in Idea Historiæ Phythologic. in App. Dec. I. A. IX. & X. D. Rudolph. Jac. Camerarius de Sexu Plantar. in App. D. III. A. 3. B. Gvern. Rolsinc. Tr. de Vegetabil. L. II. c. VI. sqq.* Dodonzi nemoris plantas non modo loquaces, sed & Fatidicas fuisse ferunt: quamvis in fando perceptum, sed factio non probatum credat *Gv. Rolsinc. l. c. L. 1. c. 1.* Sic & Solis Lunæque Arboreæ vocales & immortales adiiisse Alexandrum tradunt, quæ ipsi interitum prænuñciarunt. Parum videtur *Apollo* Arboreæ locutas; hinc vidisse se doctas easdem in obsequium, reverentiæ causa ad humum sese inclinantes, ac interrogantibus respondentes. Sit fides penes autorem. Miracula interim nonnunquam contingere in rerum Naturæ passim obvium est. Sic Corallia à quibusdam Vates appellantur, quod futura prælagiant: si quis enim ea collo gestet morbo affectus, vel jam moriturus, activo colore amisso pallefcunt, teste *Joh. Ludovico Gansio Histor. Corall. c. X. p. m. 121.* Rei veritatem ipsimet experti sumus, dum optime tincta ægroto suspendimus, non sine coloris amissione, quem tamen recuperarunt statim ac sanæ collo eadem applicavimus, cujus causam *Cardanus* hanc reddit, quod vapor iste adstantibus nondum molestus, substantiam Coralli teneriorem adffigat. At probabilis magis ratio nobis videtur quærenda in acido sanitatis offendiculo, quod Tincturam coralliorum subvertere Chimia docet. Mirum autem quomodo Corallia, quæ colorem perdiderant in corpore quoad sensum sano, in cachectico eandem recuperarint? notante Dn. D. *Rosino Lentilio M. N. C. Dec. II. A. IV. p. 301.* nisi ratio illa valeat quam suppeditat idem in *Schol. ad l. c. p. 303.* quod nimirum in Salicibus & viripetis, udor lymphaticus Lasciviæ fœmininæ auctor, in *ἐργασμὸν* & effervescentiam quandam actus, sero multas *ava-*

*Suidæus* salinas volatiles communicet, quæ per glandulas cutaneas expirantes, Corallia calco rubori reddere potuerunt. Succinum quoque Morborum esse indicem, vulgo notum est. Bruta animantia futurorum Vates nonnunquam existere, Exempla passim obvia docent. Piscium copiam sterilitatis fuisse prænunciam observat D. *Marcus Gerbez. M. N. C. Dec. III. A. I. obs. CXXXII. p. 226.* Sunt etiam qui autumant, quando Pacis tempore in locis insolitis bellæ monstrosæ reperiuntur, prælagium esse bellorum subsequendum, ut exemplis probare conatur D. *Phil. Jac. Sachs in App. M. N. C. Dec. I. A. I. p. 7.* Bestias incendii Vates nonnunquam fieri testatur D. *Christian. Franc. Paullin. in App. M. N. C. Dec. II. A. VI. obs. LVIII. p. 74.* Culices Dysenteriam Epidemicam antegressos notat D. *Joh. Conr. Brunner. Dec. II. A. VI. obs. CXC. p. 388.* Muscas culiciformes, pediculosas & Grylliformes Pestem Lipsiensem præcedentes describunt D. *Christian. Menzel. & D. Joh. Abraham. Zhele Dec. II. A. I. obs. XXX. p. 71.* Pediculorum abortum prælagientium mentionem facit Excell. Dn. D. *Joh. Dolani Encyclop. Med. L. II. p. 299.* conf. D. *Joh. Petr. Albrecht M. N. C. Dec. II. A. IX. obs. LXXXVIII. p. 151.* Meminit *Zhuenhäuser* von kalt- und warmen Wassern L. VI. c. 56. f. 269. Piscis *κολιώρα* dicti XXV. ped. longitud. sed Anguilliformis, cum rostro olorio, in Lacu Ulmensi, cujus præsentia futuris Dominis Arcis *Vlmen*, & præsentibus etiam, mortem portendit. conf. D. *Christian. Francisc. Paullin. Angvilla Sect. I. c. II. p. 66. 67.* Bestias fuisse Terræ motus, qui contigit Siculie A. 1693. interpretes, narrat D. *Sylvius Boco* in *Curiôs. Americæ. c. VI.* Canes ululatu suo funera prædicere, vulgo itidem notum est, idque beneficio sensus olfactorii, quo effluvia putrida corporum morti vicinorum sentiunt. Rapis enim viventi B. Dn. D. *Olao Borrichio* visus est canis civis cujusdam *Georgii Harboe*, qui toto septennio, quo ibi commoratus est, nunquam falsus fuit in denuncianda latratu nocturno tempore ægrorum morte; vid. *Act. Med. Haffn. Vol. V. p. 135.* Hisce effluviis quoque D. *Marcus Gerbez. M. N. C. Dec. Dec. II. A. IX. obs. LIX.* tribuit, quod cœcitatibus corvorum interitus jumentorum sit prælagus. Aves quomodo sint Tempestatum immi-

nentium Prophetæ, explicat D. Rosinus Lentilius M. N. C. Dec. II. A. VI. pbs. IV. p. 6. sqq. conf. ejusd. Miscell. Medic. P. 1. p. 283. Ne dicam de vagitu uterino mali ominis, cujus meminit D. Balthasar Tim. à Guldentee L. IV. Cas. Medicinal. XXIV. Esse vero Creaturas haud raro Divinæ voluntatis indices, Cometæ non tantum, sed & alicujus res sub classe naturalium contentæ docent. Sed quo rapior? Experti sumus hactenus illud Joël I. 17. sqq. jam verò clementius nobis affulgere lumen videtur; juxta illud Hof. II. 21. Aperuit enim Jehovah Coeli fenestras, & benedictione nos implevit ab alto Malach. III. 10. Pingve solum, quod merces suas multo cum fœnore credidit jam horreis nostris, Divino canebat omine והשעתי אתכם מכל טמאותיכם וקראתי אל-הדרג והרבותי אתו : ולה-אתן עליכם רעב Ezech. XXXVI. 29. sit nomen Domini benedictum!

*J. à M. Descriptio antiquissimi cujusdam Luci, superstitiosis gentilium Cimbrorum Sacrificiis destinati; ex benevolâ communicatione V. Pl. Rev. Christiani Dehlevi Rhodii, Pastoris Barmstettensis.*

Antiquissimos olim Germaniæ nostræ, vicinarumque regionum incolas, non in delubris & Templorum ædificiis, sed in Sylvis potius & Lucis sacra sua fecisse, est notissimum. Deos enim suos neque templis includere, neque ullâ humani oris specie assimilare, ex magnitudine & dignitate celestium arbitrati sunt; Lucos & nemora consecrantes, deorumque nominibus appellantes, secretum illud solâ reverentiâ contemplabantur; cœu M. Adamus Bremensis refert, Hist. Eccl. c. 6. Plurima hanc in rem exempla, auctorumque testimonia collegit V. Pl. Rev. & antiquitatum patriarum callentissimus, M. Trogillus Arntiel Præpositus Apenradensis, libro vernaculo, quem vocat Cimbrische Heyden-Religion, parte 1. cap. 30. p. 231. sqq. ubi varia notatu digna de sacris Wagriæ nostræ, Stormariæ, Juriæ, Hel-

Helgelandiæ, aliorumque locorum Lucis legas, nec non de Altari-  
 bus, rudi opere structis, & immensæ plerumque molis Saxæ,  
 aliquot minoris ponderis lapidibus superingestis, constantibus.  
 Sed adhuc multa alia, eaque non obscura, antiquissimi hujus  
 gentium ritus vestigia passim in viciniâ nostrâ supersunt. Impri-  
 mis notabilis est sacer ille, veterumque procul dubio superstitioni  
 dicatus locus, qui in Ditmarsia australi, ad vicum Albersdorff/  
 in confiniis Holsatiæ, & quidem Præfecturæ Rendsburgensis, visi-  
 tur. Haud procul enim à vico isto, orientem versùs, ager est  
 vulgò de *Wutt-Kamp* / i. e. *Sponse Campus* appellatus, cujus Tab. IX.  
 medium Sylva sive Lucus occupat, collem ambiens, qui an-  
 trum quoddam magnis lapidibus septum ostendit. Quinque au-  
 tem præcipuè lapides sunt, minores ceteros, qui ipsis firman-  
 dis inserviunt, mole suâ superantes, quorum primus quinque  
 pedes cum dimidio; secundus quatuor ferè, tertius sex; quartus  
 quinque, & tres insuper pollices; quintus denique iterum quatu-  
 or pedes, latitudine suâ æquat. His aliud majoris adhuc mo-  
 lis Saxum incumbit, ambitu suo 36. pedes (duobus saltim polli-  
 cibus demtis) continens, cujus superficies ad duodecim pedes  
 eum dimidio se extendit, crassities autem quatuor pedibus cum  
 quadrante absolvitur. Inferior hujus saxi pars superiori pla-  
 nior est, ac medio loco striam canaliculi instar excavatam ha-  
 bet. Integra sub hoc lapide antri latitudo septem pedes, al-  
 titudo autem tres cum dimidio, binosque pollices complectitur.

Sacrificiis olim & deorum cultui hunc inservisse locum, in  
 præpatulo est. Ita enim veterum Cimbrorum aliorumque  
 Septentrionalium populorum Aras comparatas fuisse, docet O-  
 laus VVormius Monument. Danic. l. 1. c. 3. nec alii auctores ablu-  
 dunt; quos inter *Ioh. Ristium* laudasse juvat, qui (in *der aller-  
 edelsten Zeit-Verfûrgung* / sive Colloquiorum Menstrual. Dial.  
 6.) ejusmodi aram, quæ cubus ordine plantatis stipatam, &  
 horto suo in vico *Wedel* (ad *Albim*) proximam, fusè de-  
 scribit, sequè eo in loco, ubi horrendis olim sacrificiis, imò  
 fortè humanis victimis, Dæmoni litatum fuerat, gratâ quâdam  
 cul-

cultus vicissitudine, cibus sumptis, hymnos sacros in honorem veri & supremi Numinis cecinisse, memorat; id quod *Erasmus Francisci* noster (im *Geschicht. Kunst- und Sitten- Spiegel* lib. 1. c. 17.) repetit. Quàm falsò igitur de Germanis eorumque vicinis Borealibus *Jul. Cæsar* (de Bello Gall. 1. 6.) dixerit: *Neque Druides habent, neque sacrificiis student*, ex his & similibus sacrificiorum locis, hodiernum obvium, abunde patet; unde etiam *Glareano* (in *Annotat. ad l. 4. de Bello Gall.*) meritò vapulat, & negligentiz accusatur.

Sed quæris forsan, quodnam olim gentilium superstitionum genus hoc veterum Dithmarsorum lucò viguerit? Si quid ex superstite in hunc usque diem nomine *Drut. Romy* hariolari licet, haud incongruum videtur dicere, novos hic fortè nuptos, sive Sponfos Sponsasque, pro obtinendo fortunato & felici conjugio sacra fecisse. Nam apud *veteres neque uxor duci, neque ager arari sine sacrificiis poterat*; ceu dudum *Servius Honoratus*, celeberrimus ille majorum gentium & veteris ævi interpres, ad lib. 3. *Æn. Virgilio* observavit. Unde etiam *Val. Flaccus* lib. 8. *Argonaut. de nuptiis Iasonis & Medæ*:

*Inde ubi sacrificas cum conjugè venit ad aras  
Æsonides.*

Tanta cæteroquin hujus *Luci* olim fuit religio, ut nemini (primà minimum vice) illum invisenti absque munusculo ibidem relicto inde recedere liceret, quod è grandævus loci sui incolis se audivisse memorat *Iohannes Mefner*, *Ecclesiæ Albersdorffiensis Pastor*, simulque addit, famam esse, quoties aliquis antro (quod descripsimus) everrendo operam impenderit, toties nummum quendam ibi repertum fuisse.



# NOVA LITERARIA

## MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Mense Octob. M DC XCIX.

### ROSTOCHII

**P**ræside *Johanne Fechtio*, SS. Theol. D. & Prof. P. Consistorii Ducalis Assessore, & Districtus Rostochiensis Superintendente, M. *Johannes Gottlieb Hoffmann* Lipsiensis, Auctor & Respondens, die 6. Septembris Disputationem Theologicam habuit de *Termino Gratiae Divinae*, occasione locorum Scripturæ S. ex Ef. XLIX, 8. coll. 2. Cor. VI, 2, 3. conscriptam; cujus tamen Sectionem *primam Exegeticam* hæc vice saltem proposuit, eaque dictâ nonnulla Biblica, quibus temporis vel termini gratiæ fit mentio, explicavit; Sectionem *secundam Didacticam*, quâ thesin ipsam ἀνασκευαστικῶς & κατασκευαστικῶς examinaturus est, alii temporis reservans. (4. plag. in 4.)

Die 9. Septemb. sub Præsidio *Johannis Petri Grünenberg* Phil. & Theol. D. hujusque Prof. P. Ord. Consistorii Duc. Assessoris, Districtusque Mecklenburgensis Superintendentis, *David Henricus Kærhenius*, Luneburgensis, Auctor & Respondens, Disquisitionem Theologicam, quæ *Jesum τὸν Ναζωραῖον Matthæi capite II, v. 22. 23. repertum, in Prophetis etiam scrutatur*, continuavit; adeoque, postquam Cap. 1. & 2. nuper (ceu Mense præcedenti p. 257. dictum) Matthæi verba, variasque eorundem expositiones attulit, jam capite 3. probabilem magis & veriorum vexatissimi hujus loci sententiam explicavit, his quatuor propositionibus inclusam: 1. Verba: *Ναζωραῖος κληθήσεται*, Evangelistæ sunt, non allegati Prophetæ. 2. Particula *ὅτι*, hic neque directè est *μιμητική*, neque indirectè citativa seu enarrativa. 3. Eo, quod dictum

Etum est per Prophetas, hinc probatur illustraturque ingressus & subsequens inhabitatio non Nazaretis in specie, sed partium Galilææ in genere. 4. Dictum per Prophetas revera in Scripturis V. T. uti est quærendum, ita etiam inveniri potest. (v. g. Esa. VIII, ult. IX, 1. Deut. XXXIII, 18. 19. Pl. LXVIII, 28. &c.) 2½. plag. in 4.

Die 26. Septemb. *Carolus Fridericus Belov*, Holmensis Suecus, Præside *Johanne Ernesto Schapero*, Med. D. ejusdemque Prof. P. Facultatis suæ Decano, nec non h. t. Academiæ Rectore, pro Licentia summos in arte Medicâ honores & Doctoralia Privilegia more majorum legitime & solenniter impetrandi, Disputationem inauguralem habuit, de *Caduco Muliebri*, vulgò *Mutter-Beschwerung* oder *Weiber Schlag*. (plag. 6½. cum Progr. in 4.) Natus fuit hic Candidatus Holmiæ, quæ celeberrima Regni Svecici metropolis est, an. 1673. d. 10. Octobris, patremque habuit *Bernhardum Belov*, Med. D. trium Sveciæ Regum, *Christinæ* scilicet, *Caroli Gustavi* & *Caroli XI.* Archiatrum, fratrem verò *Jacobum Fridericum Belov*, Med. D. & Dorpatensis olim, jam Londinensis Scaenorum Academiæ Professore P. Bonis literis in patriâ innutritus, Vpsaliensem primò Academiam petiit, inde Lugdunum Batavorum, Amstelodamum, & Trajectum ad Rhenum salutavit, ibidemque studiis Medicis strenuè incubuit. Tandem Rostochium delatus, cœptum gnaviter pertexit filum, habitaque superiori anno labente, Disputatione de *Digitu manus dextræ in quadam sæminâ per congrasationem nodositate spinâ ventosâ & atheromate monstrifis*, (quam mense Januar. h. a. p. 6. laudavimus) publicum diligentia & profectum specimen exhibuit.

## STRALESVNDÆ

Die 8. Septembris solenni pompâ funebri elatus est *B. Johannes Nicolaus Kempe*, SS. Theol. Studiosus, *Johannus Kempe*, Collegæ de Gymnasio Sundensi ultra 26. annos meritissimi, filius, in Academia Rostochiensis d. 2. Septemb. fato functus. Is eo ipso, quo nunc vivimus, anno Wittebergæ Disputationem Theologicam habuit, in qua ipse Auctor & Respondens, sub præsidio *D. Johannis Georgii Neumannii*, d. 12. Maji *Perfectissimum Regenitus attributum* ex Rom. VII, 14-25. oppugnavit. (4. plag. in 4.)

Pro-

Prodiit quoque *Engelberti Busmanni*, Pastoris Sagardensis in Insula Rugia, *Examen Catecheticum* vernaculum, cui titulus: *Kürzere Catechismus Verhörunge / nach den ersten Buchstaben Göttlicher Vorschrift verfasst / und damit dieselbe in halbjähriger Frist süglich könne zu Ende gebracht werden/ abgetheilet in XXV. Examina, von E. B. P. S. Straßfund/ bey seel. W. Meders Erben/ 1699. (8. plag. in 12.)* Epitomæ hæc est majoris operis Catechetici, quod idem Auctor an. 1684. edidit, hoc titulo: *Die ersten Buchstaben Göttlicher Catechismus. Worte/ nach der Original-Vorschrift der heiligen Gottes-Männer/ vermittelst Handleitung vornehmer bewehrter Evangelischer Lehrer/ zur Ehre Gottes/ gründlicher Unterweisung/ und Sonntäglicher Haus-übung / mit der hochlöblichen Theologischen Facultæt zu Greiffswald Consens, in LII. Examiniibus seiner Christlichen Gemeine vorgemahlet von Engelbert Busmann, Past. Sag. (19. plag. in 12.)*

## GRYPHISWALDIAE

*M. Hercules Wende*, Gryphisvaldensis, ipsis Calendis Septembris *Orationem* solennem habuit, de *Ornamentis Carolorum Svecicorum*; ad quam benevolè audiendam, *M. Brandanus Henricus Gebhardi*, S. Lingvæ Prof. P. & h. t. Collegii Philosoph. Decanus, præter eos, quos Gryphiswaldia fovet, omnia Ordinum literatos, inprimis Regiæ (ad *Visitacionem* Academiæ destinatæ) Commissionis Præsidem & Assessores Programme invitavit.

## STARGARDIAE

*Daniel Crügerus*, Med. D. ac Potentiss. Electoris Brandenburgici Archiater, nec non Poliater Stargardiensis, Acad. Nat. Curiosorum Argus Illud, Amplissimo Collegio suo transmissit haud adeo diu hætenus denegatum per ignem Philosophis verum *Aurum Potabile*, quod peracta solutione centrali, caput mortuum argentei coloris in fundo sistit, nil nisi Mercurium sulphure suo denudatum, fugà ignis satis superque demonstrans. Idem quoque Artis

Spagiricæ Amatoribus promittit LX. descriptiones *Auri Potabilis* indefesso studio collectas, quarum summa 5. adimplebit plâgulas. Quicquid etiam præter varia ingenii specimina nuper commentatus est super *Morbum Gallium* ut & *Febrem Petechialem*, sub prelo adhuc sudat. *Perpetuum Mobile* a se felicissimè inventum, Magnatumque gratiola Munificentia dignum, inter secretiora adhuc servat.

## STOLPAE

Die 16. Jul. Anni currentis, Matre aliquoties infelici Puerperâ, Patre vero Sutore, *monstrosus* editus est in lucem *partus*, absque Palato, bregmate insigniter perforato, duplicique quasi naso. Ex vola manus dependebant pendulæ aliquot carnis excrescentiæ, mollis haud exiguæ. Dies à nativitate tertius miserculo pusioni, non sine Parentum solamine, fuit extremus.

## THORVNII

Mirandi, sed ænigmatici *Lapidis à Thuano* (L. IV. Hist. p. 124. a.) *descripti*, Analysis Philosophica, Præside M. *Georgio Wendio*, Gymnas. Thorun. Rectore & Professore P. d. 29. Julii ad disputandum fuit proposita, à Respondente *Laurentio Christiano Striege* / Belgart. Pomerano, Opponentium munia in se suscipientibus, *Friderico Grossmann* / Gynæcopolit. Polono, *Cassaro Gideone de Settow* / & *Iacobo Witte* / Passenheimensi Prusso. (1. pl. in 4.) Præmittitur isthâc dissertazione *Lapidis illius Historia*, cujus summa hæc est, Henrico II. Gall. Regi Bononiæ oblatum fuisse *Lapidem*, stupendâ specie & naturâ, mirò lumine & fulgore coruscantem, terræ (si qua injecta esset) impatientissimum, summè purum, angustoque loco contineri aut includi nescium, figurâ tamen nullâ certâ præditum, sed inconstantem & momento commutabilem, nec impunè sese contrectari patientem, immò nihilo minorem, licet enixius conando ipsi aliquid detractum fuerit, &c. In Analyfi ipsâ relationis hujus veritas primùm adstruitur, deinde negatur, *Lapidem istum fuisse naturalem mineram*, *Astroiten* vel *Asteriam*, artis opus purissimis auri argentiqve venis oppletum, inventum *Magicum*, *Sagdam Chaldaicam*, aut denique

que Fernelianum Phosphorum; sed potius ænigmaticum esse Lapidem, ac nihil aliud, quam *ignem & flammam*, Chymicorum Lapidem Lydium, per illum designari, docetur.

## REGIOMONTI

Die 16. Julii *Bernhardus von Sanden* Senior, SS. Theol. D. & Prof. Ord. Concionator Aulicus Primarius, Consistorii Sambienſis Aſſeſſor, ac Facultatis ſuæ Senior, ex *Theologiâ Poſitivâ* Diſputationem XIV. de II. & III. *Præcepto*, Reſpondente *Iohanne Engelbrechtſi* Regiomont. habuit. (3. plag. in 4.) Succesſit d. 21. Julii Diſputatio XV. de IV. & V. *Præcepto*, Reſpondente *Chriſtiano Maſcovio*, Regiom. (3½. plag. in 4.) & die 25. Aug. Diſputatio XVI. de VI. & VII. *Præcepto*, Reſpondente *Samuele Maſcovio*, Fridenſh. Pr. (2½. plag. in 4.)

Idem quoque D. *Bernhardus von Sanden* edidit *Concionem funebrem*, in memoriam *Mariæ Luiſæ Wallenrodie*, filiæ unicæ *Ioh. Erneſti à VVallenrod*, Supremi Provinciæ Magiſtri, & Conjugis *Chriſtophori à VVallenrod*, Supremi Prusiæ Mareſchalli, ex Pf. LXXIII, 23. 24. habitam, cauſasque proponentem, propter quas fideles ſemper Deo adhærere debeant. (24. plag. in fol.)

Præſide *Philippo Iacobo Hartmanno*, Med. D. & Prof. P. *Michaël Kirchdorſt* Regiom. Pruffus, die 28. Auguſti de *dubiâ generatione viviparorum ex Ovo* diſputavit.

Calendis Sept. *Johannes Stein* V. I. D. & Prof. Ord. tertius, diſputationem *Feudalem undecimam*, reſpondente *Theodoro Wolſi* Regiom. Pruffo, examini publico ſubjecit, & Cap. XXII. debita feudalia expoſuit, quibus agnatus in feudo ſuccedens non eſt regulariter obnoxius, §. 1. filius autem, poſt fata patris feudum retinens, omne æs alienum à patre contractum ſolvere tenetur, §. 2. exceptis 7. caſibus, de quibus §. 3. Ex fructibus tamen à defuncto vaſallo relictis creditoribus ſatisfaciendum, §. 4. Nonnunquam agnatus æs alienum pendere tenetur, ſi feudum hereditarium, §. 5. vel æs alienum onus feudi eſt, §. 6. ut (1) ſi cum conſenſu Domini in feudo novo & agnatorum in antiquo contractum

Etum §. 7. & 8. Quod Jure Feudali communi in subsidium, Jure Saxonico & Prutenico ex feudo simpliciter, etiam si bona allodialia adsint, solvendum §. 9. (2) pecunia in utilitatem feudi conversa, §. 10. (3) residuum pretii, quo feudum comparatum, §. 11. (4) dotalitii constitutio, §. 12. modò vasalli vidua dotem illatam esse prober, §. 13. vel secundum juris Putenici sanctionem intra tres menses post obitum mariti dotem adhuc inferat, §. 14. versio dotis in rem & utilitatem feudi in Saxoniam quidem, non autem in Prusiam est necessaria, §. 15. (5) Æs alienum, ad elocandam filiam vel sororem contractum, in Saxoniam, Marchiam & Prusiam oneribus feudi annumeratur, §. 16. Legitima tamen filiabus ex feudo non debetur, §. 17. nisi pater omnes suas facultates vel maximam illarum partem novorum feudorum emptionibus exhausserit, §. 18. (6) Si pecunia studiorum vel militiæ causa mutuò accepta, §. 19. Casus similes non excluduntur §. 20. In subsidium ex feudo præstantur alimenta liberis animi vel corporis vitiò laborantibus, nec non expensæ in funus vasalli erogatæ, §. 21. Si agnatus defuncti vasalli heres existit, vel ad feudum novum ex pacto & industria primi acqvirentis vocatur, vel feudum regale est, & æs alienum Principatûs vel Comitatus intuitu contractum, agnatus ab illo se liberare nequit, §. 22. (3½. plag. in 4.)

*Theodori Pauli*, V. I. D. & Prof. primarii, Consiliarij Electoralis & Judicii Criminalis Præsidis, Tractatus theoreticus, *de veris Juris & Jurisprudentiæ principis*, sumptibus Pauli F. Rhoden, Bibliopolæ Regiomontani, in lucem prodiit. Methodus per quæstiones Authori placuit, ut lectorem tædio liberaret, quo capi solet, quoties res plurimæ uno velut contextu sine intercapedine recensentur. Tractatus ipse in tres partes divisus est, quarum primâ de *Justitiâ*, secundâ de *Jure*, & tertiâ de *Jurisprudentiâ* agitur. In primâ sequentes reperiuntur quæstiones: (1) Quid sit Justitia? (2) An sola Justitia divina perfectæ & plenæ Justitiæ nomen mereatur? (3) Quænam ex humanæ seu Politicæ Justitiæ speciebus perfectæ seu primæ significationis dicatur? (4) Quomodo ista definiatur? (5) An Justitia in mediocritate consistat? (6) Quid

Grotio, tam virtutem in genere, quàm inprimis Justitiam in mediocritate consistere neganti, sit reponendum? (7) An requisita Justitiæ, ejusdem contrariò nempe Injustitiæ competant? (8) Quotuplex Justitia plena & perfecta? (9) Quid de divisione Justitiæ in Universalem & particularem sentiendum? (10) Quid de subdivisione Justitiæ particularis in commutativam & distributivam dicendum? (11) An Justitia luculentius possit dividi? (12) Quid sit Justitia Legislatoris? (13) Quàm utatur proportione in Legibus, pœnis & præmiis constituendis? (14) Quid Justitia Judicis vel Jcti? (15) Quàm utatur proportione in applicatione Juris in pœnis & præmiis sibi præscripti? (16) Quid sit Justitia civis? (17) Quàm Justitia imperfecta? (18) Quàm ultima imperfectæ & seqvioris Justitiæ species? (19) Quodnam contrarium Justitiæ legalis? (20) Quàm ex Justitiæ speciebus finis Jurisprudentiæ? (21) Quid de rationibus illorum, qui Justitiam universalem finem Jurisprudentiæ esse contendunt, sentiendum? (22) Quid illi de fine Jurisprudentiæ sentiant, qui illam tantummodò partem Politicæ, & infimam quidem, circa judicia, legum latorum interpretationem, applicationem & executionem occupatam esse statuunt? In *parte secunda* quæstiones sequentes ventilantur (1) Jus unde derivetur? (2) Quot modis dicatur? (3) Quomodo dividatur? (4) Quàm sit potissima juris species? (5) Cur hæc seculò multi tam operosè & intricatè de Jure Naturæ scripserint, ut materia illa merito crux seu lapis offendiculi eruditorum dici mereatur? (6) Propriè an impropriè Imperator Jus Naturæ de brutis prædicarit? (7) Quinam ex Juris interpretibus mentem Imperatoris & Jctorum melius sint assecuti? (8) Utrumne Imperator Jus Naturæ malè tradiderit? (9) An distinctio Juris Gentium in primævum & secundarium fundamentum in Juris textibus habeat? (10) Quàm sit causa tot Disputationum circa Jus Naturæ motorum? (11) utrum laudes & gratias mereantur, qui discusis supremorum temporum nebulis, modum demonstrandi Jus Naturæ à priori tradiderunt? (12) Quid illis respondendum, qui vel ex dictaminè rectæ rationis vel ex Socialitate, vel cum Hobbesio ex statu belli & discordiæ, vel amore & conservatione sui ipsius

ipſius, vel ex Paradifo, item Decalogo & lege Moÿſis &c. Jus Naturæ à priori & ſcientificè demonſtrare ſatagunt? (13) Quo- modo Jus Naturæ melius explicandum? (14) Quanam ſint virtutis omnis & Juſtitiz inprimis principia? (15) Quid ſit honeſtè vivere, quid ſuum cuique tribuere? (16) Quomodo Jus Naturæ definiendum? (17) An Jus Naturæ ſit mutabile? (18) An in matrimoniis, pœ- nis, contractibus & rebus ſubditorum quædam Jure Naturæ tan- tà neceſſitate definita ſint, ut ab eo, qui ſumma poteſtate præ- ditus, immutari nequeant? (19) Quid ſit Jus Gentium? (20) Quo- modo hoc ſit mutabile? (21) Jus divinum quotupliciter dicatur? (22) An leges Moſaicæ toti orbi, an Judæis tantum datæ ſint? (23) Quomodo novi fœderis, ſeu Evangelii lege obſtringamur? (24) Quid de Juramentis & uluris ex Chriſti præcepto ſtatuendum? (25) Quid de elu ſanguinis & ſuffocati lege Novi Teſtamenti fancitum? (26) An pœna homicidii capitalis in N. T. repetita? (27) Quid de illorum curioſitate ſentiendum, qui inquirunt, an religio Chri- ſtiana conveniat ſtatu politico? (28) Quid Jus Civile? (29) Quisnam leges Civiles condere poſſit? (30) Quot modis Majeſtas legem conſtituat? (31) An & alii, penes quos ſummum non eſt imperium, leges civiles ferre poſſint? (32) Utrum Judicia in- primis ſuprema jus facere poſſint per Decreta & ſententias, quas pronunciant? (33) An tacitus utentium conſenſus jus vel legem faciat? (34) An error communis jus faciat? (35) Quotplex ſit jus Civile ſeu poſitivum? (36) An lex civilis extra territorium con- ſtituentis valeat? (37) An teſtamentum, quod alicubi ritè ſit coram Parocho & duobus teſtibus, in illis etiam locis valeat, ubi ſeptem teſtium ſolemnitas præciſè requiritur? (38) An lex civilis ipſum Legislatorem obliget? (39) Cum Princeps ipſe in præjudici- um agnatorum ex imperfecto teſtamento aliquid capere non ſole- at, an inde ſeqvatur, quod nullius teſtamenti imperfecti defe- ctus in caſſis privatorum ex plenitudine poteſtatis ſupplere unquam poſſit? (40) An lex Civilis mutari poſſit? (41) Quot modis mu- tatio fiat? (42) Quibus ex cauſis leges Civiles mutandæ? (43) An frequens legum poſitivarum mutatio Reip. expediat? (44) An li-

liceat contra juris constituti rationem in Rep. disputare? (45) Qvæ & qvalis origo Juris Romani? (46) An in Scholis illud utiliter doceatur? (47) An in foro vel judiciis juris vim habeant leges Justinianæ? (48) Quid de Jure Feudali notandum? (49) Quid de Jure Canonico sentiendum? (50) An Ecclesiæ ulla ratione competat, leges, qvalicunqve etiam nomine veniant, eondere & qvasi peculiarem Politiam vel Hierarchiam in Rep. civili formare? (51) Qvinam & qvot sint libri Juris Canonici? (52) An ejus juris supersit aliqua autoritas vel utilitas, tam in Scholis qvàm foris Protestantium? (53) Quid sit Jus Publicum? (54) qvotuplex Jus Publicum? (55) An illud in Scholis vel Academiis doceri debeat? (56) An planè doceri possit? In *parte tertia* qværitur (1) Quid sit Jurisprudentia? (2) An illa per scientiam definiri possit? (3) Qvæ ratione res divinæ objectum Jurisprudentiæ constituant? (4) Quid de definitione Celsi dicendum, qvi Jurisprudentiam in *leg. i. pr. ff. de l. & l.* definit per artem æqui & boni? (5) Qvotuplex sit Jurisprudentia? subjicitur index. (36. plag. in 4.)

Idem *D. Theodorus Pauli*, h. t. Academiæ Rector, die 15. Sept. Disputationem Juridicam, *de Consensu Parentum ad nuptias Liberorum*, Respondente *Johanne Georgio Sauginger*, Gedanensi, eruditorum ventilationi exposuit, & sequentes examinavit Qvæstiones: (1) In qvonam consistat ratio Juris Civilis, consensum parentum in nuptiis liberorum exigentis? (2) Utrum nuptiæ absqve consensu parentum initæ Jure Civili penitus nullæ sint? (3) Quid *Antonio Guiberto Castano* respondendum, qvi Qvæst. Jur. I. i. cap. 12. nuptias filiorum familias absqve consensu parentum initas, non tantum non ipso Jure Civili nullas esse, sed ne qvidem à parentibus irritari posse statuit? (4) Qvomodo consensus iste interponendus? (5) In qvo consistat ratio naturalis, de qva Imperator in *pr. l. de nupt. loquitur*? (6) An matrimonium absqve Parentum consensu initum & consummatum etiam jure Naturali irritum & nullum sit, quemadmodum est Jure Civili? (7) Quid Jure divino hac in re statuendum? (8) Quid Jus Canonicum huc definiverit? (9) An nuptiæ liberorum absqve parentum consensu initæ atqve consum-

summatae hodie in foro & praxi dissolvi possint? (10) Quid ad rationes Pontificiorum & quorundam nostratum respondendum, quorum illi ne sponsalia quidem perfecta parentum dissensu solvunt, hi vero sponsalia quidem sed non nuptias? (11) Quid de ipsorum rationibus sentiendum, qui conjugia liberorum invitis parentibus contracta Jure divino & naturali non esse nulla, asserunt? (12) Quid obtineat in liberis; minorennibus; parente orbatis, i. e. vel sub matris vel Curatorum directione viventibus? (13) An si tutores vel Curatores soli sint, illorum consensus ad nuptias pupillorum vel curandorum exigatur? (14) Quid sentiendum de remedio restitutionis in integrum, quod minoribus lapsis & deceptis aliisquin competit? (15) An majorenes vel qui emancipati sunt, suo arbitrio nubete possint.

Die 17. Septembr. *Johannes Christophorus Volk*, V. I. D. & Prof. Ordin. Serenissimi Electoris Brandenburgici Tribunalis Consiliarius, Consistorii Sambiensis Praeses, ac p. t. Facultatis suae Decanus, Disputationem XXXIam *Pandectarum*, Respondente *Johanne Hammel* / Regiomont. Prusso, publice defendit & Lib. XXIII. Tit. 1. de *Sponsalibus* explicuit, potiora quoque asserta praedictis corroboravit.

Idem d. 24. Septembr. Respondente *Petro Thamm* / Regiom. Prusso, Disputationem XXXIIam publici juris fecit, & in eadem lib. XXIII. tit. 2. de *ritu nuptiarum* enucleavit, adjectis sententiis Consistorialibus & Decretis Tribunalitibus.

## RIGAE

Typis Johannis Georgii Wilcken, Typographi Regii, denuo impressus est *Catechismus Letticus*, ab *Ernesto Glück* / Praeposito Mariaeburgensi, adornatus, & variis nunc accessionibus, inprimis autem S. Scripturae dictis auctior; cujus titulus ita habet: *Swehta Wehrnu-Mah giba / ta deewa Kalpa Luterus / ar dauds Jantashanahm un Aibi Ideschjanahm reem Wid-Semmes Jarweescheem parlabbu waitrossi un tsposhschata. Riga / 1699. (9 $\frac{1}{2}$ . plag. in 8.)*

## HOLMIAE

Apud T. Gothardum Dolgenau Bibliopolam prostat *Novum Dictionarium Latino-Sveco-Germanicum, Sveco-Latinum, & Germanico-Latinum, in gratiam Latinae Svecicae & Germanicae Linguae studiosorum, non sine magno labore collectum, Neues Dictionarium Lateinisch/Schwedisch und Teutsch/ wie auch Schwedisch und Lateinisch/ungleichen Teutsch und Lateinisch / &c. quod Hamburgi sumptibus Gothofredi Siebeselt / Bibliopolæ, excusum est. (5. Alphab. in 8.)*

## MALMOGIAE

*Johannes Jacobus Döbelius, Med. D. ac per Ducatum Scaniae Medicus Provincialis, Librum Germanicum nuper edidit de Erroribus Vulgi circa Medicinam & Medicos, Die vertheidigte Arzney-Kunst/ und der vertheidigte Arzt / wider die heutige Unart und Verächter derselben. Lunden in Schonen / bey Abr. Haberegger / 1700. (6. plag. in 8.) Capite 1. hujus Libri disquiritur, utrum is, cui Deus vitam concessit, absque usu Medicinæ in statu sanitatis permanere aut eandem amissam recuperare queat? Cap. 2. Quid de Medicinâ statendum sit, cum (α) Medici ipsi haud raro in ipso ætatis flore morbis mortique succumbant; (β) ii, qui nequaquam medicè vivunt, multò saniores sint; (γ) ægroti pauperes absque Medici & Pharmacopola opera sanitatem recuperent; nonnulli autem (δ) Medicinæ adeò advescant, ut illà postmodum quotidie uti cogantur? Cap. 3. Vtrum à medicamentis Chymicis periculi quidquam timendum sit. Cap. 4. quæritur (α) an quilibet homo peculiari naturæ constitutione gaudeat? (β) an istam naturæ constitutionem indagare sit difficile? (γ) an Medicus in curationibus morborum certus esse possit? (δ) quid statuendum sit de Consultationibus Medicorum? (ε) an Medicus possit esse certus in colligendis Prognosticis? Capite 5. disceptatur, utrum Medicinæ & Medico tribuendum sit, quod ægri non reconvalescant, vel ipsam mortem oppetant? Capite 6. denique disquiritur, utrum veritati congruum sit, nullam artem plures habere Simias vel operarios clancularios (Wönhasen) arte Medicâ?*

Idem D. Döbelius occasione *monstri* illius *Suilli*, cujus mense Aprili p. 109. sq. mentionem fecimus, *Porcellos binos*, pariter *monstrosos*, accuratè delineatos, nobiscum communicavit. Ii superiori anno haud procul Christianopoli (Christianstadt) ex Scrofâ cujusdam *Jöns Jönson*, in Onestad & Gioninge-Hærad, unò partu editi sunt. Ac primus quidem, Tab. X. fig. 1. delineatus, totus glaber fuit, capite prægrandi, dentibus anteriùs exsertis, oculis lymphâ tumentibus, auribus solitò majoribus, & cornù ex fronte porrectè, quod ossicula minuta, filamentis ferreis similia (wte eiseru Drat) continuit. Pedes insuper, locò ungarum bifurcarum, quinque singuli digitos, humanis similes, ac unguibus præditos, habuerunt. Porcellus alter, fig. 2. expressus, præter aures grandiusculas, tumorem insignem fronte gesit, duriori materiâ sangvinolentâ repletum. Eòdem cum his duobus partu quidem tertius adhuc porcellus fuit editus, sed ille *monstri* nihil habuit.

Tab. X.  
Fig. 1.

Fig. 2.

## HAFNIAE

*Reinholdi Wagneri, D. Observatio de Verme Fasciæ  
duodecim ulnarum & quod excurrit longi-  
tudine, innoxie per abvum ex-  
creto.*

**H**aud ita pridem de longis rotundisve corporis humani Vermibus, lumbricis terrestribus simillimis, ingvina innoxie perforantibus, mentionem feci; jam alia observatio prostat de Latis vel fasciis sive Teniis, qui, cum ex partibus plurimis compositi, quarum singulæ semen cucurbitæ referunt, cucurbitani quoque dicuntur. Tale aggregatum vermiculorum sibi connectentium corpus geniculis distinctum, cum capite verrucosò & in mucronem tanquam subulam desinente, sex ulnarum longitudine, nondum tamen integrum, sed appendice destitutum, sine ullis torminibus, citraque ullum incommodum, Mense Majo hujus anni à Milite quodam, sub Regimine Militari Sereniss. atque Potentissimi Principis ac Domini

mini N. Hæreditarii, per alvum dejectum, mihi conspicere licuit. Posteriores verò paulò post excretam partem longitudine superasse priorem, juxta Militis Chirurgique Dni Key relatum, refero; qualem Vermem ex fasciis aliquando XL. pedum longitudine excretum Lectoribus propalavit *Joh. Jonstonus* in Syntagm. Universæ Medicinæ Practicæ L. V. Tit. III. Cap. I. Art. 3. p. 969. Præterea observare licuit Regiomonti ductu Celeberrimi D. *Phil. Jac. Hartmanni*, Præceptoris atque Fautoris mei ad cineres summè devenerandi, peculiare aliquod foramen perforatum, instar oculorum, in capite mucronato similis Vermiculi fascialis ulnæ saltem longitudinem exsuperantis.

*Scholion Jo. Jac. Stolterfohti D.*

Ita sane semper cum Macrocosmo analogiam prodit Microcosmus, ut quemadmodum ille undiqve insectorum scatet agmine, pariter & hic quotidie faciem haud absimilem induat, cum nulla quasi corporis detur pars, in qua non animata reperiatur putredo. In hac detegenda oculos suos strenue armavit *Antonius van Leuvenhoek*, ut Jure suo haud postremum in Societate Curiosorum Angliæ acquisiverit locum. Quamvis vero verminosa hæc soboles admodum differat specie, ad tria tamen genera commode refertur à Doctoribus nostris, adeo ut dentur *Lumbrici* vel *teretes*, *Lati*, & *Ascarides*; inter hos frequentissimos esse *teretes*, qui Lumbricos terrestres æmulantur, optime censet Jeneñsis ille Hercules Dn. D. *Georg. Wolffg. Vedelius* in *Pathol. Med. Dogm. S. 2. c. V. p. 231*. Intra octidui quippe spatium in Praxi nostra duo numeravimus nuper exempla eorum, qui ejusmodi vermem vivum per vomitum rejecerunt maximo cum levamine. Rariores, molestiores ac curatu difficiliores *Lati* putantur, s. *cucurbitini*, quod æmulentur semen cucurbitæ, qualem observavit laudatus modo Dn. D. *Vvedelius* in duobus Lanionibus, in fœmina hypochondriaca, & quibusdam aliis. Huc quadrat ille quem in Milite observavit Nobiliss. Dn. D. *Reinholdus Wagnerus*, duodecim ulnarum, & quod excurrit. *Fascia lata* alias dicitur, & describitur ab *Olao Borrichio Act. Med. Hassn. Vol. II. obs. XLVII. p. 148*. At non unicum esse

esse vermem, sed plures sibi invicem inarticulatos, cucurbitæ semen referentes, nervose docet noster *VVagnerus*, unde frustulatum excerni eisdem ipsemet in nonnullis subjectis vidi. conf. *Adrian. Spigelius in Tr. peculiari de Lumbrico Lato. Dn. D. Michael Febr. sub signo ♀rii Hier. Picr. p. 125. Casp. Theophil. Bierling. Thesaur. Theoret. Pract. p. 981. Rosin. Lentil. Miscell. Med. Pr. P. II. p. 422. D. Benjamin Scharff. descript. juniper. c. XVII. p. 230. Joh. Schenck. Observ. L. III. f. 358. sqq. &c.* Tertium genus *Ascarides* constituunt, instar vermiculorum casei, in ano præsertim conspiciendi; quamvis & in utero nonnunquam delitescant, notante *D. Nicol. Gvilielm. Becker. Ephem. Nat. Curios. D. I. A. VIII. obs. LXXV. p. 121.* Figura interim enumerata species varie discrepant, & in omnibus fere corporis partibus nidulantur. vid. *Marcell. Donat. L. IV. de Hist. Med. mir. c. 26. Athanasj. Kircher. Scrutin. Pectus Sect. 1. p. m. 91. sqq.*

In Cerebro ferocissimam haud raro Cephalalgiam causantur, vid. *Casp. Theoph. Bierling. Thesaur. Theoret. Pract. p. 398. Joh. Henr. Schlet. Diff. de Cephalalg. particular. §. 30. p. 12. §. 77. p. 26. §. 100. p. 31. Fabric. Hildan. Cent. I. obs. VIII. Laur. Foubert. de Capit. Affect. c. IX. Conr. Victor Schneider. de Oss. Cribrif. p. 440. Thom. à Veiga Comment. ad c. 5. L. 4. de Loc. Affect. Galeni. Nicol. Tulp. L. IV. obs. I. Avicenn. Fen. Tr. 2. c. 3. Thom. Bartholin. Cent. 2. Ep. 74. de Medicis Poëtis p. 24. D. Joh. Ferdinand. Hertod, M. N. C. Dec. I. A. II. obs. CXLVII. p. 231. D. Joh. Georg. Volckammer. l. c. A. III. observ. CCLXVI. p. 480. D. Joh. Georg. Schmid. l. c. A. IX. & X. obs. L. p. 127. D. Luc. Schröck. in Schol. ad D. II. A. I. obs. XCIX. p. 229. D. Christian. Franc. Paullin. in App. D. II. A. V. obs. CI. p. 63. D. Joh. Frider. Kbern jun. D. III. A. II. obs. LIII. p. 62. D. Joh. Laur. Febr. D. III. A. III. obs. CXLVI. p. 261.*

In Oculis vermes generari, nemo quantum memini, præter Excell. Dn. D. *Joh. Nicol. Pechlin. observ. Medico-Physic. L. 2. c. XXXV. p. 299.* hætenus vidit, nisi quod in oculorum angulo prognatos sistat *Joh. Schenck. obs. Medic. de Cap. Hum. obs. 294.*

In Auribus hospitari, testes sunt *D. Carol. Rayger. M. N. C. Dec. I. A. IV. & V. obs. V. p. 7, D. Christian. Menzel. l. c. D. II. A. II. obs. LVII. p. 93. sqq.*

In *Dentibus* tanquam in solido & durissimo corpore generari vermes, rem supra fidem fore, inquit Excell. Dn. D. Jo. Nicol. Pechlin., at postquam lapidum quoque corruptelas & detrimenta ab iisdem excitari innotuit, etiam de verminosa *Dentium* carie observata narrantibus fidem negari non posse scribit *Obs. Medico-Physic.* XXXVI. p. 301. conf. M. N. C. Dec. I. A. IX. & X. *obs.* XXIV. p. 95. Adstipulantur Practici in Affectu odontalgico explicando solliciti, passimque extantes curiosorum observationes, v. g. *Oliger. Jacobei Act. Med. Haffn. Vol. V. obs.* CVIII. p. 281. *Phil. Salmuth. c. III. obs.* XXXII. D. *Gothofr. Schulz. M. N. C. Dec. I. A. IX. & X. obs.* CLXXXVII. p. 433. D. *Gabriel. Clauder. l. c. D. 2. A. V. obs.* CXCII. p. 383. conf. l. c. A. VII. *obs.* CLXXIV. p. 332. D. *Theod. Zyringer. l. c. A. VI. obs.* CCXXXIII. p. 534.

In *Intestinis* frequentius generantur, eademque haud raro perforant. vid. D. *Christian. Vater. Disp. de Vermibus intestinorum, habit. VVitreb.* 1687. Excell. Dn. D. *Georg. VVolfsg. VVedel. Disp. de Morbis à Fascino, habit. Jen. A.* 1682. c. IV. p. 26. Dn. D. Jo. Nicol. Pechlin. l. c. *obs.* LXIV. p. 154. D. *Joh. Jac. Harder. Apiar. obs.* LXVIII. D. *Christian. Frider. Garmann. M. N. C. Dec. I. A. I. obs.* CXLV. p. 283. D. *Phil. Marcus Marci l. c. D. II. A. I. obs.* CXX. p. 308. D. *Joh. de Muralto l. c. A. III. obs.* CXLI. p. 282. D. *Ern. Sigism. Grass. l. c. A. V. obs.* XLV. p. 87. D. *Frider. VVil. Clauder. l. c. A. VI. obs.* CXCI. p. 381. conf. *Joh. Schenck. observ. Medic. f.* 355. *sqq.* *Joh. Georg. VValtther. Sylv. Medic. p.* 927. *sqq.*

In *Renibus* vermes observarunt *Vidus Vidius de Curat. Membr. L. X. c.* 14. Excell. Dn. D. *Georg. VVolfsg. VVedel. Act. Medic. Haffn. Vol. III. obs.* LVIII. p. 96. *Thom. Bartholin. Cent. I. Ep. 2. p. 5.* D. *Sim. Schulz. M. N. C. Dec. I. A. III. obs.* CLXI. p. 471. quinimo in *Renibus* praesertim *Canum* haud semel nos vidisse *Lumbricos* contestamur.

De Verme *Cordu* extat D. *Christian. Ludov. VVelsch. Disp. pro Loco habit. Lips.* 1694. conf. D. *Gothofr. Sam. Polisius M. N. C. Dec. I. A. IX. & X. obs.* XIII. p. 50. & quotquot adducit D. *Christian. Franc. Paullin. in App. M. N. C. Dec. II. A. IV. obs.* XIII. p. 18.

De Verme *Pericardii* Affectu maxime raro vid. D. *Mich. Ertmüller. Oper. T. I. f. m.* 509. *sq.*

In *Ventriculo* vermes notant D. Anton de Pozzis M. N. C. Dec. I. A. IV. & V. *obs.* XXXVIII. p. 33. D. Joh. Jac. Vvepfer. l. c. D. II. A. VIII. *obs.* I. p. 1. *conf.* A. IX. p. 455. Thom. Bartholin. Cent. III. Ep. VIII. p. 36.

In *Pancreate* vermem non parvum vidit idem Th. Bartholin. Cent. I. Ep. LXII. p. 254.

In *Vesica Vrinaria* Aloysius Mundella Dial. IV. p. 43. Remb. Dodo-naeus in *Annot. ad c. LXXVII. Benivenii de Abditis. D. Balthaf. Timaeus à Gûidentflee Caf. Medicinal. XXXVIII. p. 174. D. Joh. de Muralto M. N. C. Dec. II. obs. CIV. p. 246.*

In *Vesicula fellea* Lumbricos reperiri, docent D. Phil. Jac. Sachs in *Schol. ad obs. L. Dec. I. A. I. p. 129. D. Joh. Jac. Vvepfer. D. II. A. VII. p. 31.*

In *Hepate* vermes demonstrant Thom. Bartholin. *Anat. ref. L. I. c. 14. D. Joh. Christoph. Frommann. M. N. C. Dec. I. A. VI. & VII. p. 245. D. Aug. Hauptmann. de Vivis mortuorum imaginib. p. 211. Petr. Borell. Cent. III. obs. XXXIII.*

In *Mammis* vermiculos nasci testantur D. Christian. Francise. Paullin. in *App. M. N. C. Dec. II. A. VI. obs. XLVI. p. 29. D. Petr. Rommelius D. III. A. II. obs. CCXIX. p. 341. conf. D. III. A. IV. obs. XVII. p. 37.*

In *Ulcerebus* atque *tumoribus* generari vermes rarum non est. vid. B. D. Mich. Ettmüll. *Oper. T. I. f. 207. Excell. Dn. D. Vvedel. Diss. de Morbis à Fascino, c. 1. p. 8. Thom. Bartholin. Cent. II. Ep. LVI. p. 592. D. Carol. Reyger. M. N. C. Dec. I. A. IV. & V. obs. V. p. 7. D. Sim. Schulz. l. c. A. VI. & VII. obs. CXLIV. p. 202. D. Christian. Franc. Paullin. in *App. M. N. C. Dec. II. A. V. obs. XXXIX. p. 25. conf. A. X. obs. CLXXXIX. p. 368. D. Joh. Jac. Vvepfer l. c. A. VII. in Schol. obs. XVI. p. 52. Fallop. de Tumorib. p. n. cap. IV. Nicol. Tulp. L. III. obs. III. Joh. Cosmus Boncnus in *observ. circa corporis humani Teredinem à Josepho Lanzonio Latinis. donat. in App. M. N. C. Dec. II. A. X. p. 35. D. Petr. Rommelius D. III. A. II. obs. CCXX. p. 343. conf. D. III. A. IV. obs. XVIII. p. 39.***

Vermes in *Variolis* latentes viderunt D. Ebreufr. Hagendorn. M. N. C. Dec. I. A. III. *obs. XXVIII. p. 44. D. Joh. Schmid. l. c. A. VIII. obs. LXXX. p. 142. Isibord. ab Amelunxen Breviar. rer. memorabil. c. 4.*

*Morbillos* verminosos sistit Christian. Franc. Paullin. in *App. M. N. C. Dec. II. A. V. obs. LXXXIV. p. 54.*

In *Scabiosorum* quoque *pustulis* reperiri notat *Joh. Cosmus Bonomus* l. 6. p. 34.

Vermiculationem in *Peste* demonstravit *Athanas. Kircherus* in *scrutin. Pestis. conf. D. Seb. VVirdig. Medicin. spirit. L. I. c. XXVIII. §. 12. sqq. p. m. 176. sqq.*

*Salivam* verminantem vidit *Excell. Dn. D. Joh. Dolaus M. N. C. Dec. I. A. IX. & X. obs. CXXX. p. 306. conf. Bonet. Medicin. Septentri- on. L. II. Sect. III. c. 3.*

Vermes intra *Lingvæ venam* stabulantes sistunt *Dn. Collectores Ephem. Germ. D. I. A. VIII. obs. c. p. 187.*

In medio *Gulæ Lumbricum* vivum invenit *D. Olavus Borrich. in Ep. ad Bartholin. Cent. III. Ep. XCVII. p. 470.*

De *Sanguine* verminoso vid. *Tb. Bartholin. M. N. C. Dec. I. A. I. obs. L. p. 128. conf. App. p. 83. Joh. Jac. VVepfer. in Schol. ad obs. XVI. M. N. C. Dec. II. A. VII. p. 32. &c.*

Et quis singula enumerare vellet, quæ passim notant *Artis nostræ periti*? qui ut in *Vermibus Sanationis*, ita & *Symptomatum* variam experiuntur *Fortunam*, dolosa haud raro ludentem specie vel exercitatisimum *Medicum*.

Sic *Febrium* frequenter larva incedunt, earumque causa existunt: quæ vero exclusa hostili turba solvuntur. vid. *D. Caspar. Theophil. Bierling. M. N. C. Dec. I. A. II. obs. CLIV. p. 242. D. Emanuel König. Dec. II. A. V. obs. XCIX. p. 207. D. Joh. Theod. Moeren. Dec. III. A. I. obs. LXXI. p. 104. D. Marc. Gerbez. l. c. obs. LXXVI. p. 114. conf. l. c. obs. CXXXVI. p. 229. D. Jac. Augustin. Hunervolff. D. III. A. II. obs. CXVI. p. 121. Zacut. Lusitan. L. II. Prax. admir. obs. XLII. & L. IV. Med. Pr. Hist. XLVI. Qv. XLII. Horst. Epist. Medic. Sect. XVIII. Forcst. L. VI. obs. Medic. IV. & V. Vit. Riedlin. Cent. I. observ. Medic. LXIX. p. 65. &c.*

*Pleuritis* quoque à *Febri* verminosa haud raro oritur. vid. *Joh. Jac. Harder. Apiar. obs. XCVI. p. 366. Christian. Franc. Paullin. in App. M. N. C. Dec. II. A. V. obs. LXVIII. p. 40. Joh. Schenck. L. II. obs. XCII. River. Cent. I. obs. LXXV.*

*Morbum vermicularem* epidemice grassantem observat *B. Dn. D. Georg. Hannam M. N. C. Dec. II. A. V. obs. CLXIX. p. 345.*

*Arthritici doloris causam ex vermibus declarant D. Andr. Stiffer. Exam. Aqvar. Hornhusan. §. 12. D. Theod. Zyringer. M. N. C. Dec. III. A. II. obs. CVI. p. 141.*

*Maniam ac Rabiem induxisse verminosam sobolem docent Excell. Dn. D. Vvedel. Diss. de Morbis à Fascino. p. 29. D. Christian. Franc. Paullin. in App. M. N. C. Dec. II. A. VI. obs. LX. p. 78. Anton. de Pozzis, Dec. I. A. IV. & V. obs. XXXVII. p. 33.*

*Vermes Nymphomania autores probat D. Christian. Franc. Paullin. l. c. obs. LXVI. p. 40. qui & inde Choream S. Viti lunaticam tradit ortam l. c. in App. ad A. V. obs. VIII. p. 10.*

*De Asthmate a vermibus vid. D. Petr. Rommel. M. N. C. Dec. III. A. IV. obs. XIX. p. 41.*

*De Incubo à vermibus vid. Sennert. L. I. Prax. P. II. c. XXIX.*

*De Italo verminolo Germanice loquente, quod tamen nunquam didicerat, vid. Cardan. de variet. rer. L. VIII. c. XLIII.*

*De Catalepsi ex vermibus vid. Schenck. L. I. obs. CVII.*

*De Obmutescencia à vermibus vid. Excell. Dn. D. Georg. VVolfgg. VWedel. Diss. de voce. p. 38.*

*Cæcam & mutam ex vermibus restitutam notavit B. Dn. D. Hannæus M. N. C. Dec. II. A. V. obs. CLXX. p. 346. conf. D. Godefr. Tomasius D. III. A. III. obs. CXCI. p. 321. D. Carolus Schreæter. Dec. III. A. IV. obs. LXVII. p. 125.*

*Paralyseos causam existere hos Nebulones notarunt D. Phil. Sal-muth. Cent. I. obs. XLIV. p. 29. D. Christian. Franc. Paullin. in App. M. N. C. Dec. II. A. V. obs. XIX. p. 15. Joh. Victor Jagerschmid. Dec. III. A. III. obs. CIV. p. 195.*

*Contracturam universalem aliaque mira symptomata sistit D. Christian. Franc. Paullin. M. N. C. Dec. I. A. VI. & VII. obs. CCXXXVI. p. 342.*

*Epilepsiam & Convulsiones à vermibus, vid. Vit. Riedlin. Cent. III. obs. XLII. p. 329. D. Andr. Stiffer. Act. Laborator. Chemic. specim. II. c. IV. D. Joh. Christian. Frömmann. M. N. C. Dec. I. A. VI. & VII. obs. CLXXXVII. p. 244. D. Phil. Marc. Marci. D. II. A. I. obs. CXX. p. 307. Rosin. Lentil. Miscell. Medic. Practic. P. II. p. 364. Joh. Schenck. obs.*

obs. Medic. f. 356. D. Gothofr. Thomaf. M. N. C. Dec. III. A. III. obs. CXCI. p. 321.

De vermibus Horrorem continuum inferentibus vid. *Christian, Frider. Garmann. M. N. C. Dec. I. A. I. obs. CIV. p. 311.*

De Cardialgia ex vermibus vid. *Thom. Bartholin. Act. Med. Haffn. Vol. I. obs. XXXIV. p. 118. Joh. Schenck, l. c. f. 363. Ehrenfried Hagedorn. Hiftor. Medico-Physic. IV. p. 160. D. Ambros. Stegmann. M. N. C. Dec. III. A. I. obs. VII. p. 22.*

De Dysenteria castrensi, ejusque causa verminosa & curatione, vid. *Thom. Bartholin. Act. Med. Haffn. Vol. V. obs. XXXV. p. 96.*

Iliacam passionem à vermibus in Puerpera misera, vidit D. *Joh. de Muralto M. N. C. D. c. II. A. V. obs. CXVIII. p. 300. in alia Muliere D. Jac. Augustin. Hunervvolf. D. II. A. V. obs. XIX. p. 32.*

Vigiliarum diurnarum causam esse vermes, vid. D. *Georg. Hieron. Vesch. M. N. C. Dec. I. A. VIII. obs. XXXVI. p. 66. Beniven. de Abditis cap. XCII. &c. &c.*

Sic furit in miseros homines animata putredo

Extremumque ferunt vulnera tecta diem.

Plura huc quadrantia desiderantem B.L. remittimus ad D. *Christiani Francisci Paullini Astibulsum Nobilem Dynastam ab Ilfeld, tanquam Synopsis Nosologiæ animatæ, in App. M. N. C. Dec. II. A. VII. p. 103. sqq.*

Ludit, uti diximus, haud raro dira hæcce soboles Medicorum solertiam, & in possessione hospitii adeo pertinax est, ut vel maxime tritis non propellatur remediis; quinimo tam arcte nonnunquam cum pituita intestinali membranisque coalescit, ut non ante dimoveatur sede, quam in ramenta frustillata, & in speciem Tabi saniosi redacta fuerit. Quod Lunæ phasium non magis sint observantes quam Solis aut aliorum Planetarum, erudite, ut solet, evincit perspicacissimus ille Holsatiæ Æsculapius *Joh. Nicol. Pechlin. Observ. Physico-Medic. L. I. c. LXIV. ubi se vidisse asserit animatam hancce putredinem ad Lunæ deliquia frustra exagitatam ad novam s. plenam lucem vel sponte sine magno adeo labore produisse. Quemadmodum autem non una eademque omnium Lumbricorum est indoles, sic quoque ratione fermenti ex quo generantur,*

specifica anthelmintica esse varianda, maxime credimus; ne dicam de aliis obstaculis optima media fallentibus, quorum catalogum pagina non capit. conf. *Anton. van Leeuwenhoek Arcan. Nat. cap. LXXVIII p. 402. 404.* Inimico autem tacti halitu, aut aliam vel latentem sæpe antea ob causam, qua data porta ruunt. Frequentius vero per *Alvum*, ut toto die observamus. Rara est illa Excell. Dn. D. *Joh. Ludovici Hannemanni* de Homine verminoso observatio in *Act. Med. Hassn. Vol. III. c. XI. p. 20.* quam habet ex relatione Pastoris cujusdam. Is postquam de ennum vel ultra, mutatione aëris imminente ac instante tempestate immanes sustinuerat cruciatus, tandem maxima vermium caterva ipso vel in strato decumbente, vel sedente, vel ambulante, vel aliud quid agente, ordinaria via, non admixtis aliis excrementis, ex corpore ejus prodierunt. conf. *l. c. obs. LVI. p. 18.*

Vomitu excretos vermes bis nuper intra octidai spatium nos vidisse, supra dictum. conf. *Balthas. Tim. à Gùidentlee Ep. Medicinal. L. II. Ep. V. p. 551. Excell. Dn. D. Georg. VVolfsg. VVedel. Disp. de Morbis à Fascino p. 30. Act. Med. Hassn. Vol. III. obs. XI. p. 21. Joh. Helvrig. observ. Physico-Medic. LXXX. p. 242. Remb. Dodon. observ. Med. p. 103. 174. Vit. Riedlin. Cent. III. obs. XXXIX. p. 324. D. Sim. Schulz. M. N. C. Dec. I. A. III. obs. CCLVIII. p. 460. conf. A. VIII. obs. XIV. p. 22. D. Joh. Peterson Hain. l. c. A. IV. & V. obs. LXXX. p. 64. D. Christian. Paullin. D. I. A. VI. & VII. obs. CCXXXIV. p. 342. D. Gothofr. Sam. Polif. D. II. A. IV. obs. XXXIX. p. 96. D. Marc. Gerbez. D. III. A. I. obs. LXXXVI. p. 114. Rosin. Lentil. D. III. A. IV. obs. XXIII. p. 51. sqq. conf. ejusd. Miscell. Medic. Practic. P. I. p. 81.*

Vermium copiosam at salutarem άνω καὶ κάτω excretionem observat D. *Joh. Laur. Fehr. M. N. C. Dec. II. A. I. obs. CLXIV. p. 389.*

Per Nares vermes excretos notant D. *Joh. Jac. Harder. Apiar. obs. XCVIII. p. 368. D. Anton de Pozzis M. N. C. Dec. I. A. IV. & V. obs. XXXVII. p. 33. D. Joh. Georg. Ernst. D. II. A. I. obs. XCIX. p. 228. D. Christian. Menzel. D. II. A. II. obs. LVII. p. 93. Thom. Bartholin. Cent. II. Ep. LXXIV. p. 641. Ep. LXXXV. p. 681. D. Joh. Mich. Fehr. in Hier. Picr. p. 79. Fernel. L. V. Pathol. c. VII. Petr. Borell. Cent. II. obs. LXX.*

D. *Conr. Victor. Schneider. de osse cribriform. p. 440. sqq. Nicol. Tulp. L. IV. obs. I. Forest. L. XXI. obs. XXVIII. Jac. Holler. L. I. de morb. int. c. LIV. Gril. Fabric. Hildan. Cent. I. obs. VIII. & Cent. V. obs. I. Theod. Kerkring. observ. Anat. XLIII. Remb. Dodon. observ. Medicinal. p. 193.*

Per Aures exclusos tradunt D. *Phil. Jac. Sachs in Schol. ad observ. CXLVII. M. N. C. Dec. I. A. II. p. 232. D. Joh. Georg. Volckammer. l. 6. A. III. obs. CCLVII. p. 481. Remb. Dodon. observ. Medicinal. p. 206.*

Vermes ex Abdomine repentes vidit D. *Christoph. Ræslor. M. N. C. Dec. I. A. III. obs. CCCXLIV. p. 553. conf. Thom. Bartholin. de Morb. Biblic. p. 81.*

Vermium per umbilicum excretorum mentionem faciunt Dn. D. *Joh. Doleus Ep. III. ad B. Dn. D. Joh. Jac. VValdschmid. p. 219. D. Salom. Reifel. M. N. C. Dec. II. A. VII. obs. XV. p. 25. D. Christian. Franc. Paullin. in App. M. N. C. Dec. II. A. V. p. 58. conf. de Verme umbilicali Sennert. L. III. Prax. P. X. de Morb. Abdom. c. IV. p. 984. Phil. Salmuth. C. II. obs. LXI.*

Per Vrethram cum Urina prodeuntes vermes notant D. *Joh. Jac. Harder. Apiar. obs. XCVIII. p. 368. Dn. D. Joh. Nicol. Pechlin. l. c. obs. XVIII. p. 42. sqq. D. Ebfrenfried Hagendorn. M. N. C. Dec. I. A. III. obs. XXVIII. p. 44. D. Joh. Schmid. D. I. A. IV. & V. obs. CLVI. p. 189. D. Sim. Schulz. D. I. A. VIII. obs. XIV. p. 22. D. Gothofr. Sam. Polifius A. IX. & X. obs. XIII. p. 51. Dn. D. Joh. Ludov. Hannemann. D. II. A. VI. obs. XXXI. p. 85. D. Ernest. Sigum. Græfius D. II. A. X. obs. LIX. p. 106. D. Joh. Christian. Menzel. D. III. A. III. obs. CXVII. p. 207. Generosus atque Excell. Dn. D. Georg. Franc. de Frankenau D. III. A. IV. obs. II. p. 4. Gy. Fabric. Hildan. Cent. V. obs. L. D. Joh. Georg. VValther. in Sylv. Med. p. 1407. Phil. Salmuth. Cent. I. obs. XLIX. Joh. Schenck. obs. Medic. f. 501. Holler. de Morb. int. L. I. Cap. L. p. 336. Joh. Matth. Heff. obs. Med. Cas. III. p. 130. Theod. Craan. Tr. de Homine c. X. p. 81. & ad b. l. Dav. Grubener. in Medicin. vet. restit. p. 81. &c.*

Cum Semine ejaculatos vermes oculo armato observavit supra laudatus Anton. van Leeuwenhoek. conf. Thom. Bartholin. jun. Act. Med. Haffn. Vol. V. obs. VII. p. 24. D. Christian. Francisc. Paullin. in App. M. N. C. Dec. II. A. V. obs. i. p. 6.

Per uterum rejectos vermes viderunt *Cornel. Stalp. van der VViel. obs. rar. Cent. II. obs. XXIX. p. 310. Christian. Franc. Paullin. Tr. de Angvilla Sect. I. c. II. p. 80. Balthas. Tim. v. Gündenflec L. IV. Cas. Medicinal. VI. p. 204. D. Nicol. Gril. Becker. M. N. C. Dec. I. A. VIII. obs. LXXII. p. 120. Benjamin. Scharff. Dec. I. A. VIII. obs. XXIV. p. 72. conf. A. IX. p. 457.*

*Lachrymas verminosas in Anu lippiente Maritum in exequiis deficiente vidit D. Jac. Augustin. Hünervvolff. M. N. C. Dec. II. A. V. obs. XX. p. 32.*

*Menstrua verminosa observat Dominic. Panarol. Pentec. IV. obs. XII. conf. Christian. Franc. Paullin. observ. Medico-Physic. XV. p. 13. in App. M. N. C. Dec. II. A. V.*

Ita stupendum illud omnipotentiae Divinae Exemplar Homo, cui non sine tacito quidem mysterio *ὁσὴ ἐπιγέλις* nomen impositum fuit, variis calamitatum myriadibus obruitur, ut merito ei praefigeres illud *Lotharii* Imperatoris symbolum; *ubi Mel, ibi Fel.* Totus enim quantus nil nisi Morbus est: quinimo *אנוש רמה* : *אדם תולעה* ; *וכן אדם תולעה* *Adam Putredo, & Filius Homini<sup>2</sup> vermis*, juxta illud *Job. XXV. 6.* quorum verborum interpretem se sinit *Athanas. Kircherus L. de Peste Sect. II. c. IV. & de Mund. subterr. L. XII. Sect. II. c. VII h. m. Omnis Homo tam vivus quam mortuus, innumerus, licet insensibilibus vermiculus scater, omnesque morbi tam inquam externi, vermibus obnoxii sunt.* In hujusmodi vero vermiculis funestae malignitatis incunabula latere, esseque illa insecta nil nisi meram & funestam malignitatum officinam spiracula vitae truculenter oppugnantem, credit *Augustus Hauptmannus in Ep. ad Athanas. Kircher.* Causam animatae hujus putredinis ingenio magis quam naturalis Philosophiae legibus, quarum subtilissimus alias est interpres, pomò vetito a Protoplastis comesto tribuit *Job. Marcus Mar. à Kronland,* quasi invidiae Diaboli instrumento, quo Mortis Candidatus factus est Homo natura sua alias inexterminabilis. In eo enim forte radicem illam vivae mortis imaginis delituisse & demum in chylo, sanguine ipsaque corporis substantia superstitem mansisse, ac in posteròs cum semine esse propagatam credit,

dit: in qua thesi stabilienda mentis acumen exercet in *Philosoph. Vet. restit. P. IV. subject. IV. p. 467.* Aut enim Ideas seminales exitiosæ sobolis fructui arboris veritæ ab initio implantasse summum rerum opificem, aut eo momento, quo execrabile desiderium excitavit serpens impostor, gustandi fructus dulcedinem in Primævorum Parentum animis, nutu divino se explicasse easdem, statuendum foret; de quo cum sacræ taceant paginæ, doctam profiteri ignorantiam absque turpitudinis nota quemlibet posse, credimus. At iussu Creatoris exules factos extra Paradisi pomœria, cum herbis ac fructibus varia insectorum seminia deglutivisse immortalitatis jure privatos, veritati cur repugnet, non videmus. Hinc iis non adstipulamur, qui *Vermes* malignorum affectuum aut putredinis causam credunt, cum ejus tantum sint productum, quod ex principiis fermentationis chemicæ acido cuidam calido tribuit *David von der Befe in Experiment. circa Natural. rer. principia p. m. 170.* Sic ex putredinis ulcerum acido animatam hancce sobolem generari quotidie docemur: quinimo, quod Infantum præsertim corpuscula *Lumbricorum* sint Hospitia cum in ventriculis illorum lac acescat facillime & verminosum evadat, adstipulante *Athanas. Kirhero Mund. subterr. L. XII, Sect. I. c. X. f. 352. Sect. II. c. I. f. 357.* qui lac vermibus refertum, præcipue si sit acidum, ope Microscopi observavit, concedimus. conf. *Borell. Obs. Micr. 2.* Ita vero unius corruptionem alterius esse generationem, largiremur Peripatheticis, ac iis qui in horum iuto adhuc voluntur, nisi putredini per se illam vermium generationem tribuerent, quam tamen instar menstrui occasionabiliter tantummodo ad dissolutionem mixti concurrere credimus: sequeretur enim alias Ideam hancce verminosam esse partem Ideæ humanæ, cum singula ex proprio generari seminio sana ratio tot experimentis roborata evincat. Horum specimina sistunt *Fr. Redi de Gener. Insect. p. 135. Joh. Cleric. de rebus Corporeis L. V. c. 3. Hook. in Micrograph. Anton. Le Grand. P. VII. Instit. Philosoph. c. XXII. Phil. Bonannus in observ. circa Viventia quæ in rebus non viventibus reperiuntur, it. in Micrograph. curios. aliusque.* Generationis modum juxta naturæ leges si explicare sustinerem, in volumen abiret commentariolus; legi ex multis & præter jam ci-

tatos interim possunt pro sententia hacce stantes Dn. D. *Christiani Vateri* Diss. de Vermibus intestinor. habit. VVitteb. 1687. *Georg. VVolffg. VVedel.* Pathol. Medico-dogmatic. Sect. II. c. 5. *Christian. Frider. Gar-*mann. Oolog. curios. dissert. II. conf. M. N. C. Dec. I. A. VI. & VII. p. 246. D. II. A. VIII. p. 345. *Joh. Goedars.* de insectis *Just. Cellar.* Diss. de viventibus & sponte nascentibus habit. Helmst. 1679. *Joh. Bapt. v. Hel-*mont. *Tumulus Pests.* Autor. *Philosoph. vet. & Nov. Phytic* P. III. Dissert. 3. *Mich. Ettm.* II. Oper. T. I. f. m. 690. T. II. f. 177. *Christian. Lang.* Pathol. animal. p. 472. sq. *Joh. Marcus Marci* à Kronland. *Philos. vet. restit.* P. IV. subject. 4. *Marcell. Malpigh.* Tr. de Gallis. *Joh. Schrvammerdam.* Hist. Insector. *Melch. Frider. Geüder.* Dissert. de ortu Animalium subject. Diatribæ de Fermentis variarum corporis animalis partium specificis & particularibus. *Athanas. Kircher.* *Scrutin. Pests* Sect. I. cap. VII. *Christian. Franc. Paullin.* Tr. de Angvilla. Sect. I. c. 2. p. 57. 80. *Joh. Cosm. Bonom.* *Observ. circa humani corporis Teredinem.* in App. M. N. C. Dec. II. A. X. p. 35. sqq. *D. Sim. Schulz.* Dec. I. A. III. obs. CCLXI. p. 471. *Dn. D. Luc. Schröck* in Schol. ad obs. XCIX. Dec. II. A. I. p. 230. conf. *Ejusd. Schol.* ad obs. CX. A. II. p. 265. it. ad obs. XXXIX. A. IV. p. 98. it. ad obs. LIII. Dec. III. A. II. p. 63. *D. Joh. Laur. Febr.* Dec. II. A. I. obs. CLXIV. p. 389. &c. &c. *Mittimus reliqua:* Generationem Murium, Lacertarum, Serpentum, Scorpionum &c. in corpore Humano, alio tempore explicaturi,

Die 19. Septembris *Daniel Maday*, Nobilis Hungarus (an. 1668. Modræ natus, ac Cremnitii, Thorunii, Regiomonti literis imbutus) sub moderamine *D. Casparis Bartholini*, pro obtinendis summis in Medicina honoribus, Dissertationem inauguralem de *Afcite Hydropæ* publico eruditorum examini submitit. (4. plag. in 4.)

Prodiit etiam *Concio funebris*, ante aliquot annos in funere *Oththonis Schiel* Equitis, &c. ab *Henrico Bornemanno*, SS. Theol. D. & Selandiæ Episcopo, habita, cui titulus: *Guds hos de Gode / i deris Velmagt / siquende og ledende / og i deris Alsmagt styrkende og opholdende* *Haand/forestillet af Davids XXXVII. Psal-*

Psalmes 23. og 24. vers / hvilcke Ord ved Guds Naade blefve efter  
 Begjæring forklarede/der den Høyadle og Velbaarne / nu hos Gud  
 Salige Herres / *St. Hr. Otto Steel, Christensøns* / til Vallør/  
 Ridders / *Konigl. Majest. forðum høyeberode Geheime / Estas og  
 Justis Raads / &c. Hans salige Krig og Legome udi een Høy-Adelig  
 og af alle Ständer Høy-afelig meget Gølfce-rlig Forsamling udi sic  
 Sofves Kammer og Hvilke-Ståd udi Wallöbye-Kirke / udi Diefver-  
 stov-Herrede; den 26. Junii 1695; heel præctigen blef nedersat: Af  
 Henric Bornemann / D. Biscop ofver Sälands Gult. Råd-  
 behafn / hos J. J. Bornheinrich / 1699.*

## KILONII

Præside *Nicolao Martini*, IC. & Antecessore primario, Pand.  
 & Phil. Civ. Prof. *P. Christianus Henricus Vveidemann*, Lipsiensis,  
*Positionum Juris Civilis Specimen quartum, de Jure Personarum,*  
 d. 2. Septembris publicè defendit. (1. plag. in 4.)

Præside *Johanne-Friderico Mayero*, Augustissimi Regis  
 Sveciæ per universas Germaniæ Provincias, & Reverendiss. Ab-  
 batissæ Qvedlinburgensis Consiliario in sacris Primario, SS. Theol.  
 D. ejusdemqve Prof. Ord. ac Facultatis suæ h. t. Decano, nec non  
 Pastore ad S. Jacobi apud Hamburgeries & Scholarcha, de  
*Doctoratu Theologico Miscellanea*, Eruditorum examini exposuit  
*Vvernerus Ericus Tonnemacher*, Verdensis. (3. plag. in 4.) Dispu-  
 tationis hujus Argumentum 1. docet, Lutherø Romæ an. 1527.  
 Papalem dignitatem testamento legatam fuisse; qvòd à militibus  
 Germanis factum, in ludibrium obsessi in arce S. Angeli Clemen-  
 tis VII. Pontificis, hitrionico gestu Papam atqve Cardinales refe-  
 rentibus. Argumentum 2. narrat, in Sorbonà Doctorem Theo-  
 logum Lutheranum à Facultate Theologicà Tubingensi aliqquando  
 renuntiatum fuisse; scilicet *M. Balthasarum Bidembachium*, qvera  
*D. Jacobus Beurlinus*, designatus Academiæ Tübingensis Cancellar-  
 rius, præsentè *D. Jacobo Andrea*, aliisque, Lutetiæ Parisiorum è  
 Cathedrâ Collegii Theologici Sorbonæ, Doctorem creavit. Ar-  
 gumentum 3. agit de Ritibus & impensis circa Doctoratum Theolo-  
 gicum,

gicum, de quibus partim *Vvaldensium*, partim verò *Martini Buceri*, citra omnes ceremonias & sumtus ab Academiâ Cantabrigiensi Doctoris titulo ornati, sententia expenditur. Argumentum 4. disquirat, quare *Philippus Melancthon* abstinerit à gradu sive dignitate Doctoris Theologiæ, asseritque, id nequaquam ad exemplum *Carolo stadii*, sed potius metu oneris, nimiaque modestiæ & diffidentiæ sui factum. Argumentum 5. disceptat, an Fœminæ Doctoris Theologiæ gradu ornandæ sint? ubi exemplum *Helene Lucretiæ Piscopiæ Cornaræ* affertur, quæ licet lauream Philosophicam an. 1678. obtinuerit, summis tamen honoribus Theologicis fuit prohibita. Interim ICTos hac in parte olim haud difficiles fuisse, & non tantum axioma Doctoris, sed & Professoriam dignitatem fœminis contulisse, *Beltiziæ Gozadiniæ*, superiori sæculo Doctoris & Professoris Bononiensis, exemplo docetur. Immo etiam honores supremos Theologicos aliquando fœminis haud negatos fuisse, exemplo *Isabelle Losæ*, Cordubensis, evincitur; allatis simul Scriptorum Pontificiorum testimoniis, qui fœminis, eruditione & sapientiâ præstantibus, munus publicè docendi concedi posse contendunt. Quod tamen negatur, simulque fœminas summorum in Theologiâ honorum neutiquam capaces esse asseritur. Argumentum 6. denique refert, *Jacobum Mazonium* non amplius sex mensium spatio studio Theologico vacasse, & Doctoratûs deinde honores esse consequutum. At tantum abest, ut Auctori illud mirum videatur, quin potius eum non paucioribus mensibus Theologiæ Pontificiæ cursum absolvisse miretur.

Die 30. Septembris *M. Johannes Albertus Fabricius*, Lipsiensi, Philosphiæ Moralis & Eloquentiæ in Gymnasio Hamburgensi Professor Publicus, (postquam die 27. Sept. & sq. *Lectiõibus Cursoriis* Loca ab Apostolo ex Poëtis adducta Act. XVII, 28. 1. Cor. XIV, 33. Tit. I, 13. explicavit) Præside paulò antè dicto *D. Iohanne Friderico Mayo*, Exercitationem Theologicam Inauguralem de *Recordatione Anima humana post fata superstitis*, pro Licentiâ impetrandi summos in Theologiâ honores, publico examini subiecit.

jecit. (8. plag. in 4.) Dissertatio hæc in duas partes dispescitur, ac Partis I. Sectione I. docetur Recordationem animæ post fata ex Rationis scitis à priori demonstrari non posse, & satis esse Theologo, si ostendatur, à Philosophis non posse demonstrari contrarium. Sect. 2. Recordationem animæ humanæ post fata Rationi non repugnare, per partes ac distinctè ostenditur. Sect. 3. Nullà certà experientià constare, quod animæ humanæ post fata non recordentur; ubi agitur de pacto eorum, qui amicis superstitionibus post mortem se de statu animæ suæ rationem reddere promiserunt, nec sunt reversi. Sect. 4. Probabilius esse, ac tutius credi, quod animæ humanæ post fata recordentur, si vel maximè ex Scripturarum divinarum testimonio de hoc nobis non constaret. Partis II. Sectione I. docetur, etiamsi non probabile videretur rationi, animos post discessionem à corpore recordari, tamen hoc firmà fide tenendum & certissimo assensu complectendum esse, quia in sacris Literis disertè traditur. Exhibetur simul brevis conspectus præcipuorum argumentorum, quibus probatur, Scripturæ testimonium esse divinum & omni exceptione majus. Sect. 2. Ex Oeconomia generali Religionis ante-Legalæ, Mosaicæ & Christianæ, tum ex variis locis utriusque fœderis clarissimè confirmari testatumque esse, quod animæ humanæ post fata recordentur. Sect. 3. Qvalis sit, & circa quænam versetur memoria animæ humanæ, tum à corpore separatæ, tum in resurrectione ipsi iterum unitæ. Sect. 4. de affectibus ex memoriâ isthac in mente orientibus, & num recordatio illa beatis pudorem moeroremque, damnatis gaudium movere possit, Tandem Sectione 5. De usu ac momento hujus doctrinæ agitur. Ad audiendam hanc Disputationem Inauguralem, laudatus antea *D. Job. Frid. Mayerus*, curioso Programme, de *Pactò Adparitionis post mortem*, Auditores invitavit, quò non solum varia pacti illius exempla recensuit, sed etiam de moralitate ipsius commentatus est. (3½. plag. in 4.) Eodem Programme teste, Candidatus hic an. 1668. d. 11. Novembris Lipsiæ lucem vidit, patre *VVernero Fabricio*, Musico literato & Pœfos peritissimo, matre verò *Corthumiâ*, quæ

gens illud prorsus singulare habet, quod vicinæ Bergerdorffien-  
 si Ecclesiæ, à Reformationis tempore, ad hunc usque diem, rarò  
 exemplò, non interruptà serie Pastores dederit. A primis pu-  
 eritiæ annis utroque parente orbatus, at Dei Providentiâ & Mæ-  
 eenatum favore suffultus, in patriâ non tantum, sed & Quedlin-  
 burgenſi Scholâ literarum fundamenta posuit, ac inde redux Lip-  
 ſienſi Academiæ nomen dedit, quæ ipsum an. 1686. *Baccalaureatus*  
 gradu, & biennio post *Magistri* titulo ornavit. Varias quoque  
 in hac Academiâ patria ipse Præses Dissertationes Philosophicas  
 ventilavit, unam de *Numero Septuagenario*, duas verò pro lo-  
 co in Facultate Philosophicâ obtinendo, quarum prior de *Cavilla-  
 tionibus Stoicorum*, posterior de *Platonismo Philonis Iudæi, adver-  
 sus Joh. Fonsium*, egit. Binas insuper ibi *Orationes* in Tem-  
 plo Paulino habuit, alteram in *sesto Reformationis Lutheri*, alteram  
 verò de *Resurrectionis Christi evidenti veritate*. In Theologicis  
 quadruplici vice Respondentis partibus publicè functus est, semel  
 sub præsidio B. D. *Mæbii*, bis sub B. D. *Alberti*, & semel sub B. D.  
*Carpzovio*. Ab an. 1693. Hamburgi apud D. *Joh. Frid. Mayerum*  
 commoratus, per quadriennium & trimestre integrum, singulis  
 Mercurii diebus in æde S. Jacobi verba sacra fecit, & conciones  
 matutinas habuit. Isto Hospite suo Præsede etiam an. 1695. Kilo-  
 nii (in præsentia duorum Cimbricæ Principum ac Brunsvicensis  
 Ducis) de *alogo sive irrationali Logicâ Pontificiorum* disputavit, ac  
 eundem an. 1696. in Sveciam comitatus, non tantum viris litera-  
 tis istius regni, sed ipsi quoque Regi innotuit. Editis etiam vari-  
 is ingenii monumentis de publicò bene mereri cœpit, utpote:  
*Centuriâ Plagiatorum*, & *Exercitatione de Lexico Græcis*, quæ bre-  
 vi longè auctior in Belgio lucem iterum adspiciet, sub titulo *Historiæ  
 Lexicorum Græcorum; Notis brevibus ad Historiam Aristæ de LXX. In-  
 terpretibus*, quæ extant ad calcem novæ editionis Operum *Jose-  
 phi*, Lipsiensis; Libro *Judith, Tobie, Sapientiæ & Sirachidis*, cum  
*Prolegomenis*; in primis autem *Bibliothecâ Latinâ*, sive Notitiâ vete-  
 rum Scriptorum Latinorum, in quâ primus ingentem lacunam *Eu-  
 stathii ad Dionysium Periegetem*, supplevit. Tacemus alia, partim ad  
 prælum parata, partim verò sub eo jam sudantia, ut: *Marinum*  
 de

*de vitâ Procli*, alterâ parte auctiorem, qui jam Hambürgi excuditur, cum versione & notis; *Bibliothecam Græcam*; *Eunapium* ex pluribus MSS. emendatum; *Chalcidium*, ad MSS. & veterem editionem Parisiensem recensitum, Græcisque auctorum locis, animadversionibus ac figuris Mathematicis illustratum; *Dicaarchi de Monte Pelio* fragmentum, nunquam hucusque editum; *Isidori Characeni Stathmos Parthicos* è MSS. auctos & emendatos, qui jam Oxonii excuduntur in Tomo II. Geographorum minorum Græcorum V. Cl. *Jo. Hudsoni*; Spicilegium ad *Manethonem*, brevi unâ cum *Marino* proditurum; Poëma *Maximi* ἠερὶ καταρχῶν; Anonymi Christiani Dialogum de *Astrologiâ*, qui inscribitur *Hermippus*, &c. Tandem sub initium hujus anni Professionem Logicæ & Metaphysicæ in Gymnasio Hamburgensi ambiens, *Specimen Elencticum Historiæ Logicæ* publicâ Disputatione proposuit, ac paullo post *B. Vincentio Placcio* rebus humanis exempto, Amplissimi Scholarcharum Collegii suffragiis, in publicâ *Philosophiæ Moralis atque Eloquentiæ*, Professione successit, quam die 29. Junii solenni Oratione de *ratione & Præstantiâ eloquentiæ Epicteti* auspiciatus est.

*Solutio questionis, cur aër medio æstatis tempore æque frigidus quandoque sentiatur, ac in gelidissima hyeme esse solet?*

per

*Wilhelmum Huldericum Waldschmidt / Med. D. ejusdemque  
& Philosophiæ Experimentalis Professorem in Academia Kiliensi Ordinarium.*

Quemadmodum *Africa* novi semper quid alere per proverbium olim dicebatur, ita de *Galliâ* merito dicere possumus, varii generis *Nova* eruditis suppeditante, hoc nostro præsertim tempore, quo si usquam alibi, apud Gallos certe *Artes & Scientiæ Regiâ* suffultæ magnificentiâ florent & maximè vigent. Loquuntur hoc ipsum & luce meridianâ clarius ostendunt, *Academiæ* variæ, quæ ut augendis scientiis curam omnem impendunt atque solertiam, ita collatis suffragiis & undique conquisitis, de abstrusis rerum naturalium causis

placide inter se differunt, ut quid vero magis sit consentaneum evidens fiat, & abstrusa τῶν φαινομένων causa, è tenebrarum puteo in lucem trahantur. Et laudabilem hunc nec ullis encomiis deprædicandum satis scopum, proposuisse sibi videtur inclyta *bonarum literarum Societas Itholosana*, quæ promulgato haud ita pridem Programmate theorema physicum tanquam Eridis pomum, eruditus solvendum objecit: *cur nempe ær medio æstatis tempore æquè frigidus quandoque sentiatur, ac in gelidissimo hyeme esse solet? Quamvis verò nullus dubitem, fuisse jam inter Eruditos quos Gallia fovet, à quibus huic quæstioni satisfactum sit, nec spes avara obtinendi præmii, argentei scilicet nummi aut medallionis ut vocant, isti cessuri, qui acu rem tetigerit, sollicitum me teneat, qui probè novi Philosophos Gallos non faciliè extra Regni limites id ipsum concessuros Germano; malui tamen subortas mihi circa hanc quæstionem cogitationes publici juris facere, quàm silentio easdem præmere, ut si fortè (quod in re tam abstrusa faciliè fieri potest) à scopo longè aberraverim, hoc saltem laudis reportem, quod aliis in causam ejus inquirendi occasionem præbuerim, ne Philosophiam inter Germanos penitus nunc exulare existiment Galli. Et ut sententiam meam, quantum quidem fieri potest stabilire queam, removendas necessariò censui celebriores præ reliquis hypothetibus alias, quarum illa, aërem particulis plurimis salinis, & in specie nitrosis refertum esse multis rationibus probare nititur cum *Johanne Mayovv* in *Tr. de Spiritu nitri-aëreo*, quique has nitro-aëreas particulas summè tenues & volatiles superiori aëris regioni incumbentes, pro diverso earum statu sive ignis & caloris, sive frigoris elementa constituere l. c. p. 113. pluribus docet. Hæc verò magnetismum quendam in aëre fingit, ex sole calorem, ex aliis verò planetis, frigidioribus scilicet, frigus attrahentem, & regioni aëris inferiori communicantem.*

Priorem quod concernit opinionem, speciosa satis primo intuitu illa videtur, præsertim cum per experimenta plurima constat, ex salium nonnullorum solutione in aqua facta, extemporaneum, & artificiale frigus vel media ætate produci, quale quid observare licet, si magna salis ammoniaci copia in aqua solvatur. Sed quis quæso probabit, tantam salis sive nitrosi, sive ammoniacalis quan-

quantitatem contineri in aëre? Salia enim, nitrum præsertim, ob fixitatem & partium crassitiam vix ac ne vix quidem ignis vehementia per alembicum cogi possunt, quis credat elevari eadem in aërem, eidemque commixta per atmosphæram circumferri? Et licet concedamus inesse aëri salia ejusmodi, frigore subito præcipitabuntur, & solutis viaculis in terram decident, nec frigoris causa esse poterunt; sicut enim aqua marina tempore hyberno circa fundum magis salsa, nec proinde frigidior quàm in superficie reperitur, quod eleganti experimento probavit Mathematicus insignis, *Dn. Samuel Reyher, Juris & Mathem. Prof. Collega noster honoratissimus*; præcipitatis nempe à frigore particulis salinis, dum aquæ moleculæ ob frigus ambiens tardius agitatæ, quas sinu suo fovebant particulas salinas secum deferre nequeunt, unde hæ propriâ gravitate fundum petunt, haud secus ac salia è lixiviiis in locum frigidum positæ præcipitantur, & elegantes crystallos in vasis fundo constituunt; ita aëris partes ob frigus in minori motu positæ, salia, si quæ aëri insunt, secum rapere amplius nequeunt, hinc ille deturbantur & præcipitantur. Circa alteram de magnetismo aëreo, nunc calorem nunc frigus attrahente, nihil habeo quod rationem, cum obscuritate suâ se ipsam satis refutet hæc sententia: displicent enim, & suo merito displicent cordatis Philosophis sympathiæ illa, antipathiæ & magnetismi vocabula, non facile intelligibilia, quæ si speciosa ignorantia alyla quis vocare velit, cum occultis qualitatibus ad Anticyras releganda, per me quidem facile licebit, qui claras distinctas & evidentes rerum, per causas suas proximas deductiones, quantum quidem fieri potest in physicis requiro. Hæ igitur rationes, cum mihi satisfacere non potuerint, animo sedulo perpendi, annon aliam prædicti phænomeni causam invenire liceret, & quando calor aëris à sole ejusque radis unice dependet, nulla hic subesse videbatur frigoris, media æstate aërem occupantis ratio alia, quam impeditus radiorum solarium ad regionem nostram transitus, quæ cum in omnibus climatibus obtineat, huic quidem phænomeno explicando sufficere. Quod si probavero, posse nonnunquam aërem tempore æstivo ita disponi, ut radii solares non perpendiculariter sed refracti ad nos

dirigantur, haud invitus quis inde eliciet, esse illud unicam hujus rei causam. Ut verò sine ulla prolixitate sententiam meam proponere queam, methodus placuit Mathematica, quæ ex præmissis conclusionem sequentem in modum elicio.

*Definitio* 1. Calor est agitatio particularum minimarum secundum omnes dimensiones.

2. Frigus est minor particularum agitatio, vel etiam eandem quies.

3. Aër est corpus circa tellurem, in quod incidentes radii pro variâ ejus constitutione refringuntur.

*Postulatū* 1. Aërem in æstate nunc tenuem, nunc verò crassum æquè ac in hyeme esse posse.

2. Refractionem à diversâ particularum aërem constituentium crassitie dependere.

3. Partes aëris superiores inferioribus quandoque crassiores esse posse.

*Axioma* 1. Omnis calor aëris est à sole tanquam causa efficiente.

2. Radii solares quò magis accedunt ad perpendicularem, eò magis particulas aëris exagitant.

3. Et quo magis à perpendiculari recedunt, eò minus aëris particulas exagitare solent.

Dico igitur :

Cùm aëris regio media crassior quandoque fiat (per post. 1.) tempore æstivo, quàm inferior telluri proximè adjacens (per post. 3.) radii solares ex aëris regione media tanquam medio densiori, medium rarius, inferiorem nempe regionem subeuntes, refringuntur, (per post. 2.) magisque recedunt à perpendiculari. Sin hoc fiat, radii verò solares perpendiculariter incidentes, aëris particulas minimas vehementius exagitant (per axiom. 2.) majoremque excitent calorem (per def. 1.) qui verò obliquè incidunt, & à perpendiculari recedunt, minus aëris particulas agitent (per axiom. 3.) & frigus vel minorem saltem calorem producant (per def. 2.) calor autem aëris à sole dependeat (per axiom. 1.) sequitur, aëris regione mediâ existente magis crassa quàm inferiore tempore æstivo, aërem qui nos ambit proximè, in æstate æquè frigidum esse posse ac in hyeme. Q. E. D.

\*\* \*\*

NOVA LITERARIA  
MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

*Edita Mense Novemb. MDC XCIX.*

SVERINI

**H**enricus Masius, Scholæ Cathedralis Rector, Meditationes vernaculas de gloriosissimâ *Mannu Dei*, sive *Providentiâ, Bonitate & Ope divinâ*, ad ductum Loci Sirac. L. 24. super LIII. S. Scripturæ dicta, ex voto edidit, quibus titulus est: *Die Preißwürdigste Hand Gottes / in seiner heiligen Vorsehung / auch väterlichen Güte und Hüffe / nach Anleitung des edlen Denck. Spruchs Sir. L. 24. Nun dancket alle Gott / &c. in Form einiger seligen Gedancken und Herzens-Gespräche über LIII. erlesene Sprüche d. Schrift / bey seligen Blicken ins Heilighum in vergönneten und Gott-geheiligten Nebenstunden / seinem Schöpfer zu gelobter Danck-Abstattung / und zu Christ-geziemender Ecken-Tabung / erwogen von Henrico Masio, Rectore der hochlöbl. Cathedr. Schulen zu Schwerin. Lübeck / bey Peter Vöckman / 1699. (3. Alphab. 2. plag. in 8.)* Dicta Scripturæ, sacris hujus libri meditationibus occasionem, divinæque laudis materiam præbentia, hæc sunt: Apoc. IV, 9. Psalm. CL, ult. Pf. XXXIV, 1-4. Pf. XXXIV, 1. Ies. LXVI, 2. Exod. XV, 6. Pf. LXXX, 18. Sir. X, 4. 1. Sam. VII, 13. Sap. X, 20. Num. XI, 23. Pf. CXI, 7. Pf. LXXVII, 11. Ezech. XX, 22. Pf. XXXI, 16. Amos. VII, 7. Dan. V, 24. Hab. IV, 4. Amos. IX, 12. Pf. LXXXIX, 5. Zach. XIII, 7. Ies. XLIX, 2. Sap. XIV, 6. Pf. LXXIII, 23. Dan. V, 23. Iob. V, 18. 1. Sam. VI, 5. Iob. XXXVI, 32. Sir. II, 21. Pf. CXIV, 7. 2. Paralip. XXX 8. 9. Iob. X, 8. Sap. VII, 16. Sap. VII, 17. Pf. CXLV, 6. Ies. XLII, 6. Act. XI, 21. Luc. XIV, 39. Matth. VIII, 3. 15. Deut. XXXI, 6. Ies. XLIX, 16. Act. IV, 27. 28. Pf. XX, 7. Ies. LXV, 2. Marc. X, 13. Cant. II, 6. (VIII, 3.)

Ioh. X, 28. Baruch. III, 5. Cant. V, 4. Luc. XXIII, 26. Marc. V, 41.  
Icf. LXVI, 14. Prov. XXIII, 26.

## VVISMARIAE

*Iohannis Gröningii, I. V. D. Experimenta nova de Radiis  
Solaribus ad pondus reducendis.*

**D**E radiis Solaribus scriptum reliquit *Digheum* diligentissimus quondam apud Anglos rerum naturalium Indagator, quod in rubicundum pulverem ita eos convertere calleat, ut sub tactum cuiusvis cadant. Sed cum unde fidem huic paradoxo aucupetur, non constet, parumque exploratum, quia ratione illud nitatur, dubius hæreo, an serio rem egerit Vir magnus, temerariæque Doctrinæ. Suspectum enim, ut mihi quidem videtur, vel inde se reddit, quod in rubicundum pulverem eos convertere velit, quod fieri nullo modo potest. Cæruleum si dixisset, aliqua specie incrustatum dogma palliasset. Posito enim, haud tamen concessio, potuisse *Digheum* radios luminosos in pulverem quendam redigere, tamen natura rei expostularet, pulvis ut sit cæruleus. Nam quamquam vel maxime concedam, radiorum Solarium colorem in suprema aëris regione esse rubeum, sanguineum, purpureum, tamen cum partes illæ superiores ad centrum suum tendunt, ac atmosphæram pertransiunt, jucundam quædam metamorphosi mutant antiquum cum proprio aëri colore cæruleo. Vti id evidentissime evincitur sequenti Experimento (quo refellitur simul Philosophantium turba, colorem aëri perperam disputans: plus enim valet unum Experimentum, quam centum ratiocinia). Collige Lunæ Lumen nocturno serenoque tempore in chartam, itidemque Candelæ radios, eo modo ut Luna unam partem chartæ irradiet, alteram Candela, quod factu facile est. Et pars illa radiis Candelæ exposita, rubea apparebit, altera vero, quæ Lunæ, cærulea, quippe lumen ejusdem, uti jam antea monitum, aërem pertransire debuit, quâ viâ colorem ejus sibi copulavit depositò antiquo amictu. Videtur inde vel eadem ratione joculari voluisse Noster, ac illi naturalis Magiæ Scriptores, qui docent, so-

nos articulatos vasi includere, quod alio transportatum, ibique apertum, verba sibi commissa reddat. Quæ tamen

*Vix pueri credunt, nisi qui nondum ære lavantur.*

Magis autem ingenio humano digna disquisitione visa est, quæ aliquando me occupatum tenuit, an non ullâ arte ac invento radios Solares liceret in quodam corpore colligere, collectos ponderare, ponderatos demum quasi sub tactum eo modo reducere Pondus radii Solaribus inesse statuminavi semper, dum pro comperto erat radii aliquam crassitiem esse, quanquam hanc acie oculorum cognoscere propter summam ejus tenuitatem nemini forsan hucusque licuerit. Constabat insuper pondus radiorum ex pondere aëris, nam cum tot sint radiosæ pyramides, quot sunt in aëre puncta, in quibus radii à Sole procedentes colliguntur, inde ponderato aëre, ponderari etiam aliquo modo radios solares, more Scepticorum dubitare non licet. Verum enim verò eos solos &

abstractivè ponderabiles reddere, & ad legem Statera reducere, hic Rhodus, hic saltus erat. Atque eo difficilius mihi hoc phenomenon visum, cum in Anglia Illustrissimus *Boylius*, aliisque Regiæ Societatis Membra non minori cura, quam ingenio ad illud detegendum aliquoties quidem accesserint, sed nunquam eo successu, ut hunc *isthmum perfodere* potuerint. Ipsum *Boylium* de his loquentem dabo, ne gratis quidpiam dixisse videar.

Ita ille in *Præfat. Experim. de Pond. Ign. & Flam.* de instituto tentamine fatur: *Non modò ipsa anni tempestas minus favebat, sed & cælum continuè nubibus obductum, adeò, ut licet bonæ notæ speculis ustoris instructus essem, & aliquoties experimenta capere aggressus in corporibus diversis, plumbo, argento vivo, antimonio, crebra tamen nebularum & nubium interpositiones tentaminibus obstiterunt, &c.* Et forsan ipsemet tum temporis, cum institutum meum primùm menteolvebam, vix feliciora fata expertus fuisset, nisi occasionem subministrasset aliud Experimentum cum Phosphoro Bononiensi susceptum, quod superiori anno mens. Febr. in his Novis Literariis Erudito orbi communicavi. Lapidem enim hunc, cum ex pororum figuratione eâ virtute gaudere *Æuropsiâ* edoctus essem, ut radios Solares fortiter imbiberet, op-

- portunum satis judicabam, eò explorandi radiorum pondus. Nec spes fefellit audentem, nec successu caruit propositum. Suggestit majora postea atas, ut fieri solet, nam *δευτέραι Φωτίδες σοφωτέρας*. Sed hâc vice, cum brevitati studendum, sequentia indicasse suffecerit. Ope Phosphori Bononiensis duplici ratione res confici potest. (1) Vel Lapide solo absqve alio admixtione: Hoc modo Lapis, cujus pori per ignem jam aperti præsupponuntur, exponendus saltem Lumini Solari, & non solum Lumen concipiet, sed & radios Solares sibi junget. Vel (2) Experimento huic speculum ustorium convexum jungendum, quod ob figuram suam dispositionemqve faciliori methodo radios Solares Lapidi Bononiensi communicabit. Seligendus autem est Lapis exquisitus & ponderosior aliis, & ante Experimentum Librà examinandus, ut postea de rei veritate concludere detur. (3) Sumatur Magnesia (de quâ exactissimè pertractarunt *Cabens & Circkerus* in suâ Philosophiâ Magneticâ) & in aquâ solvatur: Liquor infundatur vitro, aëri postea exponendo; Exponatur itidem Soli Speculum ustorium convexum optimæ notæ, ita ut cum pervaditur à radiis Lucis, hos iterum ad vitrum refringere possit; tunc radii Solares poros vitri permeabunt, seque cum dicto liquore amicabile quasi consortio jungent, quod faciliè exinde constabit, si vitrum cum liquore ante & post experimentum librâ examinetur, reperta enim differentia ponderis veritatem sponte indicabit. (4) Similiter res succedet, si loco dicti liquoris Mercurius vasi includatur, cum quo utpote naturâ suâ squamoso radii Solares vi speculi ustorii se faciliè copulabunt. Plura pro Expertis addere putidum foret. Quæ interea subministrata, ansam dare possunt inquirendi majori studio in ea, ad quæ humanæ operationis industria pertingere lucusqve non potuit; in quibus & voluisse nunquam non laudatur, & excusat rei difficultas

*In nova surgentem majoraqve viribus ausum,  
Nec per inaccessos metuentem vadere saltus.*

## ROSTOCHII

*Albertus Joachimus de Krakevitz*, Eqves Mecklenburgicus, Hebraicorum & Cateches. Christ. Professor Ducalis designatus in Academia Rostochiensis, sub Præsidio *D. Andrea Danielis Habichborstii*, SS. Theol. Prof. P. & Seren. Ducis Mecklenb. Consiliarii Confistorialis, Collegii Proff. Ducal. & Facultatis suae Senioris, ejusdemque h. t. Decani, ad impetrandos honores in Theologia *Dctorales*, die 5. Octobris Dissertationem inauguralem apologeticam, de *Statutis non bonis, Israëlî à Deo datis*, ex locis *Ezech. XX, v. 25. in Apologia Augustana Confessionis p. 283. adducto*, exhibuit & contra Pietistas defendit. Dissertatio hæc in duas Sectiones dispelcitur, quarum I. *Exegetica* genuinum loci istius sensum indagat, simulque quæstionem: *an ille ab Apologia A. C. (Statuta hæc de Lege divinâ explicante) sit perversus?* examinans, id factum negat, ex fontibus maximè & coherentiam capitis ostendens, *Statuta ista non bona de Lege divinâ Ceremoniali* intelligenda esse. Sectio II. *Practica*, loci illius usum paucis indicat. (5. plag. in 4.) Candidatus hic (teste Præsidi Programme) an. 1674. die 28. Maji Gevezini (quod in districtu Stargardiensi Ducatus Mecklenburgici nobile feudum est) lucem vidit, patremque habuit V. Gen. *Bartholdum Fridericum de Krakevitz*, Hereditarium in Gevezin, Legionis quondam militaris in hospitiiis designandis Præfectum; Avum *Albertum*, Proavum verò *Bartholdum de Krakevitz*, SS. Theol. D. ejusdemque in Acad. Gryphisvaldensi Prof. primum, & Pomeraniæ citerioris Superintendentem Generalem, nobilem ex Insulâ Rugiâ Pomeranum, qui an. 1607. ætatis 21. præviâ Disp. inaug. de *Primatu Papæ*, Decano *Eilhardo Lubino*, Rostochii summos in Theologia honores obtinuit. Vestigijs hisce verè generosis à teneris insistens Noster, in Scholâ primùm Fridlandensi, ut & Rostochii, & in Colbergeni Lyceô, literis incubuit, deinde altioribus studiis animum adjungens, Rostochiensis Academiæ, nec non Hafniensi & Lipsiensi; nomen dedit; ubi non ex Historicis tantùm, sed etiam Theologicis aliquoties publicè disputandò, varia eruditionis edidit specimina,

quorum in his *Novis Literariis* superiori an. 1698. p. 52. & 198. mentionem fecimus. Tandem ad honores Theologicos adspirans, pro *Baccalaureatûs* gradu haud ita pridem (ceu p. 66. h. a. dictum) de non sperandâ extra Ecclesiam Lutheranam salute disputavit; ac inde Serenissimi Ducis Regentis Mecklenburgici decreto, ad *Professionem Hebraicorum* in Academia Rostochiensî vocatus, eâ ipsâ, quam memoravimus, Dissertatione inauguralî apologeticâ ad *Dotorale* etiam fastigium eniti voluit.

Die 10. Octobr. *Actus Promotorius Doctoralis* in tribus superioribus Facultatibus fuit celebratus, & primò quidem in Facultate *Theologica*, Decano & Promotore paulò antè laudatò D. *Andrea Daniele Habichborstio*, (qui & Convivium Promotoriale in ædibus suis paravit, totumque adeò Actum direxit) Procancellariò autem ad hunc Actum D. *Job. Nicolaò Qvistorpiò*, SS. Theol. Prof. & ad D. Nicol. Pastore, &c. nobilis Candidatorum Biga supremos in Theologiâ Doctoratûs honores obtinuit, sc. *Bogislavus Sîbberh*, Patritius Colbergenfis, in Patriâ ad D. Nicol. & Georgii Pastor, (absens tanquam præsens,) cujus Disputationem inauguralem p. 4. h. a. memoravimus; & quem modo diximus, *Albertus Joachimus de Krakevitz*, Eqves Mecklenburgicus, Hebraicorum in hâc Academiâ designatus Professor. Oratio Decani Promotoris (occasione Disputationis inauguralis Krakevitiænæ) egit de *ingratis atque irritis Pietistarum conatibus*, circa *symbolicos Ecclesiarum nostrarum libros deprehensis*; Procancellariî autem Thema fuit *Præcedentia Clericorum*. Quæstio novello Doctori præsenti, *Krakevitio*, proposita, ex loco Amos. V, 25. de *Moloch & Kijun*, (cujus ipse in Disputatione inaugurali mentionem fecerat) fuit petita, qualia nempe hæc idola fuerint, & quomodo locus Act. VII, 43. ubi idolum *Remphan* vocatur, cum hòc locò conciliari debeat?

Deinceps in Facultate *Juridicâ*, Decanò & Promotore D. *Johanne Kleimiò*, Pand. Prof. & Consistorii Duc. Mecklenb. Directore; Procancellariò autem D. *Joh. Joachimò Schæpfferò*, Codicis Prof. & Consist. Assessore, nec non Comite Palat. Cæsareò, Di-

Dignitas Doctoralis fuit collata *Johanni Adolpho Krohn*, Lubecensi, cujus Disputationem inauguralem superiori anno 1698. p. 70. recensuimus.

Oratio Decani Promotoris egit de *harmonicò trium superiorum Facultatum concentu*; Procancellarii autem de *Rescriptis Principum gratiosis*. Quæstio, novello Doctorei proposita, hæc fuit: *An Sponsalia de præsentì publica mutuò desponsatorum consensu rectè dissolvantur?*

Tandem in Facultate Medicâ, Decanò & Promotore *D. Joh. Ernestò Schaperò*, Medicinæ Practicæ & Chymiz Prof. Ducali, nec non Academiz h. t. Rectore (cujus tamen, ut Rectoris, vices in hoc Actu sustinuit *D. Johannes Fechtius*, SS. Theol. Prof. P. &c.) Procancellariè autem *D. Georgiò Dethardingiò*, Anatomiz & Botanicæ, ac superiorum Mathematicum Prof. P. Doctoris gradu ornatus fuit *Carolus Fridericus Belovius*, Holmiâ Svecus, cujus Disputationis inaug. p. 290. mentionem fecimus. Thema Orationis Decani Promotoris fuit: *Felix Humani Corporis per mentem cura*. Procancellarius verò (occasione ternarii Decanorum, & quaternarii Candidatorum numeri, ex quibus exurgit septenarius) de *Numerò Septenariò* peroravit, & generatim quidè disquisivit, *an Septenarius in Arte Medicâ quid possit?* Speciatim verò, *an argumentum, tum pro adstruendâ Partus Septimestris vitalitate, tum pro stabiliendâ Annorum Climactericorum fatalitate, inde peti solitum, aliquid ponderis habeat?* Quæstio novello Doctorei proposita fuit: *An Divinationes Astrologica, & Mathematicorum Ephemerides, Medicis, in ægrorum curâ sint observandæ?*

Die 14. Octob. Præside supra memoratò *D. Joh. Nicolao Zwißpörpio*, Collegii Disputatorii, Theses ex universa Theologiâ selectas exhibentis, Disputationem X. de *Dilectione Inimicorum*, defendit Auctor *M. Nicolaus Lützens*, Hamburgensis. (1. plag. in 4.)

Die 17. Octob. paullò ante dictus & promotus *D. Albertus Joachimus de Krakerwitz*, Rectore *D. Ernestò Schaperò*, ad publicam Hebrææ Lingvæ Professionem fuit introductus, habuitque Orationem inauguralem de *Hebræâ Lingvâ Theologo necessariâ & usili*.

Die 28. Octob. Præside D. *Job. Kleinio*, supra laudatò, *Conradus Georgius Frantzke*, Hollatus, Auctor & Respondens, Disputationem de *Testatore cauto*, publicæ Eruditorum censuræ submisit.

## STRALESVNDÆ

Die 5. Octobris obiit *Petrus Marci*, Scholæ Stralsundensis per 17. annos Collega. Is an. 1643. d. 20. Sept. in vico Pomeraniæ ulterioris *Möllen* haud procul *Cöslino*, natus fuit, patre *Joachimo*, loci istius Pastore; avo *Samuele*, Pastore & Præposito *Wolgastensi*; proavo autem *Joachimo*, Theologiæ Professore & Pastore in Academia & Ecclesia *Gryphisvaldensi*. Iactis in Schola *Cöslinensi* ac *Colbergensi*, ut & *Stargardensi* Collegio, literarum fundamentis, *Gryphisvaldiæ* studiis Philosophicis Theologicisque incubuit; dein Parenti hemplexiâ correpto in obeundis officii partibus, in primis concionibus sacris habendis, operam suam commodavit; Iuventutis etiam nobilis, tam *Brockhusianæ* quam *Augustinæ*, studiis præfuit; & tali privatâ informatione quoque *Stralsundensium* primoribus intersuens, ab Ampliss. hujus urbis Senatu tandem an. 1682. Scholæ publicæ fuit præfectus, in quâ sedulo & fideliter rudimenta pietatis & Latinæ Lingvæ tradidit.

Die 29. Octobris *Johannes Baudewien* / SS. Theol. D. & Ecclesiarum *Stralsundensium* Superintendens, post 8. dierum decubitum, vitam cum morte commutavit.

## GRYPHISWALDIAE

Sub Præsidio *Johannis Schacken* / I. V. D. Profess. P. Ord. & Consistorii Regii Assessoris, d. 11. Octobris *Magnus Johannes de Schrader* / Nobilis Pomeranus, Disputationem Juridicam, de *Simplici Qverelâ*, habuit. (3. plag. in 4.)

Seqventi 12. Octob. Præside *Jacobo Henningio*, SS. Theol. D. & Prof. P. Facultatis suæ Seniore, Regii Consistorii Assessore, & ad D. Jac. Pastore, Respondente verò *Johanne Georgio Düen* / *Gryphisvaldensi*, *Ecclesiæ Reformatae Hypotheses*, *Justitiæ Divinae*

*vine essentiali adversa*, ad disceptandum propositæ fuerunt; ubi ostensum, quomodo partim Hypotheses illæ Justitiam divinam directe impugnent, partim per eam sic debilitatam alia fidei dogmata in periculum conjiciant. (3. plag. in 4.)

Die 17. Octobris Præside *Conrado Friedlieb de Friedensberg*, Icto & Eqvite, S. R. M. Svec. Iustitiæ Consiliario, Placitorum Feudalium & Juris publici Professore Ord. ac Facultatis Juridicæ Assessore, *Johannes Fridericus Reimer*, Nobilis Pomeranus, Tractationem Juridicam publicæ Eruditorum ventilationi obtulit, de *Jure, ejus rectâ docendi, discendi & applicandi ratione, usu & abusu*, vom Recht / dessen rechten Art es zu lehren und zu lernen / wie auch wahren Gebrauch und Mißbrauch. (4. plag. in 4.)

Die 19. Octobr. *M. Brandanus Henricus Gebhardi*, Lingvæ S. Prof. P. & h. t. Collegii Philos. Decanus, Respondente *Philippo Christiano Cratzio*, disputavit de Quæstione: *An Donum Interpretationis Linguarum & Scriptura in Doctore Ecclesie improbo ac irrogenito sit revera donum administrans Spiritus Sancti?* (1½ plag. in 4.)

Die 26. Octobr. Præside *Johanne Philippo Palthenio*, Moraliæ & Historiarum Prof. O. Respondente verò *Adamo Henrico Pries*, Gryphisv. Pomerano, ad disputandum proposita fuit Quæstio Moraliæ: *Quatenus Conscientiæ judicium errare possit?* (3½ plag. in 4.)

*M. Theodori Pyle / Ecclesiasta Templi primarii D. Nicolai, Observatio Eclipsæ os Solaris, quæ  $\frac{2}{3}$ . Septembris contigit.*

Quamvis observandæ insignis, quæ nuper contigit, Solis defecti-

tionis unusquisque fuerit cupientissimus, initio tamen per turbidas spissasque nubes voti compotem fieri haud licuit; adeo, ut perspicendae ejusdem non ante copia fuerit, quam cum ipsius quantitas jam ad duos cum dimidio pollices excreverat, quod pro no-

tata Solis altitudine hora IX, 37. accidit, foretque primordium Ec-

lipseos ad horam IX, 23. referendum, si ejus incrementum ex sequenti deminutione supputare velis. Deinde, cum Procerum aliquis Horologium Anglicum, temporis minuta ostendens, nobis in camera obscura Observationi intentis suppeditaret, circa ho-

ram X, 22. totum ferè Solem obscuratum deprehendimus, ita ut nihil penè lucis residuum fuerit, præter quatuor tantummodo (quæ & facti notant) minuta, in exiguo disci Solaris obscuracionem non patiente limbo conspicienda. Nec obstat, quod lucidum quoddam jubar circa oppositum Soli tenebrosam Lunarem globum fuerit perceptum; cum id nil aliud fuisse potuerit, quam radii solares per aërem sese spargentes, Sole ipso interim, ceu ex accurata observatione certò constat, præter exiguam supra dictam particulam, lucis nihil ostendente. Quamobrem tanta fuit caligo, ut exarandi & legendi literas non extiterit facultas, imò Stellæ quædam, præcipuè Venus, à boreali Solis latere, fuerint conspicuæ. Alii quatuor Stellas vidisse volunt, quas præter memoratam Venerem, Mercurium, caudam Leonis, & Spicam Virginis fuisse necessum foret, ut pote vicinum tum temporis locum occupantes. Post ocularem hanc cæli contemplationem, ad Camera obscuram denuò properantibus observatum est, eam Solis partem, quæ primum obscuracioni fuerat obnoxia, è tenebris jam esse eluctatam, simulque notatum fuit, eclipse jam ad 4. pollices deficiente, & Sole

tantum 8. pollicum spatio amplius obscurato, horam fuisse X, 49. Sic porro

Sole ad	7.	-	-	-	-	X,	53.	
	6.	-	-	-	-	XI.	0.	
	5.	-	-	-	-	XI,	9.	
	4.	}	pollices obscuratø, Hora fuit			}	XI,	15.
	3.	-	-	-	-	XI,	22.	
	2.	-	-	-	-	XI,	29.	
	1.	-	-	-	-	XI,	36, 30.	

o /

Tandem omni obscuratone præcisè in 28. 30. Limbi Solis (à Dia-  
metro orientali versus australem) cessante, hic loci (ubi Ele-  
vatio Poli est 54. 18.) hora fuit XI, 4c. 30.

### GEDANI

Mense Octobri prodierunt *D. Samuelis Schelgwigii Hypomne-  
mata Hutteriana*, id est, *Analysis & Observationes, Compendio Lo-  
corum Theologicorum Hutteriano succinctâ methodò accommodatæ*. E-  
ditio secunda. Apud Io. Zach. Stolle, Athenæi Typographum.  
(16. plag. in 12.)


Eodem mense quoque edita fuit *Davidis Czerniewski Exopta-  
ta Pacis Oliva, è felici Comitiorum Polonicorum eventu, cum  
certâ omnigena felicitatis spe, Gedano progerminans*. Ty-  
pis Simonis Reinigeri, (13. pl. in 4.)

### *Eclipsis Solaris,*

*Observata Gedani an. 1699. d. 23<sup>3</sup>/<sub>13</sub> Septembr.*

*à Constantino Gabriele Heckero,*

*(Cel. Mathematici Io. Heckeri, Scabinorum Palæopolitanorum, cum  
viveret, Senioris, filio.*



Tab. XI.

Vid. Schema Tab. XI.

Altitud. ☉	Temp <sup>9</sup> jx. Horolog. T. ex altit. correctū						Temp <sup>9</sup> diff.				
	o	/	//	H.	/	//		H.	/	//	/
28. 21. 0.				9.	29.	30.	9.	40.	10.		10. 40.
29. 50. 0.				9.	46.	34.	9.	56.	19.		9. 45.
31. 7. 0.				10.	3.	10.	10.	12.	8.		8. 58.
32. 48. 0.				10.	28.	44.	10.	36.	29.		7. 45.
Moment. Initii				9.	26.	20.	9.	37.	9.		
- - Finis				12.	2.	50.	12.	5.	58.		
Tota Duratio							2.	28.	49.		

Ratio Diametri apparentis ☉ ad Diametrum ☾ ob-  
servata ut 30. ad 29.

Ordo Phasiū	Temp <sup>9</sup> Horol. correspondēs		Ordo Phasiū	Tempus Horol. correspondens		Ordo Phasiū	Tempus Horol. correspondens	
	H.	/ //		H.	/ //		H.	/ //
1.	9.	27. 20.	9.	10. 6.	24.	17.	11. 24.	4.
2.	9.	33. 50.	10.	10. 11.	16.	18.	11. 31.	48.
3.	9.	37. 48.	11.	10. 18.	38.	19.	11. 38.	0.
4.	9.	42. 10.	12.	10. 25.	30.	20.	11. 43.	24.
5.	9.	45. 20.	13.	10. 33.	50.	21.	11. 51.	42.
6.	9.	50. 38.	14.	10. 39.	46.	22.	11. 58.	42.
7.	9.	55. 44.	15.	10. 45.	6.	23.	12. 0.	48.
8.	10.	1. 40.	16.	16. 48.	20.			
								Phasis 15. est Phasis maximæ Obscurationis.

*Animadvertenda.*

Cum  $\frac{23}{3}$  Septemb. maxime notabilis instaret Eclipsis ☉, opera pretium fore existimavi, ex supellectili Astronomicâ hæreditatis paternæ, quibusdam Instrumentis Observationi Eclipseos necessarius altum abstergere pulverem, eaque hunc in finem ritè disponere. Nec irritus fuit labor: Cælum enim initio Obscurationis

ex

ex voto nostro omninò erat sudum, ita ut summà cum delectatione totum Deliquii incrementum, imò & initium decremènti, nullatenus impediti, denotare potuerimus, deinde verò obductæ cælo nubes ultra dimidium horæ condidere Solem, ita ut intra hoc temporis spatium nullæ potuerint observari Phases. Rediit tamen post nubila Phœbus, ut finem Eclipseos & decrescèntis ejusdem complures adhuc Phases (ut ex Schemate Tab. XI. apparet) accuratè denuò describere nobis haud fuerit vetitum. Usus fui, ad introducendam ☉is imaginem in Cameram nostram obscuram, duarum lentium convexarum Tubo trium pedum, in hunc præcipuè finem à me elaborato: ad manus quoque erat Quadrans Altitudinis, quo iteratis vicibus durante Deliquio altitudines solares cæpi, ex quibus corrigendum fuit tempus, quod suppeditabat Horologium oscillatorium Anglicanum, Minuta prima & secunda monstrans; Perpendicularum ejus, longitudinis trium pedum, qualibet vibratione, ab uno extremo ad aliud, dupla indicabat Minuta secunda, quod ipsum unà vices (ut arbitror) sustinuit separati Perpendiculari, quod solitus fuit Hevelius in Observationibus suis adhibere, & quod hanc ob causam planè omisimus. Neque tacendum, Cæ Diametrum apparentem multò minorem, quam Rudolphinæ eam promiserant, extitisse, id quod Hevelius etiam in Obs. Eclipseos anni 1684. (vid. ejusdem Anni Climaterici pag. 186.) annotavit; quapropter inutilis redditus fuit circulus, quem ex spissiori chartâ, ut Cæ orbem apparentem secundum Rudolphinas, ad designandas umbræ Phases, repræsentaret, elaboraveram. Correxì itaque hunc circulum, ex pluribus Observationibus trium Punctorum in apparenti Peripheriâ Cæ, cujus Diametrum minorem repperi Diametro ☉is, (ut ex adjunctis Figuræ liquet); Magnitudinem Phasium addere, inutile duxi, cum ex solâ inspectione Schematis earundem quantitas facile cognosci queat.

## REGIOMONTI

*M. Johannes Engelbrecht, Respondente Christiano Sigismundo*

Heer, Regiom. Prusso, d. 9. Sept. Disputationem tertiam habuit de *Chrematistica, quæ est præter & contra Naturam.*

Die 26. Septembr. *M. Fridericus Stadtländer* partem posteriorem quæstionis: *Utrum Virtutes Morales in Deum cadant?* Respondente *Michaële Neumann*, Scharnoviâ Prusso, ventilavit.

Die 8. Octobris *Johannes Amsel* / I. V. D. & Prof. Extraord. Respondente *Vverno Augusto von Caltm* / Brunsvic. de *Causis inappellabilibus* disseruit, hisque Causis annumeravit (1) alimenta, (2) Salaria ecclesiasticis aliisque personis debita, (3) Decimas, (4) transactionem, (5) Juramentum, (6) damnum infestum, (7) demolitionem ædium, (8) causas momentaneæ possessionis, (9) executionem (10) causas criminales, quæ pœnam corporis afflictivam continent, (11) suspensionem ab officio, (12) rationum redditionem, (13) summam inappellabilem. Frivolum quoque Appellationem rejicendam esse, idem Præses deduxit (1) in examine Testium in perpetuam rei memoriam, (2) si nuda citatio præcescit, (3) si terminus tantum præfixus, (4) si conductor post tempora conductionis lapsa rem conductam evacuare recuset, (5) si depositarius rem depositam restituere jussus, (6) si res moram non patitur, &c.

Eodem die 8. Octob. *Paulus Pomian Pesarovius*, SS. Theol. D. ejusdemque Prof. P. Extraord. Pastor Ecclesiæ Cathedralis, & Consistorii Sambienfis Assessor, Scholæque Kniphofianæ Inspector, Respondente *M. Daniele Hoynovio*, , proposuit *Theses Theologicas.* (1. plag. in 4.)

Idem *D. Pesarovius*, Respondente *Georgio Hein*, Regiom. die 22. Octob. *Theses Theologicas selectiores* continuavit. (1. plag. in 4.)

Reliquarum *D. Pesarovii* Disputationum Syllabus hic est;

Disp. Logica de *Categoriis in genere*, Resp. *Christ. Mantey*, Regiom. 1677. (3. plag.)

Disp. Logica de *Categoriâ Substantiæ*, Resp. *Iob. Christ. Ising*, Prusso, 1679. (4. plag.)

Disp.

Disp. de *Naturâ Ethices*, Resp. *Christ. Sabnio*, Regiom. 1681. (1½. plag.)

Disp. Inaug. pro honoribus & privilegiis Doctoralibus habita Rostochii sub præsidio *D. Andr. Dan. Habichhorstii* de *Paradiso Infernali*, 1694. (7½. plag.) Quo Promotore is ibidem an. 1696. Theol. Doctor fuit renunciatus.

Disp. pro Receptione in Facultatem, *Bella infinita eaqve intestina Ecclesiæ Romanæ* proponens, Resp. *Mich. Stobæo*, ProR. Palæopolit. 1696. (2½. plag.)

Disp. pro Loro Professionis Extraordinariæ, *Pacem dolosam Ecclesiæ Romanæ* exhibens, Resp. eodem. 1696. (4. plag.)

Disp. prima de *fugiendo cum Pontificiis Syncretismo*, Resp. *M. Daniele Hoynoviô*. Milcâ Prussô, 1697. (7½. plag.)

Programma Natalit. ex Luc. I, 39. de *Christo secundum humanam Naturam* verò Dei filio, non adoptivo. 1697. (1½. plag.)

Programma Paschale ex 1. Cor. XV, 20-22. 1698. (1½. plag.)

Die 27. Octob. sub præsidio *Bernhardi von Sanden* SS. Theol. D. & Prof. P. Ord. Concionatoris Aulici primarii. & Consist. Sambienfis Assessoris, Auctor & Respondens | *Christophorus Percun* Disputationem Theologiam habuit, de *Resurrectione eorundem numero Corporum*. (1½. plag. in 4.)

Die 29. Octob. *Johannes Theodorus Straßburg* / Med. D. pro Receptione in Facultatem XXX, *Theses Medicinæ miscellaneas* publicæ eruditorum ventilationi subjecit, Respondente *Johanne Friderico Starck* / Regiom. Prusso. (1. plag. in 4.)

Natus fuit hic Præses Regiomonti an. 1673. d. 30. Januarii, patre *Ioh. Georgio Straßburg* Med. Prof. P. Ordinario, ibidemqve primum Literis incubuit, ubi etiam sub præsidio *M. Christiani Helwigii* Thema, *quod in Republ. Leges de Victu & Amictu feri debeant*, duabus vicibus defendit, nec non Præsede *Adamo Harrveck*, Med. D. & Prof. P. ex Medicis de *Malo Hypochondriaco* disputavit. Deinde Francofurtum ad Viadrum petiit, & per duos ferè annos ibi subsistit. Tandem Lugdunum Batavorum delatus, cum per 8. men-

mensis ibi studiis invigilasset, præviâ Disputatione inaugurali de *Cachexiâ*, an. 1696, d. 26. Maji Doctor Medicinæ creatus est.

## RIGAE

Moderante *M. Adriano Preußmann*/ Lycæi Regii Rigenfis Rectore, Actus Oratorio-Progymnasticus fuit habitus, de *4. Conciliis Oecumenicis*: & quidem Prologus, *Otto Magnus Boc*/ Eqves Livonus, Orationum habendarum summam proposuit; *Claudius Gustavus Nothheffer*/ Livonus, Historiam Concilii Oecumenici I. *Niceni* enarravit; *Jacobus Beck*/ Rigenfis, res gestas in Concilio Oecum. II. *Constantinopolitano* recensuit, simulque Academiam petiturus valedixit; *Eusebius Schönland*/ Rigenfis, Historiam Concilii Oecum. III. *Ephesini* exposuit, & tandem *Johannes Bachmann*/ VVolmaria-Livonus, de Actis Decretisque Concilii Oecum. IV. *Chalcedonensis* peroravit.

Ab eodem *M. Adriano Preußmann* R. cum nuper *Catalogus Lectiorum*, per annum proximum in Regio apud Rigenfes Lycéo habendarum, ederetur, isque fortè in manus *Legati M. Ducis Moscoviæ* (hâc transeuntis) incideret, Principi huic Latinè docto adeò placuit, ut non modo ipse Catalogum istum in Lingvâ *Rusicam* transtulerit, sed illum quoque in Moscoviam Aulamque semissurum fuerit pollicitus, ut ibi ratio docendi discendique in his nostræ cultioris Europæ Scholis innotesceret. Quod sanè memoratu dignum est, cum vel inde pateat, quanto ardore Mosci jam id agant, ut inveterata longè barbaries ipsorum terris animisque profugetur, & quid impostèrum de illis indies magis magisque literis artibusque humanioribus operam navantibus, sperandum sit.

## VPSALIAE

Mense Junio, jussu *Olai Svebilii*, SS. Theol. D. Regni Sveciæ Archiepiscopi, Academ. Vpsal. Pro-Cancellarii, & Consistorii Ecclesiastici Præsidis, Disputatio Synodalis fuit habita, in Articulorum Smalcaldicorum partis tertiæ articulum ultimum, de *Humanis Traditionibus*, quam Præside *Johanne A. Esbergio*,  
SS.

SS. Theol. D. & Græc. Lit. Prof. Ord. nec non Districtus Allmu-  
genſis Præpoſito, reſpondendo defenderunt: *Laurentius Schalin*, Pa-  
ſtor in Enånger & Månånger; *Stephanus Geſler*, Paſtor in Wad-  
ſunda & S åga; ac *Andreas Wåhlberg* Commiſter in Wåhla.  
(5. plag. in 4.)

*Johannes Eenberg* / Academiæ Vpſal. Vice-Bibliotheca-  
rius, Reſpondente *Axelio Gåſe* / Roſlag. Liberi Baronis *Samue-  
lis de Puſendorf* *Librum de Officio Hominiſ, in Quæſtiones &  
Reſponſiones reſolutum*, publicæ diſſertationi ſubmiſit. (6  
plag. in 8.)

Inſignem nuper jaçturam fecit hæc Academia, per obitum  
*Andrea Spole*, Mathel. Profeſſoris celeberrimi, cujus *Emenda-  
tionem Calendarii* p. 13. h. a. laudaviſimus. Ex reliquis ipſius Scri-  
ptis nobis innotuerunt ſequentia :

*Emerologia*, ſ. de Die ejusque partibus. 1683. in 8.

Diſſertatio de *Stellis fixis*. 1683. in 8.

Diſſert. de *Lycanthropia*. 1685. in 8.

Diſſert. de *Effluviis*. 1688. in 8.

Diſſert. de *Immutabilitate Naturæ*. 1688. in 8.

Diſſert. de *Teſcopiis*. 1688. in 8.

### HOLMIAE

Prælo typographico nunc liberatus eſt elegans ille *Peringskiöldi-  
anus* Liber, cujus mente Febr. h. a. p. 41. mentionem fecimus, ſci-  
licet *Vita Thederici Regis Oſtrogothorum & Italia*, auctore  
*Joanne Cochleæ Germano*, cum *Additamentis & Annotatio-  
nibus*, qua *Sveo-Gothorum ex Scandia expeditiones & com-  
mercia illuſtrant*; operâ *Johannis Peringskiöld*. Stockhol-  
miæ, literis Enæanis, 1699. (3. Alfab. 16. plag. in 4.)

Idem *Johannes Peringskiöld* plura alia excellentis ingenii monu-  
menta nobis parat, de quibus ipſe (in Dedicacione præcedentiſ  
, Libri) ait : Brevi publico Sveciæ decori prodibunt *Monumenta Sveo-  
Gothorum antiqua & recentia*. His ſanè deſcribendis poliendisq; inde-  
, ſeſſo labore & vigiliis per complures annos opera inſumpta mihi,

„ac æri partim, ligneisque tabulis incisæ millenæ aliquot figuræ, ju-  
 „stis voluminibus nonnullis, addita commentatione materiem præ-  
 „bituræ sunt illustrem, Patriæ nostræ gloriosam. Interea, dum  
 „hocce ornamus, dum perpolimus opus, *Historia Hialmari Regis*,  
 „characterè Runico, cum geminâ Versione nostra et annotationi-  
 „bus sub prelo sudat. Luculentum hæcce præbebit testimonii-  
 „um de usu ac ratione veteris Scripturæ Runicæ, vigente per  
 „orbem paganismo maximopere usitatæ. *Sturionidæ* Volumen  
 „alterum, maximam partem jam impressum operâ nostrâ, antenita-  
 „te tuâ etiam delectabit: itemque *Historia Vilkini*, vulgò dicta *The-*  
 „*oderici Veronenfis Regis*, cujus ultra duo jam excusa sunt alphabe-  
 „ta, testis erit non supervacanei laboris. Tradit hæcce posterii-  
 „or Regum Gothicorum Pugilumque insignium gesta, per Rus-  
 „siam, Hungariam, Italiam, Burgundiam, atque Hispanias. Se-  
 „quentur succenturiatâ curâ ejusdem sermonis vetusti *Historiæ aliæ*,  
 „*Regis Rolfois Krake*, atque *Adili Vpsalensium*, *Hialmteri* atque  
 „*Olveri*, *Volsungi sive Sigurdi Fosnubanii*, *Ragneri Loobrok Danorum*  
 „ac *Ostenii Vpsalensium*, *Knitlingorum*, *Sverronis Regis* & *Haqvini Ve-*  
 „*tusti*, *Halsdani Ostenfonii Gongio Rolfsii*, *Frithiosii cognomento Freknæ*,  
 aliorumque.

*Olaus Hermelin*, Eloquentiæ primùm & Poëseos, deinde  
 Juris in Academia Dorpatensi Professor, jam verò Historiographus  
 Regius (ceu mens. Mart. h. a. p. 72. dictum) constitutus, *Sveci-*  
*am Novam & Antiquam*, à B. Petro Lagerlöf exceptam, continu-  
 are iussus est, in quâ accuratissima totius Sveciæ Descriptio exhibe-  
 tur, ducentis amplius Tabulis & figuris æneis à Celsissimo Comite &  
 Senatore Regio, Erico Dahlbergio, illustrata. Colligendis etiam  
 præstantissimorum è gente Svedicâ Poëtarum Carminibus occupa-  
 tur, quæ volumine uno alterove comprehensa edentur.

Idem antehac varias Dorpati *Dissertationes* typis evulgavit, qua-  
 rum argumenta hæc sunt:

De Columnis Herculis.

De Igne Subterraneo.

De Varietate Ingeniorum.

De Ludis Circensibus.

De Studio Honoris.

De Aquis corrivandis, Isthmisque perfodiendis.

De Origine Livonorum.

De Neutralitate, seu Adiaphoria in Bello.

De Caritate Annona ejusque remedio.

Dissertatio ad verba Curtii lib. VIII. c. 8. v. 8.

De Fato Literarum.

De Transfugis.

De Jure acquisitionis originariae.

De Processu summario.

De Communione bñorum inter Conjuges.

Carmina quoque scripsit varii argumenti Latina, quæ cum alibi editis computata Centuriam excedunt, olim conjunctim edenda; nec non aliquot Programmatum Decades.

Moralem etiam Sylvestri du Four libellum è Gallico in Svedicum idioma transfudit, Holmiæ 1683. in 8. impressum.

Ex Orationibus, quæ in Solemnibus Academicis ab ipso habitæ, nondum tamen typis commissæ sunt, hæc indicantur:

De Felicitate Livoniæ sub Imperio Sveonum.

Panegyricus Carolo XI. Regi Svec. dictus.

De Incrementis Literarum per Septentrionem.

Vindiciæ pro Ingeniis Septentrionalium, quod studio literarum non minus, quam armorum, sunt apta.

Laus gentis Livonicæ.

De Dignitate Ordinis Academici.

In Funere Vdalricæ Eleonoræ, Reginae Svec.

De Studio Juris Romani & Patrii conjungendo.

Oratio de Viburgo, urbe Careliæ, Dorpati an. 1694. in 4. edita est.

Inter inedita ad umbilicum ferè perducta sunt: Hecatompolis Svecorum, sive centum urbes Sveciæ, Carmine elegiaco consignatæ: Historia Academiae Dorpatensis: Vermis Nova & Antiqua: De antiquo Sveonum imperio & Jure in Livoniam: De Infantibus expositis Tractatus: Syntagma de Tropæis veterum.

Affecta verò tantum sunt : *Heroës Specie*, seu Vitæ excellentium Virorum , quorum consiliis armisque res Svedica hoc sæculò crevit : *Epistole Heroïdum Svecicarum*, rhythmis vernaculis &c.

## STREGNESIAE

Iteratæ nuper editionis *Historiæ Ecclesiasticæ D. Erici Benzeli*, Episcopi Stregnesiensis , mentionem fecimus ; Hujus libri integer titulus ita habet : *Erici Benzeli*, Th. Doct. & antehac Professoris Ordinarii in Academia Upsalensi, *Breviarium Historiæ Ecclesiasticæ Veteris & Novi Testamenti*, discentium usui destinatum, iteratis vicibus juventuti Academica propositum, multorum desiderii expetitum, secundâ curâ typis descriptum, & cum Privilegio Regio evulgatum, Stregnesiæ 1699. impensis Io. Rönberg. ( 1. Alph. 5. plag. in 8. )

## HAFNIAE

Die 11. Octobris, *Natali Regis FRIDERICI IV.* quo is vigesimum nonum ætatis annum auspiciatus est ; *Olaus Rømer*, Universitatis Regiæ Hafniensis Rector, Orationem gratulatoriam solennem habuit.

Die 12. Octob. *M. Severinus Winterus*, Respondente *Jacobo Frommio*, in Collegio Medicæo, *Thaumantiadis*, sive tractatûs Physico - Theologici de *Arcu cœlesti*, Sectionem primam ventilavit. (2½. plag. in 4.) Dissertationis hujus §. 1. docet, Clementiam & Justitiam Dei pari passu ambulare, arcumque cœlestem utriusque testem esse. §. 2. & 3. Historiam Diluvii compendiosè repetit. §. 4. Noachum, arcâ egressum, Iride divini fœderis sigillo confirmatum fuisse, asserit. §. 5. singularem Ambrosii de arcu cœlesti sententiam rejicit. §. 6. Gentilibus diluviûm, & mysticam iridis significationem innotuisse, dicit. §. 7. Fabulas ethnicorum de Iridis natalibus & functionibus recenset, quæ §. 8. Theologiam & Physicam sapere dicuntur. Tandem §. 9. Iridem, bonum apud Onirocriticos omen, variis Paganorum & Chri-

Christianorum elogiis ornât. Accedit Appendix, de Eclipsi Solis, die emortuali Servatoris observatâ.

Die 25. Octob. *Johannes Nicolaides Becnius* in Auditorio Collegii Valkendorfsiani *Senarium Quæstionum Philosophicarum* proposuit; quarum 1. Muscam Sole præstantiorem & nobiliorum non esse demonstrat. 2. Nonnulla animalia perfecta esse, nonnulla imperfecta; at non absolutè, sed comparatè, docet. 3. Mundum asserit extensione in longum, latum & profundum non esse infinitum. 4. Talpam non esse cæcam, perhibet. 5. Octo Græciæ Sapientes numerat, & 6. denique Thaletem Milesium inter hos Sapientes Philosophum fuisse contendit. (½. plag. in 4.)

Die 31. Octobris Regia Univerſitas Hafniensis, per *Christinum Wormium*, Wilh. filium, solenni Oratione Jubilæa memoriam *Reformationis B. D. Martini Lutheri* celebravit.

Eodem die *Clemens Jessenius*, Respondente *Johanne Jona Schanchio*, in Collegio Medicæo disputavit de *damnatione ad metalla*; egitque (post Præfationem de variis suppliciorum, quibus Christiani olim affecti fuerunt, generibus) §. 1. de discrimine inter damnationem ad metalla, ad opus metalli, & ad ministerium metallicorum, §. 2. de auctore hujus supplicii, §. 3. de S. Johanne Evangelista, utrum is ad metalla damnatus fuerit, §. 4. de usu hujus supplicii circa finem sæculi secundi, §. 5. de numero damnatorum, §. 6. de viris non tantum, sed & foeminis, puerisque, ac militibus ad metalla damnatis, §. 7. 8. de suppliciis quibus Christiani ante damnationem istam affecti sunt, §. 9. de Doloribus damnatorum, §. 10. de tempore, §. 11. de loco damnationis, & tandem §. 12. de cessatione hujus supplicii, Maximiani edicto sublato.

Prodiit etiam *Paraphrasis Psalmorum* rhythmica, auctore *Elia Naur*, cum præfatione encomia & versiones ligatas Psalmorum recensente, hęc titulo; *My Strenge paa Davids Harper eller alle Davids Psalmer / paa de letteste Kircke-Melodier udsatte / og paa mange Steder forklarede; med hver Psalms Indhold og Meening. Navn og Mytte; udi alle Tilfælde / for alle sande Christe / for de Suckende og Sörgende; som for de loffungende; Zion*

Zion / men for alle Ting Guds hellige og herlige Navn til nogen Ære  
 og berømmelse / af E. E. Naar. Kiøbenhavn/ 1699. (in 8vo.)

*Reinholdi Wagneri, D. Observatio, de Abscessu Hepatis  
 feliciter per Vrinam & alvum  
 evacuato.*

**P**uer duodecim annorum à milite quòdam Antesignanò pedibus  
 conculcatus gravativum sub costis spuris in regione Hepatis pa-  
 tiebatur dolorem cum respiratione difficili, tussi, ac summà inqui-  
 etudine. Tandem ciborum fastidio laborans post crebras alvi de-  
 jectiones cruentas putridasve, incidit in summum totius corporis  
 languorem, ita ut indies magis magisque contabescens cutis vix  
 ossibus hæreret, sceletiqve proin formam potius quam hominis re-  
 ferret. Ego à Chirurgo Fortalitii militaris Regiò accersitus, quan-  
 tum judicare licuit, Hepar potissimum Scirrho affectum, inque  
 tumorem elevatum inveni, hinc propter contusionem, hepatis  
 obstructionem in ulcus sive abscessum degeneraturam, feci prognosti-  
 con. Dictum; factum. Pensitavi ergo aliorum sententi-  
 am, an è regione ulceris in hypochondriè dextro institienda fo-  
 ret sectio, quo per vulnus pus evacuetur; verum pars hujus  
 loci affecta partim, partim metus infeliciois curationis, hujus-  
 que exempla plurima, sectionem penitus dissuadebant. Quapro-  
 pter in hoc casu desperatò potius remedia polychresta quædam, &  
 quidem internè balsamum sulphuris terebinthinatum, dein Deco-  
 ctum vulnerarium abstergentibus, diureticis & laxantibus mix-  
 tum e. g. ex Herb. Agrimonix, Veronix, Chamædryos, flor. Hy-  
 peric. Baccis Junip. Ligno Sassafr. Rad. Chinæ & Polypodii  
 quæri: Externè verò Cataplasma emolliens simulque resolvens  
 applicandum svasi. H. s. adhibitis Urina tenuis, aquosa, pu-  
 rulenta, odore violacèò, pusque simul cum urinà flavum, abs-  
 que omnibus exulcerationis signis in vesicà vel renibus, prodiit.  
 Præterea simile pus sanguine mixtum quotidie per alvum magnà in  
 copià excernebatur; sicque morbus primò intuitu incurabilis visus  
 Crisi

Crisi salutari per excretionem Urinæ purulentæ & diarrhœa feliciter  
per Dei gratiam solutus.

*Johannis Jacobi Stolterfoht, D. & Prof.  
Scholion.*

QVod Natura morborum Medicatrix optima vias sibi interdum  
fabricet insolitas, nec adeo semper cognitæ exploratæ, ejicien-  
dis sibi molestis, non sine Medentium stupore exempla loquuntur  
Lac, Menfes, Lochia &c. per aliena loca excernentium. Quis-  
ve non miratur abortum per vomitum rejectum? ejus meminit  
*Justin. Ortolph. Marold. Ephem. Nat. Curios. Dec. I. A. I. obs. CVIII.*  
*p. 215. sqq. conf. Thom. Bartholin. de Insolit. Partus vis. Frumentum*  
*ex oculis Act. Medic. Hæffn. Vol. I. obs. III. p. 10. Vertebra piscium*  
*ad os sacrum hominis excretas vidit D. Olaus Borrich. l. c. Vol. II.*  
*obs. L. p. 153. Portionem costæ leporinæ quam Pirenæo cujusdam in-*  
*hæssisse referebat nobis Generosus atqve Excell. Dn. D. Georg. Franc.*  
*de Franckenau, qui jucundam mihi nunc dat recordationem eru-*  
*ditissimi istius discursus summæ humanitatis sale conditi, quo men-*  
*tem nostram recreabat, cum Physicotheculam nostram Magnifica*  
*sua præsentia ante aliquot annos honoraret. Calculum per*  
*ingvina prædeuntem notavit Cornel. Stalp. van der VViel C. I. obs.*  
*XCI. p. 379. conf. obs. LX. p. 260. obs. XC. p. 376. Petroselinum*  
*per mammas cum Lacte excretum narrat Magnificus Dn. D. Georg.*  
*VVolfg. VVedel. Disp. de Casu ab alto p. 19. Fæces ex umbilico præ-*  
*deuntes vidit Phil. Salmuth. Cent. I. obs. LXXXVIII. qui & pueri per*  
*foramen accidentarium mingentis mentionem facit. l. c. obs. LX. de*  
*Turunda per nasum emissa vid. Cornel. Stalp. van der VViel C. I. obs.*  
*XIII. p. 61. qui & glandem plumbeam deglutitam per vias urinari-*  
*as iterum exclusam vidit. C. II. obs. XVIII. p. 200. Urinam circa os*  
*sacrum profusientem observavit D. Olaus Borrich. Act. Medic. Hæffn.*  
*Vol. II. obs. LI. p. 154. Urinam calculosi ad alvum conversam vidit Ex-*  
*cell. Dn. D. Nicol. Pecclin. E. I. obs. XI. p. 23. sqq. Miratur haud immeri-*  
*to hic Vir in scrutandis rerum causis nemini alias secundus, qua-*  
*potissimum via compendiaria Urina ad vesicam perveniat, cum*

deducendis potorum phaenomenis sufficere posse haud credat ambagiosam illam perque tot circulos quae sitam Urinarum viam, siquidem multi liqvores ut assumti sunt actutum reddantur per vesicam, nihil immutato colore vel genio; unde suspicio incidit B. D. *Olao Borrichio* de aliis Urinae ductibus, quam qui vulgo cogniti sunt *Aët. Medic. Hassn. Vol. V. obs. LVII. p. 148.* nec abnuit B. Dn. D. *Michaël Ettmüll. Opp. I. 1. f. m. 124.* ad stipulantibus *Bilfia, Villifto, Bartholino & aliis.* Quis vero presionem auctam per crebras ingurgitatione secretionem accelerare, absque notabili alteratione negaret. Naturam interim non semper eodem, sed interdum inverso, interdum luxuriante, interdum miraculoso ordine in suis procedere operibus, toto die exemplis edocemur, praeter naturam, ut dicunt, contingentibus, quibus annumerari quoque metetur praesens Observatio Nobiliss. Dn. D. *Vagneri*, & quicquid pro illustranda eadem conferunt Artis Nostrae Periti. Pariter quippe Abscessum hepatis per Urinam & alvum excretum notat *Phil. Salmuth. Cent. I. obs. XXVIII. p. 29.* Saniem in Brachio per alvum expurgatam vidit D. *Pyrrhus Maria Gabriel. M. N. C. Dec. III. A. 2. obs. II. p. 6.* Pus ex abscessu per alvum emissum observat *Cornel. Stalp. van der Viel. C. I. obs. XXXIV. qui quoque pus è pectore proveniens per Renes vesicamque emissum testatur l. c. obs. XXXV.* Ulcus Renum per Muliebria fluens observavit *Rosin. Lentil. Miscell. P. II. p. 362. sqq.* Abscessus abdominis recidivi pus per umbilicum excretum vidit D. *Joh. Georg. Grübel. M. N. C. Dec. II. A. VIII. obs. XXXIV. p. 96.* De Abscessu infimi ventris per umbilicum evacuato vid. D. *Carol. Røyer. l. c. Dec. I. A. III. obs. CCLXXXVII. p. 505. conf. obs. CCCXXXV. p. 547.* De Abscessu ex intempestive suppressa ateri Haemorrhagia suborto & per umbilicum sponte rupto, magna vi puris excreta vid. D. *Christian. Schuchmann. l. c. D. III. A. I. obs. CIII. p. 163.* De pure in coxae tumore collectio per alvum expurgato vid. D. *Joseph. Lanzoni l. c. Dec. II. A. IX. obs. XLIX. p. 82.* Purulentam Variolarum materiam critice per Urinam excretam vidit D. *Frider. Wilhelm. Clayder. M. N. C. Dec. II. A. VII. obs. CLXXXI. p. 344.* Ex Pleuritide Lotium purulentum observavit D. *Joh. Georg. Grübel. D. II. A. IX. obs. CX. p. 182.* Ex Abscessu Renum substantiam per Urinam

nam vidit expurgatam *D. Joh. Petr. Albrecht. l. c. D. II. A. I. obs. LXXXIII. p. 195.* Pus ex Abscessu ad exteriorem colli partem per nares emissum notat *Cornel. Stalp. van der VViel. C. I. obs. XXVII. qvi & Puris ex abscessu Hepatis per pulmones, atque hunc per fauces tusi ejecti mentionem injicit l. c. obs. XLVI. p. 202.* De Abscessu infimi ventris per umbilicum evacuato vid. *Carol. Rayger. M. N. C. Dec. I. A. III. obs. CCXLVII. p. 505.* De fecibus alvinis ex Abscessu inguinis prodeuntibus vid. *Excell. Dn. D. Joh. Ludov. Hannem. Dec. II. A. III. obs. LV. p. 142, conf. D. Carol. Offred. Dec. II. A. I. obs. CXXVI. p. 318. Joh. Victor Jägerschmidt. Dec. III. A. II. obs. CLVI. p. 245. &c. &c.* Quomodo vero pus remeando juxta circulationis regulas recipiatur in vasa? docent supra laudatus *D. Cornel. Stalp. van der VViel. l. c. D. Frider. VVilh. Clauer. M. N. C. Dec. II. A. VIII. obs. CCXIX. p. 541. D. Christian. Schuchmann. D. III. A. I. obs. CIII. p. 163. conf. Excell. Dn. D. Lucas Schrück in Schol. ad l. c. p. 166. D. Pyrrhus Maria Gabrielis D. III. A. II. obs. II. p. 6. sqq. Magnific. Dn. D. Geor. VVolfsg. VVedel. Disp. de Casu an alto. p. 19. ubi non sine Prognostico ejusmodi ægros relinquit. Non possumus interim non laudare optimam *Nobiliss. Dn. D. VVagneri* madendi hoc in casu methodum, ejusque porro honestissimis conatibus prospera quævis serio apprecari.*

## WIBVRGI in IVTIA

*Henricus Gernerus*, SS. Theol. D. & Episcopus Wiburgensis, (qvi Hafniæ an. 1629. d. 9. Dec. natus, ibidem ab an. 1650. literis incubuit, postea Baccalaureus Soranus, & Scholæ Nobilium Herlovianæ Collega, an. 1654. Angliam & Belgium iustravit, an. 1656. Ecclesiæ Bircherodianæ Pastor, an. 1680. Philosophiæ Magister, an. 1690. Nomarchiæ Cronenburgicæ Præpositus, & tandem an. 1693. Ecclesiæ Wiburgensis Episcopus fuit constitutus) varia hæctenus Scripta edidit, quorum Catalogus hæc est:

De VVissis (i. e. Sapientum) *Oeconomia Practico-sacra*, 1661. in fol. Danicè.

De VVissis *Politica Practico-sacra*, 1662. in fol. Danicè.

*Hesiodus* paa Danske vers vertet ( in versus Danicos translatus ) cum notis mythologicis sacris, politicis, æconomicis, 1670. in 12.

*Orthographia Lingvæ Danicæ*, 1679. in 8.

*Expeditiones Serenissimi Regis Christiani V. sub titulo Iliados & Ulyssis*, metrò Danicò Alexandrinò, 1681. in fol.

*Expositio Evangeliorum Dominicalium & Festivalium*, 1684. in fol. & 4. Danicè.

*Expeditiones Seren. Regis Christiani V. pacificæ quinquennales*, sub titulo, *Ilias secunda*, 1685. in fol. metrò Danicò.

*Epitome Philologiæ Danicæ*, 1693. in 8.

*Expositio Epistolarum Dominicalium & Festivalium*, 1693. in fol. & 4. Danicè.

Scripta autem inedita preloque matu-  
ra sunt :

*Expeditionum Seren. Regis Christiani V. quinquennialium Ilias tertia*, in folio, metrò Danicò.

*Novum I. C. Testamentum*, cum Notis, in fol.

*De Vitiis Ethica pratico-sacra*, in fol.

#### OTHONIAE

Liber ille *Matthia Klostok* / cujus nuper p. 275. sq. mentionem fecimus, typis Hafniensibus impressus est, hoc titulo: *Caractherimus over Evangelterne / eller en liden og ensfoldig Huus-og Meyse Postill / over de sedvante Søn og Helligedagers Evangeliske Dexter / i ensfoldige Spørmaal og Siensvar / baade i henseende til Ordens rette Meening / saa og saltge Brug / ensfoldige Guds børn til Opbyggelse og Saltgheds Forfremmelse / paa det forrest forfatter / af Mads Petersøn Klostok / Med-tiener i det hellige Emdebe til St. Knuds Kircke i Odense. h. e. Catechismus in Evangelia, aut parva & simplex domi & in itinere utilis Postilla, in usitatæ dierum Dominicalium & Festivalium pericopas Evangelicas, per simplices quæstiones & responsiones verborum verum sensum & salutarem usum inculcantes, pius Dei filius ad ædificationem & salutem studium*

um quam brevissimè proposita, à Matthia Petri Rostocki Symmysta ad  
 ædem S. Canuti, Othonie. Hafniæ, 1699. (3. Alph. 2. plag. in 8.)

## SVNDERBVRGI

M. Petrus Brand / Ecclesiastes Sunderburgensis, & Mini-  
 sterii ibidem Senior, prælo paratam habet Dissertationem Theo-  
 logicam de *Passionibus Corporis Christi mystici, ad Locum Coloss. I, 24.*  
 cum Judicio Dn. Bartholdi Botsacci, SS. Theol. D. & Professoris  
 Regii Hafniensis, nec non Pastoris Petrini celeberrimi. Præfa-  
 minis loco in hac Dissertatione explicatur Locus Gal. VI, 17. Tra-  
 ctatio autem ipsa tribus Sectionibus constat, quarum I. Philologica  
 est, II. Analytin Logicam exhibet, & III. Porismata complectitur.

Idem Auctor (præter Sunderburgense patrium, nec non Flens-  
 burgense & Lubecense Gymnasium, in Academiâ Ienensi, Lipsi-  
 ensi, Hafniensi, aliisque, literis imbutus, ac per 22. hælenus, &  
 quod excurrit annos, in Patria Ecclesiastes) Ienæ an. 1672. sub  
 Præsidio Casp. Posneri Dissertationem Physicam habuit, de *Terræ*  
*motibus*, & seorsim illis, qui *Morte & Resurrectione Christi accide-*  
*runt.* (6½. plag. in 4.) Kilonji verò an. 1677. Præsidi Henrico Opi-  
 tio, pro capeffendis supremis in Philosophiâ Honoribus, de *Vsq.*  
*Accentuationis geminæ in genuinâ divisione Decalogi* disputavit. (6½.  
 plag. in 4.)

## FLENSBVRGI

Johannes Mollerus, inter varias de Scriptoribus Danicis  
 observationes curiosas, à V. Rev. & antiquitatum patriarum cal-  
 lentissimo, Petro Fani Lucoppidano, Pastore Dioceseos Landen-  
 sis in Insulâ Thorning prope Fioniam, se cum communicatas, sin-  
 gularem nuper LEONIS X. Papæ Romani *Bullam* adeptus est,  
 quam, si obtinuisset citius, Præfationi *Bibliothecæ* suæ *Septentrio-*  
*nis Eruditi* (pag. 24. & 156. h. a. memoratæ) inseruisset, probaturus  
 inde, paucitatis ac penuriz veterum apud Septentrionales monu-  
 mentorum literariorum causam *Italæ* quoque adscribendam, qui  
 ea fortè sub initium superioris sæculi per emissarios suos undiqve

conquisita avexerint. Id enim è Bulla istà Pontificià, sive *Leo-  
nis X.* ad CHRISTIERNVM II. Daniæ Regem Epistolà, ad ocu-  
lum patere existimat, cujus copiam publico non invidens, hoc  
saltim monet, *Callundburgi* olim vetustum Regni Daniæ Archivum  
sive Tabularium fuisse, quamvis locus ille, non (ut Bulla habet)  
ad Diocesin Othoniensem seu Fionicam, sed potius ad Roeskil-  
densem vel Selandicam, pertineat; & licet Pontifex Regi monu-  
mentorum veterum ab ipso impetratorum restitutionem promittat,  
eam tamen ob insequutum paullo post Regis exilium, quin & mu-  
tationem Religionis, aliasqve varias Septentrionis turbas, nunquam  
factam fuisse, videri verisimile. Bulla ipsa ita habet:

*Carissimo in Christo Filio CHRISTIERNO, Dacie,  
Norvvegie & Gothie Regi  
Illustri.*

LEO PP. X.

**C**arissime in Christo Fili, Salutem & Apostolicam Benedictionem  
Retulit nobis dilectus Filius, Ioannes Heymers de Zonalben,  
Clericus Leodiensis Dioceseos, Commissarius noster, quem du-  
dum ad inqvirendum Libros vetustos, ad inclytas Nationes Ger-  
manie, Dacie, Svecie, Norvvegie & Gothie, miseramus, in  
Regno tuo, in Castro videlicet Callenburgenfi, Ottoniensis  
Dioceseos, alias repertos Libros nonnullos vetustos Auctorum  
clarissimorum, Romanas præsertim Historias continentes, illos-  
que tuo iussu diligenter custodiri. Magnum nos desiderium in-  
vasit, & ab ipso primo Pontificatus nostri initio, Viros quo vis  
virtutum genere insignitos, præsertim Literatos, quantum cum  
Deo possumus, fovere, extollere & juvare. Ea de causa, licet  
& nobis nonnihil dispendiosum sit, curamus indes diligentissime,  
ut nostra impensa antiqui Libri, qui temporum malignitate peri-  
rent, in lucem redeant. Quocirca Majestatem tuam ea, qua  
demum possumus, affectione hortamur, monemus, & enixius  
in Domino obtestamur, ut, in quantum nobis rem gratam

facere unquam animo proponit, tam dictos, quam alios quosvis antiquos libros sui Regni dignos, & qui desiderentur, ad nos transmittere curet, illos statim receptura, cum exscripti hic fuerint, juxta obligationem per Cameram nostram Apostolicam factam, seu quam dictus Joh. Heytmers, ad id mandatum sufficiens habens, nomine dictæ Cameræ denuo duxerit faciendam. Quod si Majestas tua fecerit, & ingens non en apud Viros Literatos consequetur, & nobis adeo rem gratam faciet, ut nihil supra. Mitimus autem in præsentia Majestati tuæ Confessionale, in forma Principum, tam illi, quam suæ Consorti, & duodecim Personis, per vos nominandis concessum, Munus si ad cælum respicere volueris, maximum. Non minora etiam pollicemur, & Majestati tuæ offerimus, quæ illi grata esse indies cognoscemus. Dat. Romæ, apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, octava Novembr. an. M D XVII. Pont: nostri anno quinto:

*Jac. Sadoletus:*

### EX DITHMARSIA

*Mauritius Kramer / Pastor Marnensis in Dithmarsia, Librum vernaculum de Restituta in Germaniâ aliisque Provinciis, imprimis autem Dithmarsia, Evangelicâ Veritate, edidit, cui titulus: Die Wiederbringung der Evangelischen Wahrheit / in Teutschland und andern Ländern, insonderheit in Dithmarschen / in two Historischen Buspredigten; wober noch zum Anhang, eine Catechismus Predigt / der Christlichen Gemeine zur Warne vor Augen gelegt / von Mauritio Kramer / Pastore daselbst. Glückstadt bey N. Jansen / 1699. (10 $\frac{1}{2}$ . plag. in 8.) Tres Librò hóc Conciones continentur, quarum prima memoriam B. D. Martini Lutheri, ejusdemque gestorum ac factorum, recolit. Secunda exhibet Dithmarsiam è Papatús tenebris ad Lucem Evangelii conversam, ubi martyrium Fratris Henrici de Zutphaniâ & Adolphi Klarenbergii, zelus & industria utriusque Nicolai Bojen, tam Melldorffienfis quam Wesingburenfis, aliaque notatu digna recensentur. Tertia denique,*

occasione Visitationis Ecclesiæ Marnensis an. 1697. habita, summam doctrinæ Evangelicæ secundum singula *Catechumi* capita complectitur.

## KILONII

Die 2. Octobris *Christophorus Oberius*, Iunecopiâ Svecus, pro consequendis summis in Philosophiâ Honoribus, sub præsidio *Nicolai Mölleri*, Historiæ Ecclesiasticæ & Antiq. Prof. Ord. nec non Facultatis suæ h. t. Decani, *Theses in Historiâ & Antiquitate sacrâ fundatas, ab iniquis autem rerum antiquarum & sacrarum arbitris in controversiam, vocatas*, publicæ ventilationi exposuit. (2. plag. in 4.)

Die 3. Octobris Præfessore *Joh. Burchardò Majò*, Eloquentiæ & Historiarum Professore P. Procancellariò verò *Christophorò Franckio*, SS. Theol. D. & Professore Primariò, *Actus solennis Promotorius* in Templo S. Nicolai fuit habitus, quò bini *Theologia*, tres *Medicinæ*, totidemque *Philosophiæ* Candidati, supremos Facultatum suarum Honores & Privilegia adepti sunt. *Theologi* fuerunt: 1. *Henricus Mublius*, Bremensis, SS. Theol. in ipsâ hâc Academicâ Christian-Albertinâ Prof. P. Ord. Ecclesiarum ac Scholarum Slesvico-Holsaticarum Superintendens Generalis, Concionator Aulicus Primarius, ac Præpositus Holsatiæ; 2. *Johannes Albertus Fabricius*, Lipsiensis, Philosophiæ Moralium & Eloquentiæ in Hamburgensi Gymnasio Prof. P. quibus *Joh. Fridericus Mayer*, D. S. Regiæ Maj. Svec. Consiliarius in Sacris per Germaniam Syccicam Primarius, S. Theol. Prof. Ord. & Facultatis Theol. h. t. Decanus, supremos in Theologiâ Honores & axiomata Doctoralia contulit. *Medici* fuerunt: 1. *Tobias Thomas Michaël Hannemann*; 2. *Bartholomeus Johannes Otto Hannemann*, fratres, (D. *Johannis Ludovici Hannemanni*, Professoris Kiloniensis, filii) ac Practici Hamburgenses. 3. *Fridericus Ionssus*, Rendsburgensis: quos *Wilhelmus Huldericus Walde*

Walbschmidt / Med. D. hujusqve & Phil. Exper. Prof. Ord. nec non Collegii Med. h. t. Decanus, supremis in Medicinâ Honoribus & Doctorum titulis ornavit. Philosophi deniqve fuerunt: 1. *Matthias Lobetantz*, Femariensis Hollatus; 2. *Sebastianus Kortbold*, (B. D. Christiani, Theologi filius) Kilonienfis; 3. *Christophorus Oberius*, Iunecopiâ Svecus; quos *Nicolaus Möller*, Hist. Eccles. & Antiq. Prof. Ord. ac Facultatis Philos. h. t. De annis, supremis in Philolophiâ Honoribus, ac *Magistrorum* titulis auxit.

Die 5. Octobris *Johannes Burchardus Majus*, Eloqv. & Histor. Prof. Ord. ac Cimbricæ hæctenus Academiæ Prorektor, *Magistratum Academicum* deposuit, eundemqve in *Theodorum Dassovium*, SS. Theol. Lic. ejusqve & Orient. Literarum Prof. Ord. nec non Templi D. Nicolai Pastorem primarium, solenni ritu transtulit.

Præside *Nicolao Martini*, IC. & Antecessore primario, Pand. & Phil. Civ. Prof. P. *Christophorus Henricus Anthor*, Stolbergâ Saxo, d. 14. Octob. *Positionum Juris Civilis Specimen quintum*, ad Libri ff. primi Titulum 8. de *Rerum Divisione & Qualitate*, publicè defendit. (1. plag. in 4.)

*Johannes Ludovicus Hannemann*, Med. D. & Phil. Nat. Prof. Ord. Leopoldinæ Societatis Nestor II. *Apologiam Astrologia, Metoposcopia & Chiromantia*, &c. haud ita pridem contra Mathematicum Gvelfherbytanum, *Leonhardum Christophorum Sturmium*, (ceu p. 122. h. a. diximus) editam, Scriptè vernaculo continuavit, cui titulus: *Johann Ludewig Hannemanns/ Med. D. &c. i. Continuation oder Fortsetzung der Verthädigung der Astrologie, Metoposcopia und Chiromantie, &c. gegen die Abfertigung Bileams und Antwort dafür, welche geschrieben durch den HochEdlen Hochgelahrten Herrn Leonhard Christoph Sturm/ Hochverdienten und weitberühmten Professore Mathemat. auff der Hochlöbl. Wolfenbüttelschen Academia. Hamburg / 1699. (10. plag. in 4.)*

*Continuatio Porismatum D. Io. Lud. Hannemanni  
de Infinito & infinitis.*

154. Frigus qva fluor in infinitum sese diffundit.
155. Frigus qva fluor est spiritus corporum architectonicus.
156. Aer est substantia fluida, liquida, spirituoſa, infinitæ in longum latum & profundum extensionis.
157. Aer qva spiritus fluidus in corporum abditissima loca penetrans, est infinitæ imaginationis capax.
158. Aer, qva spiritus est instar ſpongiæ omnium proprietatum tam superiorum quam inferiorum corporum per modum effluu-  
viorum recipiens.
159. Aer, qva spiritus fluidus est omnium rerum corporearum doti-  
um & proprietatum panspermion.
160. Aeri, qva spiritus fluidus, omnes substantiæ corporeæ suas  
dotes nobiliores debent unicé.
161. Aer, qva spiritus est infinitarum mutationum in mundo sublu-  
nari evenientium archæus.
162. Aer, qva spiritus est Mundi inferioris archæus archæali mun-  
di superioris indole animatus.
163. Aer, qva spiritus omnium rerum idearum caractere signatus est.
164. Aer, qva spiritus quotidie innumeras ideas ab ideis ideanti-  
bus suscipit.
165. Aer, qva spiritus omni momento res novis ideis signat.
166. Aer, qva spiritus in perenni motu est & non nisi ut fluor  
sese movet,
167. Aer, qva spiritus propter continuum effluuiviorum affluxum  
in perpetua lucta est.
168. Aeris, qva spiritus anima & forma est fluor purissimus.
169. Aer, qva spiritus tanquam fluorem heterogeneum tenebras  
admittit.
170. Aer, qva spiritus & fluor omnium morborum genitor &  
curator.



# NOVA LITERARIA

## MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

*Edita Mense Decemb. M DC XCIX.*

### ROSTOCHII

**P**ræfide *M. Zachariâ Grapio*, SS. Theol. Doctorando, Physices & Metaphysices Prof. P. & ad D. Jacobi Archidiacono, Auctor & Respondens *Daniel Joachimus Make*, Wis-mariensis, Controversiam recentissimam Historicam, *an Circumcisio ab Aegyptiis ad Abrahamum fuerit derivata?* à *Io. Marshamo*, Anglo, potissimum, & *Io. Spencero* motam, examinavit, eamque die 1. Novemb. publicæ ventilationi exposuit. (2 $\frac{1}{2}$  plag. in 4.)

Syllabus Disputationum *Iohannis Nicolai Qvistorpii*, SS. Theol. D. & Prof. P. nec non Pastoris Nicolaitani & R. Ministeriæ Directoris, hic est:

Disp. inaug. de *Sanctissima & omni tempore sufficientissima Christi Satisfactione*, Gryphisvaldiæ an. 1682. 12. Maj. Præfide *D. Augustino Balthasare* ventilata.

Disp. de *Belharmini in Ecclesiam Notis non notis*. Rostochii, 1682

De *Principio Theologiæ cognoscendi unico*, 1683.

De *Privatâ Confessione*, 1684.

De *Penitentia*, 1685.

De *Qvæstione, an Peccatum Originis formaliter sit merè privativum an positivum simul?* 1685.

De *Arcanis Statûs in Religione Muhammedanâ*, 1685.

De *Jubilæis*, 1685.

Disp. exhibens *Ideam Studiosi Theologiæ*, 1686.

De *Bonis Operibus*, 1688.

De *Certitudine Salutis nostræ*, 1689.

De *Cena Dominica eminentia*. 1689.

De *Migratione Clericorum*, 1690.

De *Sororibus dilectis & subintroductis*, 1692.

Dispp. 5. quæ exhibent *Aphorismos universam Theologiam 4. plagulis comprehendentes*, Resp. *Petro Beckero*, nunc Math. Prof. 1694.

*Theses super universam Theologiam*, Disputationibus 36. & Respondentibus 18. ventilatæ, 1695. & 96.

Quæstiones *B. D. Dorschæi in primam & secundam Epistolam S. Iohannis*, 8. Disputationibus propositæ, 1697. (vid. N. L. 1698. p. 6.)

Collegii Disputatorii publici *Theses ex universâ Theologiâ selectæ*, à Respondentibus conscriptæ & ad collationem Academicam exhibitæ, 1698. & 99. (quarum frequens in his N. L. mentio.)

Disp. de *Christo, unica spe nostrâ*, Resp. & Auctore *Alb. Ioach. Krakevitzio*. Eqv. Mecklenb. 1698.

Disp. Inaug. *Bogislai Liebeherrii*, Colb. Pomerani, nunc SS. Theol. D. & in Patriâ Pastoris, de *Propagatione fidei per ferrum & flammam*, 1698. (vid. N. L. 1699. p. 4.)

Disp. Inaug. *Alberti Ioach. de Krakevitz*, Eqv. Meckl. nunc SS. Theol. D. & Prof. Hebr. Rostochiensis, pro Baccalaureatu, de *non sperandâ extra Ecclesiam Lutheranam salute*, 1699. (vid. supra, p. 66.)

Dissertatio Juridica, sub Præsidio *D. Job. Kleinii*, à *Conrado Georgio Frantzio*, ventilata, de *Testatore Cauto*, von der *fürsichtigen Errichtung eines Testaments* (cujus nuper p. 328. mentionem fecimus). 13. plagulis constat, & post Præfamen, 4. Capitibus absolvitur; quorum 1. generalia circa cautum Testatorem exhibet; 2. Cautum Testatorem sistit, respectu ad ejus personam habito; 3. agit de cauto Testatore, respectu ad ejus Bona habito; & 4. denique cautum Testatorem, respectu ad formam Testamenti loleanem habito, considerat.

#### STRALESVNDÆ

Die 5. Nov. terræ mandatum fuit funus *Johannis Banderwini*, SS. Theol. D. ejusdemque in Gymnasio Professoris, Ædis Cathedralis, quæ *D. Nicolao* sacra est, Pastoris, Assessoris Consistorii,

Scho-

Scholarchæ, & Superintendentis, ejus obitum nuper p. 328. nunciavimus. Natus fuit is Stralesundæ an. 1641. d. 9. Nov. patre cognomine Oenopolâ, avô verò maternò *Johanne Slehero*, Eccles. D. Nicol. Pastore. Studiis incubuit primùm in patriâ ac Gedanensi Gymnasiò, deinde in Rostochiensis & Kiloniensis Academia; quæ posterior ipsum quoque sub D. *Kortholto* de *Vnionè Personali* disputantem audivit, nec non (præviâ inaugurali Disputatione de *Impositione manuum*) an. 1668. supremis in Philosophiâ honoribus ornavit. Hinc *Correctoris* Spartâ in Scholâ *Rostochiensis* ab an. 1669. functus, sequenti statim an. 1670. in patriam fuit revocatus, ad obeundum in *Ecclesiâ* D. *Nicolai* sacrum *Diaconi* officium; a quò, sexenniò elapsò, ad *Archidiaconatus* gradum ascendit, & tandem an. 692. B. D. *Bernhardo Gosmanno* in *Superintendentis* manere successit. Id quantâ pietatis, eruditionis, facundiæ, fideique in commissum gregem laude gesserit, abundè constat; Testatur etiam singularis gloriosæ memoriæ Regis *Caroli XI.* gratia, quâ Nostro tale nihil opinanti, in solenni Regni *Sveciæ* jubilæo Evangelico, an. 1693. insignis *Dofforu Theologi* titulus fuit decretus, & d. 26. Febr. in Academia *Vpsaliensi*, Promotore D. *Rudbeckio*, collatus. Testantur etiam Scripta publica à B. Superintendente profecta, quælibet sunt: *Erklärungs-Fragen über die Form zu beichten; Eltern- und Kinder-Seelen- Rettung; Glaubens- und Lebens- Lehre; Schlecht und Recht; Kluge Einsalt; & Kern brünstiger Seufzer*; quorum partem p. 228. recensuimus. Vixit in conjugio filix *Christiani Schwarzen* / Reip. *Straliundensis* olim *Protonotarii*, ex quò (præter filiam, *Mercatori* desponsatam) filius unicus *Christianus* superat, qui per septennium *Lipsiæ, VVittebergæ & Rostochii* studiis incubuit, jamque apud exteros moratur. Tandem memoratu dignum, B. Superintendentem, nihil adhuc morbi sentientem, ultimâ, quam habuit, concione, prælagâ quâdam mente, instantis sibi fati fuisse nuncium. Dum enim ex 2. Reg. XX, 20. sq. de exitu vite R. *Hakie* egit, hos subinde ingeminavit versiculos:

1. Meine Zeit ist meist dahin/  
Seligkeit liegt mir im Sinn.

Y y 2

2. C18

1. Ein anderer kommt an unser Stat/  
Dawieder ist kein Hülf noch Rath.  
3. Wer weiß/wie bald? so muß ich fort/  
Und kriegt ein anderer meinen Ort.

Ipsam verò Concionem obsignavit notissimis cantilenæ ecclesiasticæ verbis: *So sahr ich hyn zu Jesu Christ / &c. ac triduo post morbo correptus, die 29. Octob. obiit.*

*M. Jacobus Wolff* / Gymnasii Sundenfis Rector, die 17. Novemb. *Χρωματομαχίαν πητορινήν* sive *Colores in palastrâ Oratoria*, super *Quæstione: Quis Color vestitui Juvenis Scholastici convenientissimus sit?* de *Primatu inter se contententes*, unâ cum digressiunculis quibusdam ad luctuosissimum B. D. *Baudervini* obitum, exhibuit, ad quem Actum Oratorum: Auditores Programmate (3. plag. in 4.) invitavit. Præconis vicem in Panegyri isthâc sub *Mercurii* habitu sustinuit *Frid. Christophorus Willich* / Stralsundensis, quem excepit *Joh. Christophorus Dackmeister* / Daffov. Megapolitanus, Causæ Proloquutor, circiqve Oratorii Diribitor. Colorum ad hunc scopum delectorum Patroni fuerunt sequentes: Nivei seu albi, *Ioh. Ehrenfridus Hagemeyer* / Stralsundensis; Anthracini seu nigri, *Jacobus Gabriel Wolff* / Gryphisvaldensis; Smaragdini seu viridis, *Georg. Christianus Willich* / Stralsundensis; Purpurei seu rubei, *Christianus Ike*, Stralsundensis; Sapphirini seu caerulei, *Henricus Richard* / Sundenfis. Tandem litem oratione decisoriâ composuit *Bernhardus Kntephoff* / Sundenfis. His omnibus post octiduum ἐκ τῆ παρακλητικῆ responderunt: *Georg. Bernhardus Pansow* / Strals. *Matthias Wilhelmis von Ehtenen* / Gadebusch. Megapol. *Georg. Wilh. Leveling* / Sundenf. *Balthas. Henning*. Brandenburg / Sundenf. *Christophorus Lemmius*, Sundenf. *Ioh. Nicolaus Schütze* / Spiker. Rugian. *Ioh. Christianus Vahr* / Endigenf. Pomer. *Fridericus Heltgendorff* / Stralsundensis. Singuli, singulis apostrophis, ad immatura B. D. *Baudervini*, Præfulis Stralsundensis, fata, & ad posthumam Viri gloriam digressi, suos, quisqve, *Colores* piis *Ejusdem* Manibus dedicarunt.

## GRYPHISWALDIAE

Præfide *M. Theodoro Hornio*, Logices & Metaphylices Prof. P. Ord. die 31. Octob. *Jacobus Balthasar*, Stralsundensis Pomeranus, de *Radice & causâ possibilitatis rerum* disputavit. (2. pl. in 4.)

Die 2. Novemb. sub præfidio *Jacobi Hennigii*, SS. Theol. D. & Prof. P. Facultatis suæ Senioris, Consistorii Regii Assessoris, & Templi Iacobæi Pastoris, *M. Abraham Henricus Deutschmannus*, Wittebergensis, (celeb. Theologi *D. Johannis* filius, & *B. D. Calovii* nepos) Facultatis Philos. in Academia patriâ Adjunctus, Theses Theologicas de *Verâ Pœnitentiâ, eiqvè annexis Confessione & Absolutione*, publicè defendit. (3. plag. in 4.)

Die 16. Novemb. sub præfidio *Alexandri Carocii*, I. P. O. *Daniel Siegfried Slesche* Stolpâ Pomeranus, Schediasma Disquisitionis de *Foro Advenæ contrahentis*, ad L. XIX. §. 2. π. de *Judic.* ventilavit. (5. plag. in 4.)

Eodem menie *Matthæus Clemasius*, D. Prof. Med. Ord. & Civitatis Physicus, Respondente *Christiano Ernesto Kletn*, Insulâ Marianâ Borulso, Disputationem de *Præsagiis, quæ vulgo Cordis vocantur*, publico examini submitit. (1. plag. in 4.)

## REGIOMONTI

*M. Daniel Hoynovius*, Respondente *Christiano Wilhelmo Pantzer*, die 21. Novembris Quæstionem Politicam: *An Mendicî in Republicâ sustulerandi?* publicè ventilavit. (4½. plag. in 4.)

## PERNAVIAE

Academiam Regiam Gustavo-Carolinam, quæ hactenus *Dorpati* floruerat, auspiciis Potentissimi Sveonum Monarchæ *CAROLI XII.* *Pernaviam* esse translata, supra p. 266. & 270. dictum est. Jam, quibus caerimoniis novæ huius, totoque hodie orbè recentissimæ, *Pernaviensis Academiae Inauguratio* facta sit, memorandum venit. Peregit illam nomine Regio. Illustrissimus Heros, *Ericus Dahlberg*, Comes de *Schenâs* / Liber Baro de *Stropsta*, & Dominus in *Wårder* / Senator Regius, *Bella*

Dux, & Livoniæ Gubernator generalis, ac ut olim Dorpatensis, ita nunc etiam Pernaviensis Academiæ Cancellarius. Is convocatis die 28. Augusti Patribus Civibusque Academicis, frequentique exterorum undique affluentium coronâ, in Auditorio Majori elegantem sermone patrio (h. e. Svecico) Orationem habuit, quâ S. R. Majestatis de erigendâ novâ hac Academiâ consilium exposuit. Respondit ipsi Latino idiomate *Sveno Cameen*, Hist. Prof. P. & Dorpatensis hæctenus Academiæ Rector. Hôc factô universa Concio, inter Musicos applausus, per utrinque dispositos militum, Civiumque armatorum ordines, Templum Germanicum petiit, ubi paullô ante dictus *Sveno Cameen*, fasces Academicos solenni ritu deposuit, fuitque primus Academiæ Pernaviensis Rector creatus *Michaël Dau*, Eloqv. & Poës. Prof. Ord. Sermonem inde sacrum inauguralem è suggestu habuit *Daniel Eberhard*, Græcæ ac Orient. Lingg. Prof. P. ex Pl. LXXXIV, 1-8. quô finitô Hymnus Ambrosianus, *Te Deum laudamus*, ac repetitus tormentorum fragor, perlonuit. Hinc Illustrissimus Comes pari prosequentiumpompâ domum deductus, Academiæ & reliquorum Ordinum proceres splendidô Convivio exceperit. Sequenti die 29. Aug. *Gabriel Skragge*, SS. Theol. Prof. in amplissimâ Panegyri Orationem Latinam habuit; idemque die 30. Aug. sed ligatô sermone fecit *Daniel Sarcovius*, Logices, Physices ac Metaphysices Professor. Sequuti sunt die 31. Aug. bini elegantiorum literarum in novô hôc Parnasô Livonicô alumni, quorum alter, *Paulus Fridericus Thumb à Weingart*, Eqves Livonus, horâ decimâ antemeridianâ, de *Laudibus Regum Sveciæ* supremorum utriusque Academiæ Conditorum, dixit; alter verô *Petrus Haal*, Dorpatensis, horâ pomeridianâ tertiâ, de *Dignitate Literarum* peroravit.

*Series Professorum Academiæ Pernaviensis hæc est:*

## Theologi.

*Olaus Moberg*, SS. Theol. Prof. Primarius.

*Laurentius Molin*, SS. Theol. Licent. & Prof. Ord.

*Gabriel Skragge*, SS. Theol. Prof. Consistorii Ecclesiastici Assessor & Pastor Cavvelestenis.

*Jurisconsulti munus vacat.*

## Medicus

*Laurentius Braun*, Med. D. & Prof. Ord.

## Philosophi :

*Gabriel Stöberg*, Philosophiæ Moralis & Civilis Prof.

*Sveno Cameen*, Historiarum Prof.

*Sveno Dimöberg*, Mathem. Prof. P. O.

*Michaël Dau*, Eloqv. & Poës. Prof. Ord. ac hodie Academiæ Rector.

*Daniel Sarcovius*, Logices, Physices & Metaphysices Prof. Ord.

*Daniel Eberhard*, Græcæ & Orient. Lingg. Prof. P.

Ex his *Olaus Moberg*, SS. Theol. Professor Primarius, pro consequendô summô in Theologiâ Gradu, Respondente *Andreas Erichson*, Revalensi, die 1. Septemb. Disputationem Theologicam inauguralem habuit, *Legis Moralis, Evangelii, & utriusque Discriminis*, brevem *διάγνωσιν* exhibentem. (7½. plag. in 4.)

Die 4. Septemb. *Gudmundus Krook*, Austro-Goth. Svecus, pro obtinendis Honoribus Philosophicis, Præside *Daniele Sarcovio*, Phil. Theoret. Prof. Disputationem Pneumatologicam proposuit, de *Mente Humanâ in statu separatô*. (1½. plag. in 8.)

Die 6. Septemb. sub moderamine *Michaëlis Dau*, Eloqv. & Poës. Prof. P. *Abrahamus Carstenius*, VViburgensis, Auctor & Respon-

spondens, *Exercitationem Physicam, de Sensibus Brutorum*, defendit (5. plag. in 4.)

Die 9. Septemb. *Henricus Meurch*, Pastor Torgelensis, pro Honoribus Philosophicis consequendis, sub præsidio *Gabrielis Stöberg* / Phil. Moral. & Civ. Prof. P. Disputationem Politicam, de *Juris Principis circa Sacra*, habuit. (4. pl. in 4.)

Die 11. Septemb. *Gabriel Hinnel*, G. F. similium Honorum Philos. impetrandorum causâ, Præside *Svenone Cameen*, Hist. Prof. P. & Facultatis Philof. h. t. Decano, *Prudentem Peregrinationem*, breviter delineatum, cuius rectè judicanti conspicendum & examinandum sitit. (3. plag. in 4.)

### REVALIAE

*M. Gothofredus Stecher* / ad D. Nicolai Pastor & Consistorii Regii Assessor, edidit *Concionem funebrem*, in funere L. Baronis & Chiliarchæ *Ludovici Wilhelmi Zaube* habitam cui titulus: *Die geistliche Zaube in den geistlichen Stein. Nixen und Jessthern / aus einem schönen Morgen-Gebet. &c. 1699.* (7. plag.)

Reliquarum *Concionum funebrium* ab ipso editarum Syllabus hic est:

1. *Flos, Symbolum Vitæ humanæ*, ex Pl. CIII, 15. 16. in funere *Fabiani Wilhelmi à Ziesenhause* / Locumtenentis Præfecti militaris 1669. (6. plag.)

2. *Treuer Lehrer und frommer Christen Erlösung von allem Ubel* / 2. Tim. IV, 18. in funere *M. Gotthardi à Kemeln* / Pastoris Reval. ad S. Nicol. 1671. (5. plag.)

3. *Creus-Becher* / ex Ezech. XXIV, 16. in funere *Anna Jernstedh* / uxoris *Erdvini Erdmanns* / portoriorum administratoris Regii. 1673. (6. plag.)

4. *Der Christliche Ritter* / ex 2. Tim. IV, 7. 8. in funere Tribuni Equestris & Senatoris Provincialis, *Hans Engdes* / 1676. (7. plag.)

5. *Vanitas Vanitatum*, ex Eccles. I, 2. 3. 4. in funere Legati Chiliarchæ *Arnoldi Johannis Mestaken* / 1676. (7. plag.)

6. *Cip-*

6. *Cippus pii Magistratus*, ex Ies. LVII, 1, 2. in funere *Georgii Witsse* / *Consulis Revaliensis*. 1677. (9. plag.)
7. *Gottseiger Kindbetterinnen kräftiger Trost*, ex 1. Tim. II, 15. in funere *Anne Margaretha à Wollfeld* / uxoris *Eberhardi à Sünnersberg* / *Præfecti militaris*. 1684. (7. plag.)
8. *Das verletzte und verbundene Herz*, ex Hiob. VI, 17. sqq. in funere *Majoris Ewaldi Gustavi à Schön*. 1685. (6. plag.)
9. *Ehren-Krone der Alten* / ex Sir. XXV, 8. in funere *Anne Wachmeisters* / *Viduae Tribuni Equestris & Senatoris Provincialis*, *Johannus Drakels*. 1686. (8. plag.)
10. *Argney wieder Herzens-Angst* ex Ies. XXXVIII, 17. in funere *Petri Aulini*, *Pastoris Ecclesiæ Svecicæ Revaliensis*. 1687. (6. plag.)
11. *Freudiger Sterbens-Muth* / ex Phil. I, 21. in funere *Margareta Stampehl* / uxoris *Johannis Engelhardi Benders* / *Pastoris & Præpositi*. 1688. (7. plag.)
12. *Das Ruhmwürdige Alter*, ex Ps. LXXI, 17, 18. in funere *L. Baronis*, *Majoris generalis & Senatoris Provincialis*, *Bernhardi Faube*. 1698. (7. plag.)

VPSALIAE

*Olaus Rudbekius*, Senior, Med. D. & Prof. Honorarius, ad *Tomum III. Atlantices*, non ita pridem publici Juris factum, *Indicem* nuper annexi curavit, qui cum hoc fructu legi potest, ut velut in brevi tabula, præter memorandas in antiquitate res, habeatur juxta notitia veterum Historicorum, Poëtarum aliorumque Scriptorum, qui florere apud Græcos, Latinos, Ægyptios & Atlanticos. Ad hoc *Opus Botanicum*, orbi erudito diu desideratum jam sub typis habet.

*Carolus Lundius*, Juris patrii Antecessor, *Legibus VVestrogothicis*, & in easdem notis ante quadriennium editis, *Commentarium in Jus Vplandicum* pari industriâ jam evulgari curavit. In quo inter alia maximè memorabilia disserit, 1. de *Titulis veterum Sveconia Regum*, ab ultima antiquitate in hæc usque tempora. 2. De

*ve nummaria veterum Gothorum*; solide demonstrans ex antiquissimis Imperii Sveonici constitutionibus, quinam istorum temporum verus numismatum fuerit valor. Quæ occasione ab eo simul notantur quorundam errores maxime fundamentales, qui hæc de materia scripsere. 3. De veteri *Vpsalarum situ*, adeo ut invictis argumentis ex Platone aliisque & veterum monumentorum fide probet & demonstret, ab antiquo fuisse veram priscorum Regum sedem, cultumque Deorum iis in locis, ubi jam conspicitur templum Gamla Vpsala, Apollini olim dicatum. Præter hæc opera plura alia elaboravit, propediem evulganda, scilicet. Tractatum de *Jure Attico & Gothico*, in quo, instituta utriusque collatione, evidenter docet, Leges Græcorum, & singillatim Atheniensium, ex Gothicis esse desumptas: 2. De *Processu Judicario*, quem adornavit hoc consilio, ut demonstret, Legum vicinarum gentium cultiorum convenientiam cum processu in foro patrio in hæc tempora usitata. 3. De *Jure Natura & Gentium*, ad leges & mores Christianorum.

## HOLMIAE

*Nicolaus Keder*, Regii Antiquitatum Collegii Assessor, Tractatum parat, cui titulus: *Eximia raritatu Nummus bilinguis, nempe hinc Latinus, inde Gothicis literis, sive Runis, insignitus, & nonnulli alii variarum gentium Nummi, non ita pridem è solo Ostro-Gothico una effossi, quos in æs incisos ac commentario illustratos, cum Rep. literaria è suo communicat Museo Nicol. Keder, Holmensf. in 8.*

Idem quoque, si per valetudinem (sæpius adversam) licebit, integrum curiosis *Museum suum*, typis commissum, pandet, quo varia non tantum Romana antiqua ex argento & ære Numismata, sed Orientalia etiam ex omni metallo, Anglica item & Russica eximia, nondum publici juris facta, continentur.

Dignum verò, Antiquarii hujus (indies de Nummis tam colligendis, quam describendis, optime merentis) memoriam effigiemque *Nummo* conservari, quem celeberrimo Sveciæ Monetario *A. Karlsteen* debemus, altero latere ipsius vultum nomenque: NI-

COLAUS. KEDER. HOLMIENSIS. ANTIQVARIUS; altera verò Stellam exhibentem, cum epigraphæ: IN. TENEBRIS. LVCEM. & anni 1697. numero.

D. Christiani Kortholti, Theologi Kiloniensis, Tractatus de occulta Funerum curatione, vel corporum humatione clandestinâ, Svecicè translatus est, operâ S. I. P. C. (quæ initiales literæ compendium sunt nominis Simonis Isogæi, Pastoris ad S. Claram, cujus Orationem funebrem vernaculam habemus, in obitum Seren. Reginae Vtricae Eleonoraë, editam, in fol. cum fig. æn.)

## MALMOGIAE

*Visus proximè ante mortem septuagenario  
rediens, Observatio Io. Jacobi*

*Döbelii, D.*

QVI senectutis, graviumque morborum senes affligentium naturam mecum considerat, meritò quoque mirabitur mecum, quod Vir quidam, non minus ætate venerabilis quàm officio reverendus, quatuordecim dies ante beatum suum ex hac vita discessum, oculi sinistri visum, ultra annum jam amissum, ità recuperavit, ut etiam redeuntis luminis excellentiam visui alterius oculi ipse præferret. Multis antea affligtus erat ægritudinibus: Nunc laborabat tumore quòdam inflammatoriò, nunc diarrhoea senile exsiccabat corpus, nunc copiosus ex hæmorrhoidalibus exstillabat sanguis, hisque feliciter superatis malis, viribusque parùm recollectis, ultimum ab ætate experiri debuit malum. Suâ enim & appetentiâ & digestionem denuò ventriculus deficiebat, indeque membra quotidie langvescebant, omnesque cujusvis ordinis facultates. Mirum, inquam, hisce ingruentibus malis unicum visum quasi renovatum fuisse, atque ad agonem usque perennasse, qui tamen non solum spirituum debitam quantitatem, sed & puritatem ac subtilitatem requirit. Verum enim vero, ut ut oculorum morbi, hosque inter Amaurosis vel Gutta serena omnem plerumque eludat præsertim in senibus opem humanam; nihilo tamen minus mihi nonnunquam exemplò fuit obser-

vatum, omnibus frustra adhibitis, vel per morborum supervenientium insultus, vel per corporis extenuationem miseris rediisse lumen. Ita enim *Velfchius* in Obs. Med. Episagm. XX. feminae cuiusdam meminit, quæ postquam à partu febre vehementiori correpta fuisset, oculorum usum recuperavit; testaturque *Riverius* ex observatione XXIX. *Formii*, juvenem mulierem, guttà serenà laborantem, dum cibi abstinentià mortem sibi inferre voluit, ad extremam niaciem fuisse deductam, eaque (absumptà nimirum vel humorum oculos turbante, vel nervos obstruente materià) ad pristinam pervenisse felicitatem. Hisce affinis aliorum quoque sensuum amissorum, sed vel ob metum, vel ob iracundiam, terrorem, laborem, quin imò crapulam recuperatorum afferri possent historiæ, sed cum ipsi Lectori, quid adhuc dici debeat, suboleat, absque ulteriori illustratione, hanc de præsentis casu addo sententiam: Absumptè scilicet per morbos continuè succedentes, & præsertim Diarrhœam serò corporis superfluo, imminutam quoque quin imò absumptam fuisse oculo infixam materiam, quæ ablata spiritibus, radiisque luminaribus reclusa fuit via, visusque tam diu viguit quamdiu actioni huic sufficientes inservire poterant Spiritus.

## HAFNIAE

Die 2. Novemb. Potentissimi quondam gloriosæ memoriæ Dan. ac Norvæg. Regis CHRISTIANI V. Funus solenni pompâ Roeschildiam deductum fuit, ut augusto Decessorum sepulchro inferretur. Innumera hac occasione per univèrsam Regnum Concionēs funebres habitæ sunt, ex 1. Reg. II, 1-4. quarum tres uno die in Arce Regiâ Hafniensi, diversis totidem lingvis, personaverunt; Latinam recitante *Henrico Bornemanno*, SS. Theol. D. & Seelandiæ Episcopo; Danicam *Petro Casparsi*, SS. Theol. D. & Regi à Confessionibus sacris; Germanicam verò *Hectoris Gothofredo Masio*, SS. Theol. D. & Prof. P. nec non Concionatore Aulico. Præterea Universitatis nomine Manibus Regiis

parentavit *Johannes Wandalinus*, SS. Theol. D. & Prof. P. A-  
cademiæ Equestris autem nomine *Olaus Wormius*, Prof. P.

*Nobilissimis & Excellentissimis ac Reverendis  
& Clarissimis Dnn. Collectoribus  
Novorum Literariorum Lubec-  
ens. Ottho Sperling  
S. P. D.*

Videō Mensis Augusti Nova Vēstra Amplissimi & Cēleberrimi  
Dni. G. G. L. Viri omnibus modis amicissimi mihi, Disquisi-  
tionem super meā de Dite Gallorum attulisse. Lætatus valde fui  
eruditissima Viri istius summi cōmentatiunculā lectā. Pergat  
censuram & limam adhibere, hāc enim indigent omnia mea, quod  
nonnunquam effundantur mihi potius quā scribantur.

Placet Ipsi, a Thiodo potius vel Theut, aut Teutone quo-  
dam Teutonas & Teutiscos derivari, quā a Thiod Septentriona-  
lium, ista magna gente: quod & mihi non displicet, modō  
talem Theut antiquitas ulla prodidisset. Multi sunt Thiodi &  
Theuti tam in Septentrionalium historiis, quā eorum, qui  
ex Romanis & Græcis de Septentrionalibus scripserunt, sed nemi-  
nem reperio adeo celebrem, qui genti Teutonicæ nomē fe-  
cerit: Hæc mihi causa fuit, cur a decantatissimo Septentri-  
onaliū nomē Thiod, quod magnam gentem significat, Teutones  
arcessere satius duxerim, qui ipsi magna gens sunt, siquidem ab  
illo nomē cætera omnia propria nomina, tam Thiodi quā  
Theuthi, & Teutatis, & Svythiod, & Thiodkonings, & Thudans,  
& infinita alia descenderunt, ergo & Teutische & Teutones.

Heroes quidem veteres Septentrionales coluerunt carmini-  
bus & anniversariis ad lucos & fontes, & saxa; sed non imagini-  
bus: nec reperio ante Othini & Thori adventum ad *ειδωλολα-  
τρείαν* Septentrionales accessisse, hoc est imaginum & simula-  
chrorum cultum.

Asas & Asiaticos quod non credat Septentrionalibus nostris

cognitos Nobilissimus Vir, longè aliter testantur illorum Saga & Historiæ, illorum in Asiam peregrinationes, commercandi studia, & rursus Asiaticorum in Septentrionem coloniæ deductæ, invitantibus etiam Septentrionalibus quandoque, nonnunquam arcentibus illorum aditum.

Sagas ego illorum magnæ fidei, multoque honore Antiquitatis solidæ munitas existimo, & longè digniores, quàm ut inter somnia & fabellas rejiciantur. Habent earum nonnullæ hoc commune cum Græcis & Romanis Germanorumque historiis, & quibusvis antiquis, ut sine fabulis non sint, *τερατολογῦντες* nonnunquam. Sed si comparentur inter se Græca, Romana, aliæ, cum *Sagis*, præferam ego *Sagas*, quod & simplicitatis innocentissimæ sint, & falsa facilè se prodant, tum & quod veritatis plus habeant. Distingvendæ quoque veniunt *Saga*, postquam Christiani illas scriptis comprehenderunt. Primæ enim eâ curâ sunt contextæ a probatissimæ vitæ hominibus, in quibus vix aliquid *ἀκριβείας* historiciæ desiderare queas; sunt enim scripta illa examinatissima, ac si ad Polybii limam, quando qualis esse historia debeat & Historicus, præscribit, exacta essent; qualia sunt (ne me mentiri, aut in gratiam Septentrionalium scribere credatis) Aræ sacerdotis Islandici scripta; Chronicon Norvegicum, vulgò Snorroni Sturlæo adscriptum: Landnama Saga, seu Origines Islandiæ, & multæ aliæ Saga, quarum fidem nemo in dubium vocare possit, quod fabulosa maxime caverint & ejecerint, nucleum ipsum Historiarum promentes; de quibus longâ serie nobis edisseret Thormodus Torfæus Historicus Regius Norvegiæ in suo de serie Regum Daniæ scripto doctissimo quod nunc sub prælo versatur.

At Saxo Grammaticus non est is, qui tam accuratè versatus est, sed quasvis Sagas & relationes de rebus Septentrionalium ad se perlatas consignavit, quamvis subinde moneat se cunctis istis non credere sed relata referre. Credat igitur certissimè Nobiliss. Dn. G. G. L. Asiaticos colonias in Septentrionem non semel deduxisse, nec ad Hæsum aut Aesar Hetruscum opus esse confugere. Credat quoque, si placet, Celtas in Septentrionem se infudisse æ-

que

que acin Gallias, ubi diutissime Celtarum nomen remansit; & in Hispanias, ubi Celtiberia, & in Illyricum, & in Germaniam & in Septentrionem reliquum, ubi Celtho-Scythæ appellati sunt: quod jam ante me doctissime & accuratissime Cluverius in Germania sua ex optimis & antiquis Scriptoribus probatum dedit; Verum tamen esse fateor, nisi Græci Scriptores has migrationes nobis ostendissent, haud de Celtis in Germania & Borealioribus nos scire potuisset.

His itaque probatis, Celticum nomen in paucis vocabulis apud Danos & Islandos vim Asiaticorum subterfugisse, quis negare velit? in *Keliu*, *Kelubarn*, *Kelubue*, *Kelubring* & similibus; saltem ut videatis, non meram conjecturam esse aut allusionem quam de his vocabulis attuli; sed suis rationibus munitam & in ipsa antiquitate fundatam. Ubi enim Celtae fuerunt, ibi quoque Celticum nomen viguit, donec illud in contemptum quem dixi post longissima tempora Asiatici illi magnifici adducerent, cum Othini & Thori ejusque comitum ac Principum adventu qui *Asaguder* nuncupantur, h. e. *Dii Asiatici*.

Nam Celtas *Galtas* appellatos nusquam reperio. *Γαλάται*, quidem Græcis audiunt: Romanis & Gallis ipsis antiquo vocabulo *Guallia*, unde *Guaule*: quod adhuc ex Septentrione nomen est, Belgisque notum de *VValen* & *VValonen* & Wallia Britannia testatur & *Welschland* Germanorum. Et *Walsse* Septentrionalibus peregrini omnes dicuntur, ex Gallia vel Italia. Atque nihil magis tritum, quam V. & W. Gallis sapius & Romanis cum G. prefixo scribi ac pronunciarum, qua de re plura possem commentari, si hic locus id ferrer.

Jam quod putat, *majores eorum, qui nunc Daniam, Svediam & Norvegiam habitant, non aliunde transgressos quam ex Germania nostra* &c. Hoc sane si probare posset Ampliff. ille Vir, erit mihi magnus etiam Apollo. Ego hoc sane nusquam nisi a *νεοτεροις* quibusdam assertum legi, quorum rationes non satisfaciunt. Mores quidem multi transierunt ex Germania in Septentrionem hisce plurimis seculis, & transeunt quotidie, at de hominibus & coloniis deductis mihi plane non constat. Septentriona-

les contra Vandalos, Gothos, Herulos, Teutonas, Burgundos, Langobardos, & quos non? per Germaniam in exteras quasque regiones transfretasse norunt & docent; idque non serò, sed multis ante Christum seculis, omnes hac de re Historiæ antiquæ plenæ sunt tam Romanorum quàm Græcorum, consentientium hac in re Septentrionalibus, superfluat Burgundiæ, Lombardia, nomina antiqua retinentes, ne nunc de Vandalia dicam. Nemo antiquorum, quod sciam, ex Germania in Septentrionem populos ullos transmigrasse scripsit. Hoc igitur doceri cupio. Et hæc habui quæ ad Nobiliss. & Ampliss. Viri δι' ἡγῶσι respondere me debuisse credidi, si Vestro favore locum aliquem in Novis merebuntur. Valete. Dabam Hafniæ a. d. XXVIII. Octob. Ann. c. l. c. XCIX.

## BARMSTEDII in Comitatu RANZOVIO

*Christiani Dethleivi Rhodii P. B. Descriptio singularis cujusdam Tumuli sepulchralis, propè Barmstedium in Comitatu Rantzovio.*

**I**N eam quidem se abduci passus est opinionem Celeberrimus quondam Polyhistor & Antiquarius B. Dn. D. J. Dan. Major, ut statuerit, quo propius ex Septentrione Hamburgum veneris, eò pauciores Tumulos Veterum sese offerre; hæc scilicet ratione etiam ὑπόθεσιν suam, migrationem Cimbrorum ex Asia per Septentrionem in Germaniam, probatam dare volens. Vid. Ejusd. Cimbr. c. 27. pag. 39. Sed contrarium salva hujus doctissimi Viri auctoritate, inter alia loca testari videtur Comitatus Rantzovius, & imprimis Parochia Barmstedtensis; quæ, etsi tria tantum, vel quatuor milliaria Hamburgò distet, pluribus tamen sepulchris veterum Ethnicorum, quàm multæ aliæ, Septentrioni propiores regiones, superbit: his suis monumentis clare edocens, se plures etiam olim aluisse incolas.

Inter has venerandæ antiquitatis reliquias eminent Collis quidam

dam sepulchralis, à *Dun. Collegioribus Nov. Lit. M. Jul. p. 224.* notatus, qui ad majoris tormenti jactum à templo Barrastetenti, & æquali spatio ab Aula Rantzovia remotus, in circuitu nonaginta tres passus, versus Orientem autem viam Regiam, quæ ducit Izehoam vel Breitenburgum, habet, magnis insuper lapidibus cinctus.

Hunc mense Julio hujus anni adaperientes, in universum sexaginta quinque urnas, vel ad minimum fragmenta earum, ex eo effodimus, non numeratis illis, quæ à Rusticis, cum terram ex hoc tumulo ad aggerem quendam construendum peterent, detectæ & pessundatæ sunt; quarum etiam 5, vel 6, fuisse comperimus. Quotquot vero hic inveniebantur, Earum respiciebant omnes, & quidem ad utrumque latus Aquilonem & Notum versus dispositæ, nec altius unò, duobus, aut tribus pedibus terra coopertæ: Ustrina versus Zephyrum se ostentante, de qua infra. Pluræque harum non adeo benè lapidibus munitæ, sed tantum unò alteròve supernè tectæ erant. Quo factum, ut paucissimæ manserint illæ; imò penè nulla sit effossa, quæ non aliquam egerit rimam.

Forma & figura earum haud facile describi potest; siquidem hæc ita differunt, uti hodiernum ollæ nostræ culinariæ quomodocumque solent: nec certi aliquid hîc cum aliis definire audeamus. Experientia enim, nullum à Veteribus, imprimis plebejæ sortis hominibus, hic observatum fuisse discrimen, satis docet; quin potius urnas, prout occasio tulerit, sumsisse; sicut nec olim Romani certo se alicui adstrinxerunt generi, quemadmodum studiosè inter coeteros id observavit *Dn. Butnerus* Tract. cujus tit. *Beschreib. des Leichenbrandes und der Todten-Krügel* cap. 16. pag. 89. Idem de colore hærum urnarum esto judicium; nam iste etiam multifarius.

Interim notari præcipuè meretur, quod ad extimam tumuli versus Austrum oram minima totaque nigra & adco depressa, ut altitudo ipsius ultra 5. pollices non exsurgat; versus Aquilonem verò altissima omnium, mensuram totius pedis æquans, reposita fuerit.

Hinc magna nos admiratione affecerunt, quæ *D. Joh.*

*Krafft Hiegelius* in Specim. I. Antiq. de duabus vel tribus urnis sepulchralibus, prope Moguntiam inventis, refert, eas ad altitudinem 4. pedum ascendere. Majori autem ac graviori digna sunt admiratione, quæ Vir πολυμαθής *Dr. VVilb. Ern. Tenzelius* Colloq. Menfr. A. 1698. M. Jul. p. 613. de urna Arnstadenfi Max. Rever. *Dn. Olearii* narrat, quod nempe illa in altitudinem 8. pedum usque asurgat, & sic meritò suo à modo laudatò Auctore Avia omnium urnarum salutatur. Quamvis enim nolimus inficiari magnas nonnunquam reperiri urnas; asseverare tamen possumus, nos in Holsatia nostra inter tot centenas in lucem productas, vix unam & alteram, quæ aliquantulum pedis mensuram superarit, e terra eruisse.

Materiam quod spectat, ea etiam valdè discrepans est. Nam nigra illa, cetera optimæ & perrarò obviæ, è levissima subtiliq; fusca terra coctæ, non solum exterius, sed etiam interius talinitore & lavore super inductæ sunt, ut jures ex pulcherrimo factas esse marmore. Aliæ & quidem plurimæ è crassiore materia & dubio procul ex lapide arenario pulveratò, argilla misto, factæ sunt; quæ varii coloris, & modò intrinsecus nigra, extrinsecus flavæ: iterumque intrinsecus albicantes, extrinsecus autem rufæ, &c. Vid. sup. M. Jul. p. 224. Nonnullas etiam ex parte tum exteriori, tum interiori nigricantes, vel rubicundas videmus, cum tamen in medio argilla ab utroque illo didiversam exhibeat colorem. Ex quibus sane liquet, artem vasula incrustandi & perliniendi etiam Majoribus nostris cognitam fuisse.

Ex nigris illis rariòribus duæ, striis hinc inde deductis, ornatae sunt, & quidem una quinque, altera vero sex semper juxta se invicem positas habet lineolas. Præter has autem simile quiddam in paucis appareret.

Unica in fundo exteriori Cruce solum signata erat, utrumque mysterio aliquo, an lusu, quod mallei, figuli, penes alios sit judicium.

Interim non planè negligenda, quæ Celeberr. *Dn. Rudbeck* P. II. Atl. cap. XI. pag. 661. ex *Pignorio* notat, Ægyptiis scilicet,

licet, aliisque gentibus profanis signum Crucis etiam ante CHRISTI tempora cognitum, usurpatumque fuisse; nec illa, quæ ex Svida v. *Σαυρός* prodit: *Theodosto M. imperante*, inquit Svidas, cum sana gentilium diruerentur, inventæ sunt in Serapidis templo Hieroglyphica literæ, habentes Crucis formam; quas videntes Greci, qui Christo addicti jam erant, crucem apud peritos hieroglyphicarum notarum aiebant significare vitam venturam, &c. Quod etiam confirmat Appendix ad veterem, (modo non supposititiū) librum, *Ori Apollinis Niliaci*, de sacris Ægyptiorum notis Ægyptiacè expressis, postea in Latinum & Gallicum sermonem conversis. Paris. 1574. p. 102. Ad denotandam (sic habent verba) vitam futuram aut salutem speratam duas lineas ducunt, unam transversam, cadentem in perpendicularem alteram, in formam crucis, nullam aliam hujus rei rationem assignantes, nisi quod id esset significatio divini mysterii. Conf. *Tertull. Apolog. c. 6. & Erasmi. Franc. Jusland. Sittens Ep. l. 2. c. 29. p. 690.* qui ex illo evincit, Crucem etiam ante natum Salvatorem Hispanorum vel Cantabrorum fuisse insigne.

Altissima omnium urnarum nostri tumuli versus Septentrionem, cen supra monuimus, locata, eximium quoddam intra ambitum colli sui continebat operculum, impediens, ne terra exterior ad cineres decideret, cumque his misceretur; cujus latitudo in diametro septem, altitudo perpendicularis autem trium pollicum cum dimidio est. Habetque hocce *λείψανον* supra octo, ad latus verò duo foramina, quorum usus docente Viro Amplissimo, accuratissimoque Antiquitatis Investigatore, *Dn. D. Sperlingio*, in Epist. ad *Dn. Jac. à Mellen*, (Virum omnis elegantioris Literaturæ laude undique clarissimum) in *Nov. Lit. M. Jul. p. 220.* publicatà, hic fuit, ut cineres uligine pleni, quam bibunt, evaporare possint facilius. Quamvis cum lapide illo perforato, quem *M. Martio Tab. III, n. 8.* exhibuimus, aliter se res habeat, quippe in magnitudine sua naturali ibidem delineato, nec ad ejusmodi usum satis apto. Operculum autem nostrum, quia illæ sum mansit, raritate sua se commendat, non multum dissimile aliàs illis existens operculis, quæ nunquam satis laudatus *Dn.*

à *Mellen* in Urna sua Sarmat. fin. & *Dn. Bütnerus* in frontispicio Tract. supra citati, Curioforum exposuere oculis.

Vid. Tab. XII. Arma aut pretiosa in hoc colle nulla, sed tantum annuli, acus fibulatoriæ, & id genus alia, nullius momenti, *εργαλεία*, n. 1. 2. 3. omnia ferrea, reperta sunt: quibus singulis certa quædam frustula subinde adhærent. Num verò illa resinosa, an picea, 4. 5. 6. an alterius materiæ ex igne ferali residua sint, (quale quid de clavis ferreis *Higelii* *Dn. Tentzel.* in Colloq. Menstr. A. 1698. p. 683. & 655. commemorat) de hoc merito dubitamus; ex nonnullis confractis edocti, ferrum longinquitate temporis, & humiditate terræ pari modo intumuisse, quò culter ille ferreus in *Nov. Lit.* A. 1699. M. Mart. p. 92. descriptus.

n. 7. 8. 9. Peculiare est, quod hic Tumulus dederit 3. parvos lapides: primum rotundum, & lævigatum, sed absque foramine in medio; secundum oblongum & utrinque acuminatum; tertium flavescens ex terra cocta, longitudinem unius pollicis cum dimidio, crassitiem autem dimidii tantum; habentem, signis præterea idololatricis ab utraque parte, & ab una fortè Arbore sacra, notatum, quales divino cultu Majores nostri prosequuti sunt, ceu notissimum, & nuperrimè a prælaudato *Dn. Sperlingio*, in Ep. ad Dnn. Collect. *Nov. Lit.* & ab his M. Jun. p. 180. cum Eruditis communicata, monitum est.

n. 10. Accedit, quod interiori ejusdam urnæ fundo frustum ferri, simile A majusculo Romano adhæreat, dubio procul ferruginis auxilio: mysterium autem quoddam hic iterum fingere nolumus; quin potius ferrum ardenti in rogo hanc induisse formam censemus. Memorabile tamen est, hocce ferrum non inter cineres & ossa, ut plerumque ejusmodi reliquæ solent, sed subter ossa, ipso in fundo collocatum fuisse.

Inventa quidem etiam sunt in collis summitate quatuor pondera area, & in his duo foliò urticæ & tribus turribus signata; verum ex iisdem manifestum est, illa non adeo diu ibidem recondita, sed præteritò demum vel hoc labente seculo & forsan tempore bellicæ, quod vocant, Cæsarei, a nundinatore quodam, postea extin-

Etò, aut has terras linquere coactò, defossa fuiffè. Etenim ea tempeftate Diocefis nofta, fub qua plus viginti pagi numerantur. comprehenfi, fuis ita orbata eft habitatoribus, ut non ultra triginta, aut quadraginta membra Ecclefie noftre manferint.

Humus ipfa fub hoc colle, quantum nobis perfpicere licuit, lapidibus ubiqve ftrata erat. Ad latus Notolibycum autem tria ingentia faxa, alijs ejusdem generis impofita, & ad decem pedes in longitudinem, & quinque in latitudinem fe extendentia, vifuntur, fuper quæ Ethnicos fuas *χρὰς* fudiffe, Manibusque facrificaffe, credibile eft. Sicuti Sibylla Cumana apud *Virg.* l. 6. *Æn.* v. 377. feqq. Palinurum *Æneæ* de tumulo ipfi ftruedo, h. m. alloquitur:

Nam tua finitimi longè latèqve per urbes  
Prodigijs acti cœleftibus offa piabunt,  
Et ftatuent tumulum & tumulo folemnia mittent.

*Conf. Worm. Monum.* l. i. cap. 6. *Helvad.* Encolp. l. 3. f. 265. *Hunnum* de Apoftaf. *Eccl. Roman.* cap. 4. n. 448. feqq. qui demonftrat, his Ethnicorum facris Miffatica Pontificiorum facrificia fuam debere originem.

Versùs Zephyrum in tumulo noftro, & quidem ex oppofito aræ, congeries lapidum minorum circularis, & quatuor pedes alta, duodècim verò in diametro lata comparebat, carbonum copiam cum particulis offium in fundo fuo tegens. Quæ fitne dubio focus, feu uftina illa dicenda eft, intra quam omnia cadavera, quorum offa & cineres hic affervabantur, cremata fuerunt.

Confirmat autem hic collis denudò illa, quæ in *Nov. Lit. A.* 1699. M. Mart. p. 91. adduximus. Sed cum primis de eo quæritur, qualis & cujus fit, & qua occasione tot Urnæ in eodem repositæ fuerint?

Si aliquam ex B. D. *Majoris* Cimbria, cap. 28. p. 40. petere velimus refponfionem, dicendum: Hunè tumulum fuiffe *νομηγ-  
νίπιον* certè alicujus nobilis familiae. Ita enim ille: *Es wurde  
an Ort der zu auff frejem Felde an der Heerstraffen / oder unweit*

Dom Hofe des verstorbenen Edelen außerselben / &c. Quod utrumque in hunc nostrum tumulum quadrat. Est enim & ad viam Regiam, & non procul à villa seu Aula Rantzovia, olim Barmsted dicta, à multis certè seculis culta atque inhabitata. Siquidem superioris adhuc stantis ædificii fundamenta jam A. 1270. ab Ottone Comite Holsat. Schaumburgico jacta sunt.

Quicquid autem sit, persvadere nobis non possumus, Germanos veteres, qui ante vel paulò post natum CHRISTUM vixerunt, & quorum omnis in fortitudine & virtute bellica consistebat nobilitas, villas amplas, & splendidas incoluisse aulas. Quod ex Jul. Cæs. & aliis Autoribus patet. Ita enim ille l. 6. de B. G. cap. 5. *Nemo agri modum certum aut fines proprios habet: sed Magistratus, ac Principes in annos singulos gentibus, cognationibusque hominum, qui una coiorunt, quantum eis & quo loco visum est, attribuunt agri, atque anno post aliò transire cogunt.* Ejus rei multas afferunt causas: *ne assidua consuetudine capri, studium belli gerendi agriculturà commutent: ne latos sineu parare studeant, potentioresque humiliores possessionibus expellant: ne accuratius ad frigora atque æstus vitandos ædificent: ne qua oriatur pecunia cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascuntur; ut animi æquitate plebem contineant, cum suas quæque opes cum potentissimis ævari videat.* Hæc Cæsar. Hinc sæpe memoratus B. D. Major in Cimbria sua cap. 34. pag. 52. ipse faterur: *Et haben den wenigsten ebenen Platz zu ihrer beständigen Wohnung zu vielen Jahren gehabt; sondern haben in dem Lande herum gewallet; bald da, bald dorten ihre Hütten aufgeschlagen/und das Vieh geweidet;*

Si porro ea, quæ Tacitus de Mor. Germ. cap. 7. scribit: *(Præcipuum fortitudinis incitamentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiæ & propinquitates, & in proximo pignora: unde feminaram ululatus audiri, unde vagitus infantium. Hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores. Ad Matres, ad Conjuges vulnere ferunt; nec illa numerare aut exsurgere plagas parent. Cibosque & hortamina pugnantis gestant)* paulò attentius consideremus, credas, hunc tumultum fuisse

commune receptaculum eorum, qui ex una eademque familia & cognatione in acie simul occubuerunt.

Verum enim vero perpendentibus nobis, 1. nulla omnino arma ex hoc colle eruta: 2. nihil aris aut pretiosi effossum: 3. omnes ferme urnas tumultuario nimis repositas, nec adeo probe munitas fuisse; concludendum potius videtur, hunc Tumulum esse complurium plebeje sortis hominum, tempore pestis, aut alius morbi contagiosi una extinctorum, incitate crematorum, cursimque sepulorum.

Nec obstat, Dnum *Adami* in *Deliciis Bibl. A. 1691.* super *Genes. 23. 4.* seqq. statuere, nigricantes illas urnas non esse infimorum, sed primorum ac præcipuorum gentis nostræ hominum, tali colore inductas, non solum ad decorem aliquem conciliandum, sed etiam ad discrimen ab urnis hominum vilioris conditionis indicandum. Quamvis enim haud inviti hæc concedamus, excipi tamen facile potest, nigricantes in hoc tumulo urnas fuisse conditoria primorum, ac præcipuorum, non simpliciter, sed tantum relative, ut ajunt, talium, non hujus vel illius Principis aut belli Ducis, sed Patrisfamilias, Heri, Progenitoris plurium liberorum &c. Salvo tamen rectius sentientium judicio.

Addere liceat Coronidis loco observatum dignissima, quæ Vir magni inter Antiquarios nominis & Maximè Rev. Dn. *Arnknel*, in *Einbrischer Heyden Rel. c. 42. §. 4. p. 344.* ex *Saxone Grammat.* aliisque Auctoribus deducit: Defunctorum Uxores, Amicos, Clientes superstites, non semper una cum istis crematos, sed aut vivos, aut prius occisos illorum tumulo illatos fuisse. Conf. etiam *Saxon. l. 5. p. 91.* Hæc enim non exiguam conjecturæ nostræ, de colle *M. Martio* p. 89. descripto, lucem scenerantur, in hoc scilicet & Cremationis & Humationis apparnisse indicia, dum sub strato illo lapideo in superiori tumuli parte forsan corpus vel Uxoris, vel Clientis, vel Amici sepultum, cineribusque Mariti, Patroni aut Familiaris, in inferiori parte repositis adjunctum fuit.

## KILONII

Præside *Nicolao Martini*, IC. & Antecessore primario, Pand. & Phil. Civ. P. P. *Jodocus Laurentius von Aschwege*, Schlesvigen-  
 censis, *Positionum Juris Civilis Specimen sextum*, ad Libri ff. se-  
 cundi Tit. 1. 2. & 3. de *Jurisdictione, meroque & mixto Impe-*  
*perio*, materiam per excerpta continens, die 29. Novembris pu-  
 blicè defendit. (1. plag. in 4.)

*D. Johannis Ludovici Hannemanni, P. P. Solutio*  
*Questionis, qui fiat, vel quanam causa*  
*sit, quod in mediâ æstate æque fri-*  
*gidus appareat aër, ac in*  
*ipsa hyeme?*

**N**otum est, quomodo per hoc seculum modo in his modo in  
 istis Europæ regnis & provinciis societates sint institutæ, eo fine,  
 ut abdita naturæ mysteria scrutentur, eorumque causas reddere  
 annitantur, & ita quasi postliminio veritatem ex puteo Demo-  
 criti extrahere conentur; inter has societates haud postremo lo-  
 co collocanda est illa illustris societas, quæ Tolosæ in Gallia est in-  
 stituta. Hujus societatis indefessum studium & laudabile cona-  
 men, quo naturæ scrutatur arcana, patet, quod scilicet sub  
 præmio proposuerit problema oppido rarum & curiosum, quò  
 scilicet fiat, quod in ipsa media æstate aër non raro tam frigidus  
 appareat, ac in ipsa bruma vel hyeme? Hoc problema habet  
 re vera aliquam difficultatem, quod scilicet tempore eo, quo  
 sol maximam suam exerit vim in calefaciendo terraqueo globo,  
 hoc calore non obstante nihilominus tantum frigus in aëre a-  
 nimadvertatur, quale ut plurimum hyems sæviens præ se ferre  
 solet, quippe idem videretur, ac si in hypocaufto calefacto  
 subito aurâ quædam frigida animadverteretur. Itaque, uti  
 dictum, hoc problema non caret difficultate. Brevi responso  
 sese expedire queunt Peripatethici, dicentes, est occulta quali-  
 tas;

tas; verum an hæc responsio satisfaciatur rerum naturalium scrutatoribus, valde dubite. Ne itaque eadem chorda oberremus & obscurum per obscurum definiamus, alia via aliaque methodo solutionem hujus problematis aggressuri sumus.

Quod si eam sententiam amplectamur, quæ aër in tres regiones dividi solet, scilicet in Infimam, Mediam, & Supremam; Media regio est illa ipsa regio, in qua nubes aliaque metæora generantur, hæc regio omnium frigidissima statuitur a Philosophiæ naturalis scrutatoribus, cum primis ab iis, qui Aristotelicæ Philosophiæ sunt mancipati; Suprema regio aëris, ut quæ omnium primo excipit solis radios, ea est calidissima; Infima regio, quæ est terræ proxima, etiam valde calet propter solarium repercussionem, quæ repercussio non pertingit ad mediam regionem, hinc illa regio est frigida, & necesse est, ut sit frigida, cæteroquin in ea non possent generari nubes aliaque metæora.

Quod si nunc contingat, frigidus aër appareat tempore æstivo, hujus rei ratio est, quod media aëris regio frigus suum nativum communicet cum infima regione aëris, & ita accidere potest ardente Syrio vel urente sole aër sit gelidus.

Solutio problematis, quam juxta mentem Peripatheticorum dedimus, satis quidem est sufficiens pro iis, quibus volupe est militare in castris Aristotelicorum, aut qui se certæ alicui sectæ Philosophorum manciparunt, verum minime sufficiens solutio est iis, qui eclecticam sectantur Philosophiam, ac in nullius verba jurant. Proinde hæc solutio laborat aliquibus difficultatibus indissolubilibus.

Prima est illa difficultas, quod non bene expriment formalem rationem, vel essentiam frigoris, nec etiam satis explicent, quæ fiat, quod inquam media regio aëris interdum frigus suum in tanta copia cum infima regione aëris communicet.

Secundo non indicant usum, quare hoc frigus cum infima aeris regione communicetur. Tertio neque hoc pacto indicant, quoniam sit fons frigoris, vel undenam frigus originaliter oriatur.

Cum itaque hæc solutio hisce labore difficultatibus, alia methodo aliaque via solutionem istius proble-

matis aggrediamur, erit operæ pretium, eodemque labore & studio istas difficultates tollamus.

Ut itaque ulterius constet, in quoniam cardo veritatis in solutione hujus problematis vertatur, juxta Philosophiæ clecticæ methodum, quæ libertatis amans est, & nulla præjudiciorum aut præconceptorum opinionum servitute premitur; in confesso est, apud omnes Philosophos, quibus videlicet Phæbus veritatis lucet, quod omnia quæ fiunt in mundo, imo in toto universo, vel fiant per potentiam cogitantem, vel per potentiam moventem, vel quod perinde est, quod cuncta fiant vel per cogitationem, vel per motum, de actionibus per cogitationem jam nunc agamus, minime opus, ut de quibus tractationem sibi vendicat Metaphysica. Itaque solummodo de motu nostrum erit agere. Motus omnis, qui in toto universo fit, duntaxat duas agnoscit causas, scilicet calorem vel frigus. Hinc quoque hæc duo à Philosophis, salutantur duo spiritus architectonici, qui cuncta opera vel potius cunctorum operum genesin & analysin absolvunt. Hæc duo & peculiarem habent fontem, ex quo scaturiunt, ita calor fontem habet, ex quo in hoc universum manat, Solem immensum oceanum ignis. Hic Sol in tanta copia, quanta opus est, rebus sublunariis calorem suum suppeditat, & ut calor in rebus sublunariis conservari possit, placuit Deo ter optimo Maximo, creare certum magnetem caloris, qui calorem attrahit & calorem in se conservat, & caloris pabulum est, & hic calor tam diu in vigore suo perseverat, quamdiu ejusmodi materia calorem fovens suppetit, hoc ipsum est sulphur. Itaque nil potest accendi vel incendi vel inflammari vel comburi, nisi quod ex sulphure est compositum.

Quemadmodum gloriosissimo Deo placuit fontem creare ignis & caloris, ita & eidem placuit juxta benignitatem creare fontem aliquem frigoris, ex quo frigus in sublunarium systema emanat, & operationes suas, ad quas a Deo destinatum est, magno obsequio exsequitur. Primaria autem actio frigoris est, quod condenseret & addenseret, & rebus corporeitatem aliquam conferat.

rat. Fons autem frigoris duplex est, vel ipse altissimus Planeta Saturnus, hinc enim vim frigefactivam omnes Mathematici tribuunt uno ore; Secundo frigoris quoque fons est Luna, & hæc habet vim frigefaciendi efficacissimam, ejus etenim fluxu & radiis corporibus in genesi confertur corporeitas. Sicut nunc caloris est magnes sulphur, ita etiam frigus magnete suo gaudet, qui frigus attrahit, frigus in se conservat, frigus cum aliis operibus communicat, vel in alia quoque corpora infundit. Hujus autem frigoris magnes situs est in salibus, ita sal & quicquid est salius, etiam naturæ frigoris est amans, præprimis sal nitrum vel sal petra. Sal nitrum originaliter in se gignit aër, & per se nonquam non nitrum dispersum habet, cum primis tempore hyberno, verum tunc nitrum est adeo inflexile & acutum, ut corpora nostra valde pungat & aërem addentet. Nitri quoque copia magna est in aëre tempore æstivo, verum interdum magis, interdum minus, quando nunc præ cæteris vel præprimis aër magna nitri copia turget tempore æstivo, quod & fieri potest sole maxime urente, tunc aër non minus frigidus apparet, ac in ipsa hyeme, sed nitrum æstivum, quod aër in se gignit, magis flexile est. Quod autem frigus in salibus existat, multis experimentis probari potest, sicque in medio sole beneficio Nitri & Salis Ammoniaci potest comparari glacies: vel etiam probet hoc experimentum, si scilicet libra salis Ammoniaci immittatur in duas vel tres libras aquæ, aqua fit tam frigida, ut manus in ea contineri non possit, & hoc pacto calidissimum vinum frigefacere possumus. Hæc est solutio problematis, primo juxta Philosophiam Peripatheticorum, secundo secundum Philosophiæ eclecticæ dictamen.

Non opus est, ut hoc Phænomenon frigoris in medio aëris apparentis adeo demiremur, norunt quippe coquorum servi, quomodo fundus lebetis, quando pisces coqui solent, & aqua fervidissima est, è contra frigeat, ut tactu explorari possit. Hic figimus pedem, salvo aliorum rectius sentientium judicio, cui nos nostrum submittimus discursum, qui de eo pro lubitu arbitretur.

*Ejusdem D. Hannemanni Continuatio ultima  
Perismatum de Infinito &  
infinitis.*

171. Aer, qva spiritus & fluor nullas proprietates ingenitas habet, sed ad omnes recipiendas in infinitum est indifferens.
172. Aer, qva spiritus animalium vegetabilium, mineraliumque pabulum in se vehit.
173. Aer, si ab eo tollatur fluor, cuncta in chaos ruant, facit.
174. Aer, qva Spiritus in infinitum prodest toti universo.
175. Aer, qva spiritus est vitæ in igne & aqua conservator.
176. Aer, qva spiritus est unicum in animalibus & vegetabilibus vitæ principium.
177. Aer, qva spiritus est archæus à quo generationis & corruptionis rerum œconomia dependet.
178. Aer, qva spiritus potest esse medium, cujus beneficio in longinquis locis habitantibus hominibus quicquid volumus significare annunciare possumus.
179. Aer, qva spiritus est Musices harmonicæ director.
180. Aer, qva spiritus propter purissimum fluorem qui nunquam non eum informat, omnes colores gignit.
181. Aeris, qva spiritus beneficio & imaginantur vegetabilia.
182. Aer, qva spiritus licet omnes colores gignat tamen nullo signatus est colore.
183. Aer qva spiritus habet indissolubilem nexum cum aqua.
184. Aer qva spiritus est arca thesauraria miraculorum Dei naturalium.
185. Aer qva spiritus est meteororum omnium futurorum vates.
186. Aer licet spiritus, tamen in quodam minerali metallico sese corporificavit, corporisque formam assumpsit.
187. Minerale hoc in quo sese aër spiritus corporificavit vel formam corporis assumpsit, est summum artis & naturæ mysterium.
188. Aer in minerali corporificatus junctus cum fluore purissimo corporificato est materia mysterij maximi philosophorum.

189. Aer qva (spiritus nec humidus, nec siccus, nec calidus, nec frigidus, omnium tamen istarum proprietatum conservator in infinitum.
190. Aqva est centrum aëris.
191. Aqva, qva in se habet fluorem purissimum est totius universi speculum.
192. Aqva qva fluida liqvida & humida habet vim fecundandi in infinitum.
193. Aqvæ vita consistit in motu & in commercio cum aere indissolubili.
194. Aqva & aer sese junctim corporificant in quodam minerali, cæterum alias nullibi corporealem formam conjunctim præ se ferunt.
195. Aqvæ fecundans vis non nisi in odore & contagio solo qværenda.
196. Aqva ab aere in infinitum alteratur.
197. Aqva unione aeris non ad momentum carere potest.
198. Ut aqva est centrum aeris sic aliquod minerale est centrum aeris & aqvæ simul.
199. Aqva nunquam non effluvia emittit, & in infinitum recipit.
200. Aqva vim & principium sese multiplicandi in se habet.

L V B E C A E

*D. Jo. Jacobi Stolterfohtii Observatio de  
Viro LIV. annorum fluxum mens-  
struum per Genitalia  
patientis.*

**C**ivis quidam Lubecensis manuum operam fideliter exercens, per satis longam annorum seriem Hæmorrhoidum fluxu periodico non sine euphoria corripitur, usque ad ætatis annum quinquagesimum, à quo hic desinit, aliamque se exonerandi viam, per virgam sc. quæsitit sanguinis oceanus; quem naturæ cursum à dicto tempore ad hunc usque diem menstruatim se absque ul-

lo quidem incommodo sentire, adstipulante virium robore, testatur.

Humores ejusmodi stagnantes aliorum nonnunquam redundare fato suo testantur mulierculæ, quibus ipsos per oculos prorupisse menses testantur *Dodonæus observ. Medicinal. c. XV. p. 34. Harder. Apiar. observ. LXXXII. p. 314. Ludovicus Mercatus de Mulier. Affect. L. I. c. VII. Schenckius L. 4. obs. 257.* Per os rejectos notant *Roderic. à Castro de Morb. Mulier. L. I. c. III. Vir. Riedlin. Cent. I. obs. 2. & 95. Thom. Bartholin. Cent. V. Hist. 32. Tulpius L. III. observ. 23. Harder. Apiar. observ. LXXXII. p. 314. Joh. Langius L. I. Ep. 40. Georg. Horstius observ. Medic. L. I. c. 33. Joh. Rhodius Cent. II. obs. 64. D. Daniel. VVinclerus Ephem. Germ. D. I. A. VI. & VII. obs. XLIX. p. 81. D. Benjamin Scharfius l. c. D. II. obs. Cl. p. 251. D. Alhard. Hermann. Cummius l. c. D. I. A. I. obs. XCV. p. 197. Rosin. Lentilius Parallelum. ad observ. Dec. I. A. p. 58. Miscell. Medico-Prætic. P. I. p. 119. D. Sim. Schultz. M. N. C. Dec. I. A. IV. & V. obs. LXXV. p. 59. Cornel. Stalp. van der VViel. Cent. II. obs. XVII. p. 196. Balthas. Tîmaus von Gûldenlee Cas. Medicinal. XII. L. 4. p. 211. Per aures excreta Menstrua observat *Harderus Apiar. obs. LXXXIII. p. 316.* Per nares exuentia docet *Olaus Berrichius Act. Medic. Hassn. T. V. obs. LXXIV. p. 174.* Per mammas effluentia in medium producit *Cornel. Stalp. van der VViel. Cent. I. obs. LXXIX. p. 342.* Per anum manantia *Excell. Dn. D. Georg. VVolfg. VVedelius M. N. C. Dec. I. A. III. obs. XXIV. p. 41.* Per minimum manus digitum ter se vidisse, & per annularem sinistrae manus singulis mensibus sanguinem profundi non quidem copiosum, in religiosa quadam scœmina, cui Natura menstruam purgationem per uterum denegaverat, observasse testatur *Ludovic. Mercatus de Mulier. affect. L. I. c. 7.* Per digiti vulnus effluxisse *Samuel. Ledelius M. N. C. Dec. II. A. VIII. p. 199.* Hæmorrhagiam menstruam per Talum in gravida observavit *Alhard. Hermann. Cummius. l. c. D. I. A. I. obs. XCVI. p. 197.* Per ulcus Tibiæ prodiens Lunare tributum vidit *D. Michael Bernhard Valentinus l. c. A. VI. obs. LXXXII. p. 187.**

Tanta igitur particularum sanguinis sphericarum sese invicem

pro

propellentium, totumque circulationis punctum absolventium, vis in œconomia animalis canaliculis ac filamentisprehenditur, ut obstructis illis ductibus, quos pro exonerando superfluo suo elegerat spirituum Rector, qua data porta aliorum demandet, ac facili negotio Lunare illud tributum, quod per Hæmorrhoides alias hic noster civis solvere solebat, per arterias spermaticas juxta circuli leges abductioni destinatas, protrudere valeat. Observationes huic socias habent *Excell. Dn. D. Joh. Ludov. Hannemann. Act. Med. Hassn. Vol. III. obs. XVIII. p. 30. Ephem. Germ. D. II. A. I. obs. LXX. p. 171. D. Ehrenfried Hagendorn. l. c. D. I. A. II. obs. CXCII. p. 294.* Menstruum ejusmodi per penem profluvium in duobus viris observavit *Cornel. Stalp. van der VViel. Cent. I. obs. LXXX. p. 344.* ubi plura hujus farinae exempla videre poterit B. L. Pro illustrando autem hocce themate Physiologiam *μεταθίσεως* morborum evolvere possemus, nisi coactis hac vice limitibus includenda esset materiae ubertas.

*Excerptum è Literis supra laudati D. Joh. Lud. Hannemanni, ad paullo ante dictum D. J. J. Stolierfoht.*

**C**orona Serpentum mentionem vestra *Nova Literaria* mense Julio faciunt. Cui relationi addo, me tres Coronas Serpentinae vidisse. Alteram habebat quidam officialis Magister Equitum; alteram ostendebat quidam Aurifaber, Quedlenburgensis, hic apud nos (peste in eam civitatem sævientē) commorans, dicebatque hanc ipsi dono datam à quodam amico, qui eam secum ex Indiis attulerat. Tertiam Generosissima quædam Baronissa monstravit, cujus maritus Baro eam secum ex Indiis advexit, eam etiam vidi meus filius *Petrus Iohannes Christ-Frid-Reich Hannemann.* Ea, ut & aliæ, habebat multas protuberantias figurâ conicâ gaudentes. Mirum, homines existere, qui negant, Serpentum aliquam dari coronam, cum tamen hoc Naturæ non sit impossibile. Quod si in Homine, aliisque

que animalibus, quorum natura non est, quod cornua ferant, cornua Natura gignat, eadem potentia & coronam in Serpentum capitibus gignere potest, verum arbitramur naturam quibusdam Serpentibus inditum, ut capita sua coronis ornata habeant. Sed dicunt esse molares Dentes cujusdam animalis. Resp. 1. Nullus molaris Dens tales habet prominentias, quibus hæ coronæ gaudent. 2. Molares dentes habent æqualem latitudinem; verum hæ coronæ in parte quadam magis latæ, & in parte quadam minus latæ sunt. An autem ad corneam materiam, vel an ad materiam, quam Paracelsus Dulech vocat, ad quam refert oculos Cancris, referri debeant? hoc alii definiant malim, Contra Epilepsiam & venenum præsentissimum esse remedium, est mihi persvasissimum, &c.

**F**igimus hic pedem, & Itineris nostri eruditi, ad indaganda NOVA *Maris Baltici & Septentrionis* LITERARIA suscepti, Annum *secundum* claudimus. Haud diffitemur quidem, eo, quem ementi sumus, ambitu, nonnulla geri vel accidere potuisse, quæ in his Novis nostris non leguntur; At ne quis nobis illud imputet, rogamus. Aut enim talia Amicorum nostrorum, ut ut accuratissimorum, (quorum literis omnes ferè relationes nostras debemus) diligentiam effugerunt; aut ipsi etiam Eruditi, quod opera & lucubrationes eorum hic non occurrant, in culpam sunt. Hi enim memores esse debuissent moniti nostri, quo annum superiorem obsignavimus, eos scilicet, qui Novis hæc Literariis aliquid insertum cuperent, caraturos, ut Libri, Dissertationes, Inventa, Observationes, Relationes & similia, ipsorum sumptibus Lubecam, ad unum alterumve Novorum istorum Collectorem, perferrentur. Quod hic repetendum, simulque indicandum duximus, ne quid Operi nostro desit, singulis in posterum (uti nunc fit) annis peculiarem tam Personarum quam Rerum *Indicem alphabeticum* fore subnectendum, quælis etiam de superiori anno 1698. potest haberi.

